10. οὐ γὰρ νῦν ἐπαγγελίας] Hoc est, ni fallor, *nos non possumus praestare quod suscepimus, nisi ope fidei, qua in finem usque in sanctitate vitae et bonis operibus praestandis perseveramus.* Locus sane perplexus, et ab Interpol. omnino omissus. SMITH. Hefelius, *Nunc enim professione fidei non omnia adimpleta sunt, sed si quis in virtute fidei inveniatur usque ad finem.* Curetonus, *The work is not of promise unless a man be found in the power of faith even to the end.* νῦν non agnoscunt Syrus et Armenius. Cf. πίστιν ἐπαγγελλόμενος, supra, l. 6.

11. εὑρεθῇ] Scil. πιστός, quae vox subintelligenda est ex praecedente πίστεως. MARKLAND.

ib. καὶ εἰς τέλος.] In Edd. ante Aldrich. et Hefel. καί non legitur.

13. Ἀμεινόν ἐστιν] Syrus [ap. Cureton. p. 31] omnia praetermisit nisi haec: Ἀμεινόν ἐστιν σιωπᾶν καὶ εἶναί [τι] ἢ λαλοῦντα μὴ εἶναι, ἵνα δι' ὧν λαλεῖ πράσσῃ, καὶ δι' ὧν σιγᾷ γινώσκηται. Posteriora haec verba a Syro male cum antecedentibus conjuncta esse, nemo non videt. HEFEL. Armenius legisse videtur εἶναί τι.

ib. σιωπᾶν καὶ εἶναι,] *Esse Christianum sine strepitu verborum.* SMITH. Ita Cod. Laur. Male ex Salvinio Aldrich. σιωπᾶν καὶ μὴ εἶναι. Citantur haec usque ad ἐγγὺς αὐτοῦ ἐστίν, p. 308, l. 7, ab Antiocho, Hom. 22, περὶ Προπετείας.

Digitized by Google

animi dispositio adjungenda.

ποιῇ. Εἷς οὖν διδάσκαλος, ὃς εἶπεν, καὶ ἐγένετο· καὶ ἃ σιγῶν δὲ πεποίηκεν, ἄξια τοῦ Πατρός ἐστιν. Ὁ λόγον Ἰησοῦ κεκτημένος ἀληθῶς δύναται καὶ τῆς ἡσυχίας αὐτοῦ ἀκούειν, ἵνα τέλειος ᾖ· ἵνα δι' ὧν λαλεῖ πράσσῃ, καὶ δι' ὧν σιγᾷ γινώσκηται. Οὐδὲν λανθάνει τὸν Κύριον, ἀλλὰ καὶ τὰ κρυπτὰ ἡμῶν ἐγγὺς αὐτῷ ἐστίν. Πάντα οὖν ποιῶμεν ὡς αὐτοῦ ἐν ἡμῖν κατοικοῦντος, ἵνα ὦμεν αὐτοῦ ναοί, καὶ αὐτὸς ᾖ ἐν ἡμῖν Θεὸς ἡμῶν· ὅπερ καὶ ἔστιν, καὶ φανήσεται πρὸ προσώπου ἡμῶν, ἐξ ὧν δικαίως ἀγαπῶμεν αὐτόν.

Evangelium non est pravis doc-

Ις'. Μὴ πλανᾶσθε, ἀδελφοί μου. Οἱ οἰκοφθόροι βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσιν. Εἰ οὖν οἱ

2. ἃ σιγῶν κ. τ. λ.] Expono de Incarnatione Domini, ex § 19, quo loci Mariae Virginis partus appellatur Mysterium clamoris, quod in Dei quiete ac silentio perpetratum est. Atque eo modo a Patt. et Intt. accipitur Ps. lxxi 6, *Descendet sicut pluvia in vellus, &c.* COTEL. Aliter Smith. et Hefel. *quae Christus, ab omni ostentatione vacuus, perfecit.* Ruchatus vel pueritiam Servatoris nostri et adolescentiam intelligit, vel miracula illa quae nemini narrari jussit Christus. Copulativam καί ab Edd. praetermissam exprimunt Int. Vet. et Armenius.

3. Ὁ λόγον κ. τ. λ.] Totam hanc periocham [usque ad σιγᾷ γινώσκηται] eo quod non intellexerit, pro more suo penitus neglexit Interpol. SMITH.

4. ἡσυχίας] Sic infra § 19, ἐν ἡσυχίᾳ Θεοῦ. Ut ibi ἡσυχία opponitur κραυγῇ, ita hic opponitur λόγῳ, et omnino σιγήν vel σιωπήν significat, ut ipse ante nunc σιγᾶν usurpavit. PEARSON.

ib. ἵνα δι' ὧν] Bunsenii emendatione, ἃ pro δι' ὧν, non est opus. Διά enim cum genitivo rationem, cujus interventu aliquid est vel fit, indicat, ita ut respondeat Latino *secundum*. Cf. Gal. iv 23. MERX.

5. λαλεῖ πράσσῃ,] Ita proculdubio cum Antiocho et libb. impr. legendum pro Codicis scriptura λαλῇ πράσσει. Aldrich. λαλεῖ πράσσει.

ib. καὶ δι' ὧν σιγᾷ γινώσκηται.] Qui integrum hunc vitae Christianae apicem et *perfectionem* assecutus est, sive *loquitur*, sive *silet*, continuo vitae ipsius tenore se esse Christianum demonstrat. SMITH.

6. τὸν Κύριον,] Christum, (de illo enim tota sectio procedit) qui mox nuncupatur Θεός, ubi, ut saepissime alibi, imitatur

Digitized by Google

igitur[o] Doctor, qui dixit, et factum est: sed et quae silens fecit, digna Patre sunt. Qui verbum Jesu possidet, vere potest et silentium ipsius audire, ut perfectus sit: ut per quae loquitur operetur, et per quae silet cognoscatur. Nihil latet Dominum: sed et abscondita nostra prope ipsum sunt. Omnia igitur faciamus, sic * ipso in nobis habitante: ut simus ipsius templa, et ipse in nobis Deus noster: quomodo et est, et apparebit ante faciem nostram, ex quibus juste diligimus ipsum.

[o] *ergo* C. C. Ps. xxxiii 9.

* f. sicut.

1 Cor. iii 16. 1 Johan. iii 2.

XVI. Non erretis, fratres mei. Domus corruptores regnum Dei non haereditabunt. Si igitur

1 Cor. vi 9. Num. xxv 1—9.

S. Paulum, 1 Cor. iii 15. SMITH. Fragmentum ap. Cureton. 236 exhibet sensum hujus loci, *Οὐδὲν λανθάνει——ἀγαπῶμεν αὐτόν.*

7. *ἐγγὺς αὐτῷ*] Lege *αὐτοῦ*. Et sic Interpol. TOUP. Vossius dederat *αὐτοῦ*. Cf. Clem. i §§ 21, 27. Antiochus, *ἐγγὺς αὐτοῦ εἰσίν.*

9. *ὅπερ καὶ ἔστιν, κ. τ. λ.*] Hoc (nempe, *Deum in nobis esse*) et revera ita se habet, et nobis tanquam *ob oculos manifestabitur*, ex hoc indicio, si *illum* vere *diligamus*. SMITH. Armenius legisse tantum videtur, *καὶ αὐτὸς ᾖ Θεὸς ἡμῶν, εἴπερ δικαίως ἀγαπῶμεν αὐτόν.* PETERMAN. Fragm. Syr. *and let us be the temples of God, and He shall be God in us, from which we justly love Him.*

12. *Μὴ πλανᾶσθε,*] Capp. xvi, xvii in versione Syriaca desunt.

ib. *ἀδελφοί*] Ita recte Laur. non *ἄδελφοί*, quod dedit Aldrichius.

ib. *Οἱ οἰκοφθόροι*] Qui seipsis mollitie abutuntur, aut illicitis nefandisque concubitibus indulgent; quum sint domus et templa Dei, cujus Spiritus *οἰκεῖ* in nobis: *εἴ τις τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ φθείρει, φθερεῖ τοῦτον ὁ Θεός.* 1 Cor. iii 17. [vi 19.] Vulg. Int. *masculorum concubitores.* SMITH. Hesych. *οἰκοφθόρους. μοιχούς.* Vossius sequitur Int. Vulg. Armenius, *qui amant facultates.* Vedel. et Holstenius vertunt, *familiarum corruptores*, quo sensu accipit Waterlandus, v p. 108, Oxon. 1823; iii 483, 1843. Cotelerius, *foeminarum corruptores.* Hefelius, *moechos.* Chrysost. de Sacerd. iii 16, *οἴκους διέφθειραν καὶ γάμους διέσπασαν.* Orac. Sibyll. ii 258, *ψεῦσται, καὶ κλέπται, δόλιοι τ' οἰκοφθόροι αἰνοί.* Euseb. H. E. i 2, *ἀλληλοφθορεῖν.* Cf. Hermae Past. iii 7. Cum Int. Vet. facit Interpol. *οἱ τὴν Χριστοῦ ἐκκλησίαν νοθεύειν ἐπιχειροῦντες.* Quos, ut videtur, sequens, Hilgenfeldius, parum feliciter exponit, *fatuarum doctrinarum propagatores,*

Digitized by Google

trinis corrumpendum.

κατὰ σάρκα ταῦτα πράσσοντες ἀπέθανον, πόσῳ μᾶλλον ἐάν [τις] πίστιν Θεοῦ ἐν κακῇ διδασκαλίᾳ φθείρῃ, ὑπὲρ ἧς Ἰησοῦς Χριστὸς ἐσταυρώθη; ὁ τοιοῦτος, ῥυπαρὸς γενόμενος, εἰς τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον χωρήσει, ὁμοίως καὶ ὁ ἀκούων αὐτοῦ.

A falsis doctrinis cavendum.

ΙΖ'. Διὰ τοῦτο μύρον ἔλαβεν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ ὁ Κύριος, ἵνα πνέῃ τῇ ἐκκλησίᾳ ἀφθαρσίαν. Μὴ ἀλείφεσθε δυσωδίαν τῆς διδασκαλίας τοῦ ἄρχοντος τοῦ αἰῶνος τούτου· μὴ αἰχμαλωτίσῃ ὑμᾶς ἐκ τοῦ προκειμένου ζῆν. Διὰ τί δὲ οὐ πάντες φρόνιμοι γινόμεθα λαβόντες Θεοῦ γνῶσιν, ὅ ἐστιν Ἰησοῦς Χριστός; τί μωρῶς ἀπολλύμεθα, ἀγνοοῦντες τὸ χάρισμα, ὃ πέπομφεν ἀληθῶς ὁ Κύριος;

Crux Christi scanda-

ΙΗ'. Περίψημα τὸ ἐμὸν πνεῦμα τοῦ σταυροῦ, ὅ

quorum opera Dei domus pessumdetur.

2. *ἐάν* [*τις*] *πίστιν*] Int. Vet. legisse videtur pronomen, quod, sensu postulante, uncinis inclusum inserui. Pro *πίστιν* Usser. aliique mallent *ἐκκλησίαν*. Nihil autem mutandum, uti vidit Burtonus ad Bulli Opp. vi 16.

ib. *ἐν κακῇ διδασκαλίᾳ*] Vide § 9. Mox appellatur *διδασκαλία τοῦ ἄρχοντος τοῦ αἰῶνος τούτου*, § 17. Interpol. sensum misere pervertit. Haeretici illi, ex S. Ignatii sententia, longe in pejori statu erunt, quam vita et turpissimis moribus flagitiosi. SMITH. Duo fuerunt Ignatii aetate haereticorum genera, qui magnum illud pietatis mysterium, Deum in carne manifestatum fuisse, convellere nitebantur. Alii, divinam quandam Servatori nostro naturam attribuentes, humanam prorsus ipsi detraxerunt; Christum putative tantum inter homines ut hominem conversatum, passum ac mortuum fuisse affirmantes; qua in haeresi fuere Simoniani, Menandriani, Saturniani, aliique, quos propterea omnes *δοκητάς* et *φαντασιαστάς* posterior aetas appellavit. Alii contra, humanam tantum in Domino Jesu naturam agnoscebant, ut Cerinthiani et Ebionaei. Utra haeresis perniciosior fuerit, haud facile est dictu: posteriorem certe dignitati Servatoris nostri apertiorem contumeliam intulisse liquet. BULL. Judic. Eccl. Cath. i § 1, Opp. tom. vi p. 17 ed. Burton.

3. *ὁ τοιοῦτος—ὁ ἀκούων αὐτοῦ*.] Interpolator prorsus aliter; *οὗ τὴν διδασκαλίαν ὁ ἀθετήσας, λιπαρθεὶς καὶ παχυνθείς, εἰς γέενναν χωρήσει· ὁμοίως δὲ καὶ πᾶς ἄνθρωπος, ὁ τὸ διακρίνειν παρὰ Θεοῦ εἰληφὼς, κολασθήσεται, ἀπείρῳ πομένι ἐξακολουθήσας.*

Digitized by Google

qui secundum carnem haec operantur mortui sunt, quanto magis, si quis fidem Dei in mala doctrina corrumpat, pro qua Jesus Christus crucifixus est? Talis, inquinatus factus, in ignem inextinguibilem ibit: similiter et qui audit ipsum. 1 Cor. x 8.

XVII. Propter hoc unguentem in capite suo recepit Dominus, ut spiret Ecclesiae incorruptionem. Non ungamini foetore doctrinae principis seculi hujus: non captivet vos ex praesenti unire*. Propter quod autem non omnes prudentes sumus; accipientes Dei cognitionem, qui est Jesus Christus? Quid fatue perdimur; ignorantes charisma[p], quod vere misit Dominus? Matt. xxvi 7. Joh. xii 7. 2 Cor. ii 14—16. * l. vivere. p *carisma* C. C.

XVIII. Peripsima meus spiritus Crucis; quae l. Peripsema.

5. ὁ ἀκούων] Articulum, ab Edd. omissum, e Cod. Laur. restitui. Suffragatur Cod. Casanatensis.

6. Διὰ τοῦτο μύρον] Citantur haec ad τοῦ αἰῶνος τούτου· l. 9, ab Antiocho, Hom. i, περὶ Πίστεως.

7. αὐτοῦ] Hefel. et Dresselius αὑτοῦ. At recentioris Graecitatis proprium esse αὐτοῦ, &c., ubi e regulis Grammaticorum αὑτοῦ vel ἑαυτοῦ cum suis casibus scribendum erat, monet Fieldius, adnot. in Chrysost. Hom. ii in S. Matt.

ib. ἵνα πνέῃ] ἵνα ἡ ἐκκλησία πνέῃ τὴν ἀφθαρσίαν Interpolator, qui post ἀφθαρσίαν infercit verba Cant. Cantic. i 3, 4.

8. δυσωδίαν] Eusebius, H. E. i 2, τῆς παρὰ τούτοις νομοθεσίας βοωμένης, καὶ πνοῆς δίκην εὐώδους εἰς ἅπαντας ἀνθρώπους διαδιδομένης. Vide infra, Ep. ad Magn. § 10.

9. αἰχμαλωτίσῃ] Armenius, *ne segreget vos a promissa vita.* Cf. Ep. ad Philad. § 2, et II Tim. iii 6, αἰχμαλωτεύοντες τὰ γυναικάρια.

ib. ἐκ τοῦ προκειμένου] In Vet. Int. scribendum videtur, *ex praesenti vivere.* VOSSIUS. Recte Hefel. *a proposita vita.* De Cod. Caiensis lectione hoc tantum pro certo affirmare ausim, non esse *unione*, quod transcriptio recentior exhibet. Hilgenfeldius conferre jubet Joseph. Antiq. Prooem. § 3, γέρας εὐδαιμονίας πρόκειται παρὰ Θεοῦ, et Soph. Antig. 95, φόνον πρόκεισθαι δημόλευστον.

12. τὸ χάρισμα,] *Die Gnadengabe, d. i. die Menschwerdung und den wahren Erlösungstod verkennend.* DENZINGER.

14. Περίψημα] Vitam meam dabo, tanquam victimam piacularem, pro doctrina crucis. SMITH. Apud Interpol. his verbis incipit haec sectio: Ὁ σταυρὸς τοῦ Χριστοῦ τοῖς μὲν ἀπί-

Digitized by Google

lum. Ejus nativitas et baptismus.

ἐστιν σκάνδαλον τοῖς ἀπιστοῦσιν, ἡμῖν δὲ σωτηρία καὶ ζωὴ αἰώνιος. Ποῦ σοφός; ποῦ συζητητής; ποῦ καύχησις τῶν λεγομένων συνετῶν; Ὁ γὰρ Θεὸς ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ἐκυοφορήθη ὑπὸ Μαρίας, κατ' οἰκονομίαν Θεοῦ, ἐκ σπέρματος μὲν Δαβὶδ, Πνεύματος δὲ Ἁγίου· ὃς ἐγεννήθη, καὶ ἐβαπτίσθη, ἵνα τῷ πάθει τὸ ὕδωρ καθαρίσῃ.

Tria mysteria quae

ΙΘ'. Καὶ ἔλαθεν τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου

στοις σκάνδαλόν ἐστι. Vide § 8. Bunsenius, *die drei ächten Briefe &c.*, p. 91, haud invitus substituere Οὐκ ἄξιον τὸ ἐμὸν πάθημα τοῦ σταυροῦ, in libro inscripto Hippolytus ii 14, Cf. iv p. xv, pro Περίψημα rescribit προσκύνημα, morem gerens Syro, *Adorat* (*incurvat se*) *spiritus meus crucem hanc*, et Armenio, *Adorat* (*terram osculatur*) *crucem*. Uhlhorn. p. 46, *Mein Geist ist Staub vor dem Kreuze*. In Fragm. Syro p. 250 Curetonus, *My spirit boweth down to Thy cross*. Modo plane alio, nec tamen sensu meliore, hanc vocem περίψημα interpretatus est Syrus, supra § 8.

ib. τοῦ σταυροῦ, ὅ ἐστιν] Vide supra p. 282 l. 3. Cf. S. Marc. xv 16, τῆς αὐλῆς ὅ ἐστι πραιτώριον. Gal. iii 16, τῷ σπέρματί σου, ὅς ἐστι Χριστος.

1. ἡμῖν] Syrum ὑμῖν legisse monet Curetonus. Fragmentum autem inter Excerpta, p. 250, lectionem Cod. Med. sequitur.

2. Ποῦ σοφός;] Omittitur ποῦ γραμματεύς; nisi pro illis reposuerit S. Ignatius ποῦ καύχησις τῶν λεγομένων συνετῶν; Interpol. habet δυνατῶν, quod non intellexit suus Interp. qui reddit, *ubi exsultatio dictorum?* omissa altera voce. SMITH. Haec et sequentia usque ad καθαρίσῃ, non agnoscit Int. Syrus. E Timotheo autem Alex. Curetonus p. 243 hunc locum exhibet usque ad ἐπράχθη. p. 316 l. 1.

ib. ποῦ καύχησις κ. τ. λ.] Totum hunc locum, prout hic legitur, citat Theodoretus, Dial. i. VOSSIUS.

3. Ὁ γὰρ Θεὸς] Locus hic, usque ad finem sectionis sequentis, exstat in Cod. 950 Bibliothecae Reg. Paris. fol. 165. Codex Chartaceus est, saeculi forsitan xv. Lectionis varietatem notavi. Verba Ὁ γὰρ Θεὸς — Ἁγίου omissa vult Langius, *Beytrage*, ii 143, 'qui-'bus abjectis,' monet Duesterdieckius, 'relativum pro nomen 'ὃς ἐγεννήθη quo referretur non 'amplius foret.'

4. ὑπὸ Μαρίας,] ὑπὸ Μαρίας τῆς παρθένου Cod. Paris.

5. κατ' οἰκονομίαν Θεοῦ,] Phrasis Paulina, Col. i 25, 1 Tim. i 4, ubi vulgo legitur οἰκοδομίαν Θεοῦ· minus recte, ut opinor. Beza testatur, in multis vetustis Codd. legi οἰκονομίαν. Οἰκοδομία autem in N. T. nunquam legitur, sed οἰκοδομή· alibi autem occurrit οἰκοδομία. Haec vox de Incarnatione Christi saepe usur-

Digitized by Google

est scandalum non credentibus, nobis autem salus et vita aeterna. *Ubi sapiens, ubi conquisitor, ubi gloriatio dictorum sapientum?* Deus enim noster Jesus Christus conceptus est ex Maria, secundum dispensationem Dei, ex semine quidem David, Spiritu autem Sancto; qui natus est, et baptizatus est, ut passione aquam purificaret. 1 Cor. i 18, 23, 24. 1 Cor. i 20.

XIX. Et latuit principem saeculi hujus virgi- Johan. xiv 30. 1 Cor. ii 7.

pata, sed ab haereticis saepe etiam usurpatur, ut distinguerent Salvatorem superiorem, ab eo qui erat *dispositionis*, i. e. *οἰκονομίας*. Iren. 280 A, [III x 4, p. 186 ed. Mass.] et alibi saepius. [e. g. ib. xi 3, p. 189, I vi 1, p. 28.] Reliquis postea Patribus eo sensu familiaris fuit: Orig. in Jo. 142 A, [ed. Huet. tom. vi § 35, Opp. iv. p. 152 ed. Ben.] PEARSON. Apud Scriptores Ecclesiasticos plerosque, quae de Christi humanitate dicuntur ad *οἰκονομίαν* pertinent; quae vero de Divinitate referuntur ad *Θεολογίαν*. Vide not. in Ep. ad Smyrn. § 1 init. et Vales. ad Euseb. H. E. i 1. De hac voce consulendus omnino est Suicerus.

7. *ἵνα τῷ πάθει*] *that He might purify the passible waters.* Cureton. p. 244. Arndtius confert Chrysost. Hom. xvi ad Hebr. *τὸ γὰρ βάπτισμα αὐτοῦ τοῦ πάθους ἐστὶ σύμβολον.* tom. xii p. 159 ed. Ben. et Rom. vi 3.

ib. *τὸ ὕδωρ καθαρίσῃ.*] Similia sunt quae habet prima oratio in Administratione Paedobaptismi juxta usum Ecclesiae nostrae Anglicanae, 'Omnipotens et 'aeterne Deus! qui ..... per 'Baptismum praedilecti Filii 'Tui Jesu Christi in Jordane 'flumine, aquam ad mysticam 'peccati ablutionem sanctifi- 'casti,' &c. Theodoret. Dial. i, indeque Catena in S. Luc. iii 21, *ἵνα τὸ θνητὸν ἡμῶν καθαρισθῇ*, quae lectio, ut conjicit Coteler. exorta est e suspicione minus commode dici *παθὸς* de Baptismo. Armenium quoque *τῷ πάθει* omisisse censet Petermannus: *ut purgaret aquae corruptionem.* Aliter prorsus Interpol. *ἐβαπτίσθη ὑπὸ τοῦ Ἰωαννοῦ, ἵνα πιστοποιήσηται τὴν διάταξιν τὴν ἐγχειρισθεῖσαν τῷ Προφήτῃ.* Cf. Tertull. c. Jud. § 8, 'Baptizato Christo, id est, sanc- 'tificante aquas in suo baptis- 'mate, omnis plenitudo spiri- 'talium retro charismatum in 'Christo cesserunt.'

8. *Καὶ ἔλαθεν*] Integrum locum ita citavit Andreas Hierosol. Cretensium Archiepiscopus, in Nativitatem B. Virginis Hom. ii, quae inter Codd. Graecos MSS. Oxon. Academiae Bibliothecae publicae a D. Hen. Savilio donatos, habetur. *Ὡς φησί που ἅγιος ἀνήρ, Ἰγνάτιος ὄνομα αὐτῷ· Καὶ ἔλαθε τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου ἡ παρθενία Μαρίας, καὶ ὁ τόκος αὐτῆς, ὁμοίως καὶ ὁ θάνατος τοῦ Χριστοῦ· τρία μυστήρια φρικτά, ἅτινα ἐν ἡσυχίᾳ Θεοῦ ἐπράχθη.* USSER. Le-

Digitized by Google

latuerunt Diabolum; virginitas

ἡ παρθενία Μαρίας, καὶ ὁ τοκετὸς αὐτῆς, ὁμοίως καὶ ὁ θάνατος τοῦ Κυρίου· τρία μυστήρια κραυγῆς, ἅτινα

gitur hic locus, Καὶ ἔλαθε—— ἐπράχθη, ap. Euseb. ad Stephanum, Quaest. i, a Maio editum in Scriptorum Vet. Nov. Collect. tom. i p. 2; ibique etiam, pro ὁ θάνατος τοῦ Κυρίου, habemus ὁ θ. τοῦ Χριστοῦ. Cf. Ambros. in S. Luc. i 27, tom. i 1282 ed. Ben. 'Non mediocris 'quoque causa est ut virginitas 'Mariae falleret principem mun- 'di, qui quum desponsatam viro 'cerneret, partum non potuit 'habere suspectum.' De ignorantia Diaboli in rebus ad Christum adtinentibus disseruerunt Halloix. in Vitis et Docum. Illustr. Eccles. Orient. Scriptorum, Saec. i, tom. i p. 450; Hammond. c. Blondell. Diss. ii § 17; et Ittigius in Sel. Capit. Hist. Eccl. Saec. i p. 390, et Saec. ii p. 123. Int. Syr. ap. Cureton. p. 229, *There was concealed from;* inter Excerpt. pp. 244, 250, *There deceived.*

ib. τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος] Citantur verba Ignatii ab Origene, Hom. 6 in Lucam; [tom. iii p. 938 ed. Ben.] a Basilio, Hom. 25 de S. Christi nativitate; [tom. ii p. 598 ed. Ben.] Hieronymo, ad Matthaei cap. i; [tom. vii p. 12 ed. Vallars.] Jovio Monacho, ἐν οἰκονομικῇ πραγματείᾳ, vii 31; apud Photium, Biblioth. Cod. 222. Res vero ipsa quam Ignatius exprimit, passim apud sanctos Patres invenitur. Basilius et Hieronymus Ignatium non ex Ignatio laudant, sed ex Origene; arbitratique sunt ista quae Origenes Ignatianis de suo subjungit, *latuit propter Joseph*, &c Ignatii quoque esse: 'Quare non de simplici 'virgine, sed de desponsata 'concipitur? Primum, ut per 'generationem Joseph origo 'Mariae monstraretur. Secun- 'do, ne lapidaretur a Judaeis 'ut adultera. Tertio, ut in 'Aegyptum fugiens haberet so- 'latium mariti. Martyr Igna- 'tius etiam quartam addidit 'caussam, cur a desponsata 'conceptus sit: ut partus, in- 'quiens, ejus celaretur Dia- 'bolo; dum eum putat non de 'virgine, sed de uxore genera- 'tum.' COTEL.

1. Μαρίας,] Cod. Paris. Μαρίας τῆς ἀειπαρθένου καὶ Θεοτόκου.

ib. καὶ ὁ τοκετὸς] *Partus B. Virginis in stabulo.* Curetonus, p. 229, *and the birth of our Lord, and the three mysteries of the shout*, omissis scilicet verbis αὐτῆς, ὁμοίως καὶ ὁ θάνατος τοῦ Κυρίου. Pressius ad lectionem Cod. Med. inter Excerpta, pp. 244, 250, *and her childbirth, and in the same manner also the death of our Lord.*

ib. καὶ ὁ θάνατος] In Syr. Cod. *a*, quem Cureton. in prima edit, 1845, ducem habuit, desunt haec; in Syr. Cod. γ autem, posterius detecto, leguntur. Corp. Ignat. p. 285. Satanam latere non potuit Dominum mortuum esse, quum ipse Judam ad proditionem impulerit, ipseque Dominum perdere studuerit. Sed Ignatius non de nativitate et morte Christi lo-

Digitized by Google

nitas Mariae, et partus ipsius; similiter et mors Domini. Tria mysteria ¶ clamoris; quae in silentio

¶ *misteria* C. C.

quitur jam in terris peracta, sed de nativitate et morte ἃ ἐν ἡσυχίᾳ ἐπράχθη, i. e. de mysteriis, quae in divino consilio ante saecula decreta et constituta, postea vero mundo annuntiata sunt per stellam et per omnes res gestas inde consecutas. Apparitione stellae illa mysteria seu decreta Dei manifestari coeperunt. (ἀρχὴν ἐλάμβανεν κ. τ. λ.) Cf. Uhlhorn. in Niedneri *Zeitschrift für die Histor. Theologie*, 1851, p. 48. Locum nostrum a suspicione Gnosticismi contra Baurium defendit Uhlhornius. p. 300 sq. HEFELIUS.

2. μυστήρια κραυγῆς,] Elegantem hic latere in adjecto ἀντίθεσιν Maestraeus annotat. Quotquot enim de mysteriis mentionem fecerunt, in illis arcanum. Et tamen haec tria fidei documenta *mysteria clamoris* esse dicit Ignatius, i. e. digna quae omnibus denuncientur, aut jam reipsa propalata sint atque denunciata. Vid. Rom. xvi 25, 26. USSER. Vairlenius parum feliciter clamorem illum intelligit quem edidit Christus jam emittens spiritum in cruce, quo Dominus significavit jam per fidem Evangelicam omnibus revelanda quae certa dispensatione ante clausa et occulta erant etiam daemonibus. Audire pretium est auctorem Disquisitionis peculiaris de mysterio Silentii et Clamoris ad locum Ignatii cum oraculis Apostoli, Rom. xvi 25, Col. i 25, collatum, Goettingae, an. 1738, editae. ''Ησυχία Θεοῦ opponitur 'τῇ κραυγῇ, quemadmodum Ep. 'ad Magn. [§ 8] σιγὴν opponit 'τῷ λόγῳ. Quum igitur Ignatius 'in hoc ipso loco mysteria illa, 'quae in silentio Dei patrata 'sunt, dilucide adplicet ad fac-'tum aliquod insigne quod in 'tempore manifestatum, nempe 'ad Θεὸν ἀνθρωπίνως φανερού-'μενον, quis hic non facili ne-'gotio oppositionem aeternita-'tis, quae per silentium indi-'catur, etiam vel sine ullo re-'spectu ad peculiares quasdam 'sui temporis haereses animad-'vertet? Importuna itaque vi-'detur eruditio Patri Apostolico, qui nec eruditione, nec 'ingenio, nec eloquentia gentili 'valuit, sed stylo simplici at-'que plebeio grandem animi 'pietatem professus est, subti-'lissima adfingere philosophe-'mata, quasi de longe petita 'et abstrusissima Haereticorum 'dogmatum expositione vel re-'futatione hic cogitasset.' Hefelius, *toti mundo annuntiata* (e. g. ab Angelis in nocte sanctissima): seu, *toti mundo annuntianda:* seu, *propter quae vociferantur Satanas et mundus.* Primam explicandi rationem, modo sincera sit Cod. scriptura, recipit Curetonus. In versione Syriaca commemorata quidem habes tria mysteria, non singillatim enumerata. Mihi quidem praestare videtur Usserii interpretatio prior. Bunsenius refingit; τρία μυστήρια ἐναργῆ. ἅτινα ἐν ἡσυχίᾳ Θεοῦ ἐκηρύχθη τῷ ἀστέρι.

Digitized by Google

Mariae, ejus partus, et mors Domini. Quomodo per astrum coeleste mundo revelatus sit.

ἐν ἡσυχίᾳ Θεοῦ ἐπράχθη. Πῶς οὖν ἐφανερώθη τοῖς αἰῶσιν; Ἀστὴρ ἐν οὐρανῷ ἔλαμψεν ὑπὲρ πάντας τοὺς ἀστέρας, καὶ τὸ φῶς αὐτοῦ ἀνεκλάλητον ἦν, καὶ ξενισμὸν παρεῖχεν ἡ καινότης αὐτοῦ. Τὰ δὲ λοιπὰ πάντα ἄστρα, ἅμα ἡλίῳ καὶ σελήνῃ, χορὸς ἐγένετο τῷ ἀστέρι· αὐτὸς δὲ ἦν ὑπερβάλλων τὸ φῶς αὐτοῦ ὑπὲρ πάντα. Ταραχή τε ἦν, πόθεν ἡ καινότης ἡ ἀνόμοιος αὐτοῖς· ὅθεν ἐλύετο πᾶσα μαγεία, καὶ πᾶς δεσμὸς ἠφανίζετο κακίας, ἄγνοια καθῃρεῖτο, παλαιὰ

1. ἐν ἡσυχίᾳ Θεοῦ] De Divina ἡσυχίᾳ Dionysius, cap. xi lib. de Divinis Nominibus. Lege Rom. xvi 25. [Eph. iii 9.] COTEL. Interpol. Θεοῦ omittit. Cf. Pearson. ad § 15.

ib. Πῶς οὖν——ἀνόμοιος αὐτοῖς·] Haec desunt apud Syrum, qui τῷ ἀστέρι, vel, ut cl. Curetono verisimilius videtur, ἀπὸ τοῦ ἀστέρος, cum Θεοῦ ἐπράχθη conjunxit.

ib. ἐφανερώθη] 'Potest,' inquit Hieronymus enarrans textum Eph. iii 9, 'mysterium a 'saeculis absconditum et aliter 'intelligi, quod ipsa illud saecula ignoraverint, hoc est, 'omnes spirituales et rationabiles creaturae, quae in saeculis fuerunt. Saeculum quippe frequenter pro his quae in 'saeculo versantur accipitur.' &c. Idem sub finem Comm. in Zachariam legatur. In operibus Gregorii Thaum. Serm. i in Annunciationem Deiparae; μεμάθηκας, ὦ παρθένε, ἃ μέχρι τοῦ νῦν κεκρυμμένα καὶ τοῖς ἀγγέλοις ἐτύγχανον· et Serm. iii. Vide nos supra: ἦν γὰρ πρεπωδέστατον, τὸν πρεσβύτατον τῶν αἰώνων, καὶ πρῶτον τῶν ἀρχαγγέλων, ἀνθρώποις μέλλοντα συνομιλεῖν, &c. COTEL. Hornemannus vertit, *Quomodo igitur et antecedentis et futuri aevi hominibus manifestatus est partus Mariae?*

2. Ἀστὴρ κ. τ. λ.] Omnia fere eadem tanguntur illo uno Clementis Alex. loco in Excerptis. Διὰ τοῦτο ἀνέτειλε ξένος ἀστὴρ καὶ καινὸς καταλύων τὴν παλαιὰν ἀστροθεσίαν, καινῷ φωτὶ οὐ κοσμικῷ λαμπόμενος. Quae verba a quocunque dicta videantur, ad hunc ipsum Ignatii locum respicere quis dubitet, sive ξενισμόν, sive καινότητα, sive κατάλυσιν spectet? PEARSON. Vindic. ii 127.

ib. ἔλαμψεν ὑπὲρ πάντας] Cf. responsionem Magorum Herodi datam in Protevangelio Jacobi, § 21, Εἴδομεν ἀστέρα παμμεγέθη, λάμψαντα ἐν τοῖς ἄστροις τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἀμβλύνοντα τοὺς ἄλλους ἀστέρας ὥστε μὴ φαίνεσθαι αὐτούς. Fabricii Cod. Apocr. N. T. i p. 115 Russel. exhibet ἔλαμπεν ex Aldrichio. Sed Cod. Med. habet ἔλαμψεν ut in caeteris edd.: sic etiam Cod. Paris.

4. ξενισμόν] *novitatem* vertit Krausius apud Diog. Laert. ii 94, p. 140. Cf. D. Petr. Ep. I iv 4, ἐν ᾧ ξενίζονται, atque ibid. 12, μὴ ξενίζεσθε τῇ ἐν ὑμῖν

Digitized by Google

Dei operata sunt. Qualiter igitur manifestatus est saeculis? Astrum in coelo resplenduit super omnia astra, et lumen ipsius ineffabile erat: et stuporem tribuit novitas ipsius. Reliqua vero omnia astra, simul cum sole et luna, chorus facta sunt illi astro: ipsum autem erat superferens lumen ipsius super omnia. Turbatio autem erat, unde novitas, quae dissimilis ipsis: ex qua solvebatur omnis magia[r], et omne vinculum disparuit malitiae, ignorantia omnis ablata est, vetus regnum

Matt. ii.

[r] *magica* C. C.

1 Joh. iii 8. Luc. x 18.

συράσει πρὸς πειρασμὸν ὑμῖν γινομένῃ.

ib. Τὰ δὲ λοιπὰ——σελήνῃ,] Haec propter rhetoricam amplificationem nonnulli reprehenderunt, non recogitantes S. Martyrem hic respexisse somnium illud Josephi, qui typus Christi fuerat, Gen. xxxvii 9. WINDISCHMANNUS, Vindic. Petrin. p. 98.

5. *χορὸς ἐγένετο*] Ita Cod. Paris. atque ita legebat Int. Vet. Aldrichius *χωρός*; mihi autem Cod. Med. inspicienti visus est librarius lituram fecisse dum literas *χ* et *ο* necteret, eamque lituram fraudi Salvinio fuisse.

6. *αὐτὸς——ἀνόμοιος αὐτοῖς*·] Haec verba Syrus non agnoscit.

7. Ταραχή τε] Int. Vet. videtur legisse Ταραχὴ δέ.

8. *ἐλύετο*] Dissolutio magicarum praestigiarum per illud tempus testes nacta est illustres; Tertullian. de Idol. § 9; Origen. c. Celsum, i [§ 60, tom. i p. 374 ed. Ben.]; Basil. Hom. xxv [falso adscript. Edd. Ben. ii 581, 602.]; Gregor. Naz. Arcan. 5to Carmine, [tom. ii p. 168 ed. Morel.]; Theophilum Alex. Epist. Paschali 2 [p. 105 ed. Sichard.]; Hieronymum in Esaiae cap. xix [iv p. 209 ed. Vallars.]; Augustin. de Temp. Serm. 31 [201 ed. Ben.]; &c. COTEL. Addas Athanas. de Incarnatione, §§ 46–48, i pp. 37–90 ed. Ben. *μαγεία* cum Cod. MSto habent Vossius, Cotel. Aldrich. Russel. *μαγία* Usser. Vedel. et sic in Cod. Paris. Apud Interpol. *Ἔνθεν ἐμωραίνετο σοφία κοσμική, γοητία ἔθλος ἦν, καὶ γέλως ἡ μαγία.* Conf. Sap. Salom. xvii 7, Μαγικῆς δὲ ἐμπαίγματα κατέκειτο τέχνης. et vide Hammond. Hom. iv. Opp. iv p. 584.

ib. *πᾶσα*] Hanc vocem non agnoscit Syrus. *And here, at the manifestation of the Son, magic began to be destroyed, and all bonds were loosed, and the antient kingdom; and the error of evil was destroyed.* Ut ad contextus Syriaci ordinem melius accommodentur Graeca, ita transponit Curetonus, p. 35, *ἠφανίζετο μαγεία, καὶ πᾶς δεσμὸς ἐλύετο, καὶ παλαιὰ βασιλεία καθηρεῖτο* [καὶ] *κακίας ἄγνοια διεφθείρετο.*

Digitized by Google

βασιλεία διεφθείρετο, Θεοῦ ἀνθρωπίνως φανερουμένου εἰς καινότητα ἀϊδίου ζωῆς. Ἀρχὴν δὲ ἐλάμβανεν τὸ παρὰ Θεῷ ἀπηρτισμένον. Ἔνθεν τὰ πάντα συνεκινεῖτο, διὰ τὸ μελετᾶσθαι θανάτου κατάλυσιν.

Promittit se aliam ad illos exaraturum epistolam; speratque in unitate fidei, Eucharistiae, et regiminis episcopalis permansuros.

Κ'. Ἐάν με καταξιώσῃ Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν τῇ προσευχῇ ὑμῶν, καὶ θέλημα ᾖ, ἐν τῷ δευτέρῳ βιβλιδίῳ, ὃ μέλλω γράφειν ὑμῖν, προσδηλώσω ὑμῖν ἧς ἠρξάμην οἰκονομίας εἰς τὸν καινὸν ἄνθρωπον Ἰησοῦν Χριστὸν, ἐν τῇ αὐτοῦ πίστει καὶ ἐν τῇ αὐτοῦ ἀγάπῃ, ἐν πάθει αὐτοῦ καὶ ἀναστάσει· μάλιστα ἐὰν ὁ Κύριός μοι ἀποκαλύψῃ ὅτι οἱ κατ' ἄνδρα κοινῇ πάντες ἐν

1. ἀνθρωπίνως κ.τ.λ.] Interpol. Θεοῦ ὡς ἀνθρώπου φαινομένου, καὶ ἀνθρώπου ὡς Θεοῦ ἐνεργοῦντος. Syrus legisse videtur, τοῦ Υἱοῦ φανερουμένου.

2. εἰς καινότητα—ζωῆς.] Arndtius, *zur Erneuerung des ewigen Lebens*. Armenius, *ad vitam novam aeternitatis*. Syrus haec verba praetermittit. Inter Excerpt. Var. ap. Cureton. p. 249, *for the renewal of life without end*.

ib. Ἀρχὴν δὲ ἐλάμβανεν] Sensus mihi videtur esse ejusmodi: Christus, ab initio incarnationis et in isthoc momento, humanam naturam divina operatione *perfectam* assumpsit: vel, Dispensatio illa de Christo nascituro tum revera *initium* in terris habuit, *quae* in mente Divina ab saeculis aeternis exstabat, et *apud Deum perficiebatur*. Alter Interpres ἀρχήν reddit *principatum*, caetera pervertens, quasi hoc voluisset S. Iguatius, Christum a Deo Patre, summam tum in cœlo tum in terris potestatem morte sua adeptum fuisse. SMITH. Vairlenius et Cotel. *Principatum vero accepit*. Quorum illius explicatio haec est: 'per id quod omnibus partibus absolutum est, 'significare mihi videtur Christi 'humanitatem, sive hominem 'Dominicum, quo nihil unquam 'absolutius aut perfectius fuit 'in natura humana.'

4. συνεκινεῖτο,] h. e. in regno Satanae, eo quod mali spiritus sibi metuere inceperint; quod jam Christus, carne assumpta, mortem ipsam vel moriendo dissolvere esset propositurus. SMITH. Cod. Paris. πάντα ἐκινεῖτο.

ib. κατάλυσιν] Hic desinit Versio Syriaca, a qua, ut clare, apparet, quaelibet formula, quibus alias Epistolae concludi solent, abest. Nec mirum. Monachus enim ille non integras Ignatii Epistolas in linguam Syriacam transvertere,

Digitized by Google

corruptum est; Deo humanitus apparente, in novitatem vitae aeternae. Principium autem assumpsit, quod apud Deum perfectum. Inde omnia commota erant, propter meditari mortis dissolutionem. Heb. ii 14. Heb. xii 26. 1 Cor. xv 26.

XX. Si me dignificet Jesus Christus in oratione vestra, et voluntas sit; in secundo libello, quem scripturus sum vobis, manifestabo vobis quam inceperam dispensationem in novum hominem Jesum Christum, in ipsius fide et in ipsius dilectione, in passione ipsius et resurrectione; maxime, si Dominus revelet mihi: quoniam qui 6 a desunt *in ipsius* C. C. 1 Cor. xiv 30, 31.

sed ea tantum exscribere voluit, quae ipsi praecipue notatu digna videbantur. HEFELIUS. Curetonus inverso ordine haec reddidit: *From hence all things were moved together, and the destruction of death was devised, and there was the commencement of that which is perfected in God.*

7. θέλημα] Absolute positum, sicut in Ep. ad Smyrn. § 11, ubi alia exempla notavi.

ib. ἐν τῷ δευτέρῳ βιβλιδίῳ,] Epistolam alteram sive libellum ad Ephesios ampliori verborum contextura scribere in animo habuit; nempe de Christi incarnatione, caeterisque rebus ad ipsius vitam ac mortem spectantibus. Vide Vind. Ign. ii 136. SMITH. Suidas, Βιβλίον· Ἡ Ἐπιστολή. Cf. Herod. v 14, δοὺς τὸ βιβλίον τῷ Μεγαβάζῳ. Euseb. iv. 26, τὸ πρὸς Ἀντωνῖνον βιβλίδιον, de Melitonis Apologia. Interpol. hanc S. Patris promissionem prorsus omisit.

8. προσδηλώσω] Hefelius in Ed. quarta correctionem Noltii admisit, προδηλώσω.

9. οἰκονομίας] Salvin. ad oram exemplaris Aldrich. conj. οἰκονομίαν. Sed nihil mutandum.

ib. εἰς τὸν καινὸν ἄνθρωπον] h. e. περὶ τοῦ καινοῦ ἀνθρώπου, *sive de Christo facto homine, quatenus ista dispensatio ad passionem et resurrectionem ipsius refertur.* SMITH. De Incarnatione Arndtius quoque intelligere videtur; conferri enim jubet Smyrn. § 4, τέλειος ἄνθρωπος. Aliter Hefelius, *Scribam vobis quomodo Christus spiritualiter formetur in nobis.*

12. ὅτι οἱ κατ' ἄνδρα κοινῇ] Ex Int. Vet. adparet hunc locum non esse integrum. Commode itaque opem ferunt veteres Patres a quibus haec verba citantur: nimirum Theodoreto, Dial. i. et Gelasio, de Duabus Naturis. Sic ex iis lege; κοινῇ οὖν πάντες ἐν χάριτι ἐξ ὀνόματος συνέρχεσθε ἐν μιᾷ πίστει, καὶ ἑνὶ Ἰησοῦ Χριστῷ τῷ κατὰ σάρκα &c. Illud quod sequitur retineo; quoniam et ita Vetus habuerit

Digitized by Google

χάριτι ἐξ ὀνόματος συνέρχεσθε ἐν μιᾷ πίστει, καὶ ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ, τῷ κατὰ σάρκα ἐκ γένους Δαβὶδ, τῷ υἱῷ ἀνθρώπου, καὶ υἱῷ Θεοῦ, εἰς τὸ ὑπακούειν ὑμᾶς τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ ἀπερισπάστῳ διανοίᾳ, ἕνα ἄρτον κλῶντες, ὅς ἐστιν φάρμακον ἀθανασίας, ἀντίδοτος τοῦ μὴ ἀποθανεῖν ἀλλὰ ζῆν ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ διὰ παντός.

Ad memoriam sui et preces adhortatur, Deoque Ephesios commendat.

ΚΑ'. Ἀντίψυχον ὑμῶν ἐγὼ, καὶ ὃν ἐπέμψατε εἰς Θεοῦ τιμὴν εἰς Σμύρναν· ὅθεν καὶ γράφω ὑμῖν, εὐχαριστῶν τῷ Κυρίῳ, ἀγαπῶν Πολύκαρπον ὡς καὶ ὑμᾶς. Μνημονεύετέ μου, ὡς καὶ ὑμῶν Ἰησοῦς

Versio. Quanquam iidem illi Patres hoc modo citarint, τῷ υἱῷ τοῦ ἀνθρώπου τοῦ Θεοῦ. VOSSIUS. Particula ὅτι videtur determinare sensum verbi *συνέρχεσθε* ad tempus praesens modi indicativi, ut Vet. Int. reddit, et non ad imperativum, ut habet Gelasius; ac si a suo codice plane abfuisset τὸ ὅτι, quod non agnoscit Interpolator. Rationem enim reddit S. Ignatius propositi illius, quod in se susceperat, *Hoc ideo faciam, ὅτι, quoniam vos* &c. SMITH. Hefelius, *Scribam vobis, praesertim si Deo favente nuntius mihi contigerit, vos perseverare in unitate cum episcopo.* In hoc loco interpungendo Hefel. et Dresselium secutus sum. Colon post ἀποκαλύψῃ positum ansam dedit Bunsenio insimulandi Ignatium, tanquam novam quandam revelationem a se exspectatam fuisse dolose profiteretur. Wocherus post ἀποκαλύψῃ incidit, et apodosin ad init. § 21 quaerit. *Quia vos uniti estis, et ea re me recreatis, ideo et ego vos recreem.*

1. ἐξ ὀνόματος,] Cotelerius, *nominatim.* Interpretes Epistolarum interpolatarum male, *in ejus nomine;* neque melius Wocherus, *vegen des (christlichen) Namens.* Rectius Unterkircher. *namentlich;* et Chevallier. *individually.* Conf. Ep. ad Polyc. §§ 4, 8, et ad Smyrn. § 13. Pro συνέρχεσθε Vossius habet συντρέχεσθε, cujus confusionis exemplum est videre supra § 13.

ib. καὶ ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ,] Syrus et Armenius non agnoscunt *καί.*

2. ἐκ γένους Δαβὶδ,] Cf. Ep. ad Smyrn. § 1, ad Trall. § 9.

4. τῷ πρεσβυτερίῳ] Articulum omisit Smithus.

ib. ἀπερισπάστῳ] Hesych. ἀπερισπάστως· ἀμερίμνως, ἀφροντίστως, ἡσύχως. PEARSON. Cf. 1 Cor. vii 35, et Clem. Alex. Strom. vii 11 p. 64.

5. κλῶντες,] Ita Libb. impr. atque Interpolator. Librarius, ante cujus oculos versabatur vocula ὅς proxime sequens, ex-

Digitized by Google

secundum virum communiter omnes in gratia ex nomine convenitis in una fide, et in Jesu Christo (secundum carnem ex genere David, filio hominis et filio Dei) in obedire vos Episcopo et Presbyterio indiscerpta mente ; unum panem frangentes ; quod est pharmacum immortalitatis, antidotum ejus quod est non mori sed vivere in Jesu Christo semper. 1 Cor. x 17. Joh. vi 50, 51, 54, 58.

XXI. Unanimis vobiscum ego, et quem[t] misistis in Dei honorem in Smyrnam[u]: unde et scribo vobis, gratias agens Domino, diligens Polycarpum[v] ut et vos. Mementote mei, ut vestri

[t] sic C. C. al. quos.
[u] *Smirnam* C. C.
[v] *Policarpum* C. C.

hibet κλῶντος. Pearsonus mallet κλῶντας.

ib. ὅς ἐστιν] Vet. Int. legit, *ὅ, quod est.* ὅ habet Interpolator. PEARSON.

ib. φάρμακον ἀθανασίας,] Cf. Irenaeum IV xviii 5, οὕτως καὶ τὰ σώματα ἡμῶν μεταλαμβάνοντα τῆς εὐχαριστίας, μηκέτι εἶναι φθαρτά, τὴν ἐλπίδα τῆς εἰς αἰῶνας ἀναστάσεως ἔχοντα. et V ii 3, καὶ τὰ ἡμέτερα σώματα ἐξ αὐτῆς τρεφόμενα, καὶ τεθέντα εἰς τὴν γῆν, καὶ διαλυθέντα ἐν αὐτῇ, ἀναστήσεται ἐν τῷ ἰδίῳ καιρῷ. 'Immortalitatis alimoniam consecuti,' Post-Commun. Domin. xxii post Trinit. in Missali Sarisburiensi.

8. Ἀντίψυχον] Mire in hac voce reddenda oscitat Int. Vet. Ep. ad Smyrn. § 10, et ad Polyc. §§ 2, 6. Holstenius, *Vos mea mihi anima cariores habeo.* Hornemannus, *Pro vobis mori cupio.* Chevallier. Wakium sequitur, *My soul be for yours.* Wocher. quem sequitur Hefel. locum ita explicat, *So möget ihr (für diese meine Freude) eine Gegenerquickung in mir und in denem empfangen, die ihr zur Ehre Gottes nach Smyrna gesandt habet.* Ruchat. *Puisse-je être une victime pour vous,* &c. Formulas haud absimiles congessit Buxtorf. Lex. Talmud. in voc. כפרה. Conf. Jos. ii 14 LXX, ἡ ψυχὴ ἡμῶν ἀνθ' ὑμῶν εἰς θάνατον. et S. Johan. I Ep. iii 16, Ἐκεῖνος ὑπὲρ ἡμῶν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἔθηκε· καὶ ἡμεῖς ὀφείλομεν ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν τὰς ψυχὰς τιθέναι. Clem. Rom. § 49, supra p. 280, ἔδωκαν . . . . τὴν ψυχὴν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ἡμῶν. Ap. Euseb. H. E. iii 23 ita loquitur idem S. Apostolus ad latronem illum quem in Ecclesiae sinum reducere conabatur: Ὑπὲρ σοῦ τὴν ψυχὴν ἀντιδώσω τὴν ἐμήν. Josephus de Maccabaeis, § 17, ὥσπερ ἀντίψυχον γεγονότας τῆς τοῦ ἔθνους ἁμαρτίας.

ib. καὶ ὄν] Interpol. εἴην ὑμῶν ἀντίψυχον καὶ ὄν. Coteler. ad oram libri vel ὤν vel οὖς conjicit. ὤν omnino legendum esse censet Arndtius. Nihil autem mutandum, modo, cum Dresselio, subaudias αὐτοῦ.

Digitized by Google

Χριστός. Προσεύχεσθε ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας τῆς ἐν Συρίᾳ· ὅθεν δεδεμένος εἰς Ῥώμην ἀπάγομαι, ἔσχατος ὢν τῶν ἐκεῖ πιστῶν, ὥσπερ ἠξιώθην εἰς τιμὴν Θεοῦ εὑρεθῆναι. Ἔρρωσθε ἐν Θεῷ Πατρὶ, καὶ ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ τῇ κοινῇ ἐλπίδι ἡμῶν.

2. ὅθεν δεδεμένος] Vinctus est igitur in Syria, Antiochiae scil. (quod asserendum est contra Blondellum,) et ibi militibus traditus, ut ipse dicit in Ep. ad Rom. [§ 5.] PEARSON.

3. ὥσπερ ἠξιώθην] Forsitan ὅσπερ, *qui*. MARKLAND. Interpolator, ὅσπερ. Interpres autem Vetus MSti lectionem tuetur : nihil ergo mutatione opus, modo ὥσπερ cum δεδε-

Digitized by Google

Jesus Christus. Orate pro Ecclesia quae in Syria[x]: unde ligatus in Romam abducor, extremus existens eorum qui ibi[y] fidelium; quemadmodum dignificatus sum in honorem Dei inveniri. Valete in Deo Patre, et in Jesu Christo communi spe nostra. Amen[z].

[x] *Siria* C.C.

[y] *ibidem* C. C.

[z] *Amen* deest C. C.

μένος conjungas, uti monet Hefelius.

4. εὑρεθῆναι.] Interpol. εἰς Θεοῦ τιμὴν φορέσαι ταυτασὶ τὰς ἁλύσεις.

5. τῇ κοινῇ ἐλπίδι ἡμῶν.] Armenius legisse videtur, ἐλπίδι. Χάρις ὑμῖν. Ἀμήν. PETERMAN. Πρὸς Ἐφεσίους ad finem in ed. Vossiana Codd. non agnoscunt. Interpolator coronidis loco, subdit Ἰγνατίου Ἐφεσίους.

Digitized by Google

ΜΑΓΝΗΣΙΕΥΣΙΝ ΙΓΝΑΤΙΟΣ.

ΙΓΝΑΤΙΟΣ, *ὁ καὶ Θεοφόρος, τῇ εὐλογημένῃ ἐν χάριτι Θεοῦ Πατρὸς ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ τῷ σωτῆρι ἡμῶν, ἐν ᾧ ἀσπάζομαι τὴν ἐκκλησίαν τὴν οὖσαν ἐν Μαγνησίᾳ τῇ πρὸς Μαιάνδρῳ, καὶ εὔχομαι ἐν Θεῷ* 5 *Πατρὶ καὶ ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ πλεῖστα χαίρειν.*

Occasio ad illos scribendi hanc Epistolam.

Α'. ΓΝΟΥΣ *ὑμῶν τὸ πολυεύτακτον τῆς κατὰ Θεὸν ἀγάπης, ἀγαλλιώμενος προειλόμην ἐν πίστει Ἰησοῦ Χριστοῦ προσλαλῆσαι ὑμῖν. Καταξιωθεὶς γὰρ ὀνόματος θεοπρεπεστάτου, ἐν οἷς περιφέρω δεσμοῖς* 10

1. ΙΓΝΑΤΙΟΣ] Hanc vocem non agnoscunt Edd. In Cod. Caiensi legimus, 'EPISTOLA IGNATII 4ª. MAGNESIIS. Qualiter honorare debent Episcopum qui conformat voluntatem suam Deo, cujus voluntati subjecti suam debent conformare voluntatem, et nihil sine eo operari, sicut nec Christus sine Patre nihil operatus, nec Apostoli operati sunt. Quorum una oratio, una deprecatio, et non errare opinionibus, et secundum Christum vivere.' Hanc Epistolam Syrus non interpretatus est. Cf. Cureton. pp. 29, 47. Exstat versio Armeniaca integra.

5. *τῇ πρὸς Μαιάνδρῳ*,] Hoc diligenter notavit Eusebius. [H. E. iii 36.] Eam celebrant Strabo, Livius, et Ptolemaeus. Ἡ *πρὸς Μαιάνδρῳ*, ut distinguatur a Magnesia *παρὰ Σιπύλῳ*. [Cf. Tacit. Ann. ii 47, 'Magnetes a Sipylo.'] Sic in foedere Smyrnaeorum et Magnesianorum, quum Magnesiae et Magnesiorum saepissime mentio facta fuisset, tandem circa finem ad majorem certitudinem dicitur *ἐν Μαγνησίᾳ τῇ πρὸς τῷ Μαιάνδρῳ*. Quod certe necessarium fuit; quia Smyrnaei obligati juramentum Magnesiis dare *διὰ τὴν μητέρα τὴν Σιπυληνήν*. Inscriptio in coemeterio Ecclesiae Armenorum Smyrnae, *Ταπία Ἡρωθέμιδος Μαγνῆτις ἀπὸ Σιπύλου. Μάγν. Σιπυ.* in nummo apud Sponium: *Μαγνήτων Σιπυλ.* in nummo apud Patinum. Themistocles, Epist. 20 ad Polygnotum de Rege Persarum: *Ἀφελὼν γὰρ ἤδη τῆς ἑαυτοῦ βα-*

Digitized by Google

AD MAGNESIANOS IGNATIUS.

IGNATIUS, qui et Theophorus [a], benedictae in gratia Dei Patris in Christo Jesu Salvatore nostro; in quo saluto Ecclesiam existentem in Magnesia ea quae juxta Maeandrum, et oro in Deo Patre et Jesu Christo plurimum gaudere. Rom. xv 13.

[a] *Theoferus* C. C.

I. COGNOSCENS vestram multibonam ordinationem ejus quae secundum Deum charitatis [b]; exultans praeelegi in fide Jesu Christi alloqui vos. Dignificatus enim nomine Deo-decentissimo in

[b] *caritatis* C. C.

σιλείας Μυοῦντα καὶ Λάμψακόν τε καὶ τὴν ἐπὶ Μαιάνδρῳ Μαγνησίαν, ἐμοὶ δίδωσιν. Athenaeus: *Ἀπώλοντο δὲ καὶ Μαγνῆτες, οἱ πρὸς τῷ Μαιάνδρῳ, διὰ τὸ πλέον ἀνεθῆναι.* xii 5. [tom. iv 451 ed. Schweigh.] Vel a montibus vel a fluviis distinguebantur urbes, quae in Asia Minori erant cognomines. Ut haec a Maeandro, ita *Antiochia ad Maeandrum, et Apamea πρὸς Μαιάνδρῳ.* Euseb. 183 A [H. E. iii 36.] Prusa ab Hyblio fluvio. Nummus Gallieni apud Patinum *Προυσιέων πρὸς Ὑβλίῳ.* [*Ὑπίῳ*] p. 423. [329.] *Ὁ δῆμος ὁ Λαοδικέων* [*τῶν*] *πρὸς Λύκῳ.* Spon. iii p. 146. Latine etiam exprimitur *Populus Laodicensis A. F. Lyco.* i. e. a Fluvio Lyco. Pindarus ejusmodi urbes vocat *οἰκήματα ποταμῶν.* Horatius, *domus fluviorum.* PEARSON.

Addas Herodot. iii 122, *ἐν Μαγνησίῃ τῇ ὑπὲρ Μαιάνδρου.*

7. ΓΝΟΥΣ——*προειλόμην*] Armenius, *Ex quo cognovi firmum amorem vestrum, in via mea cogitavi.* Legit fortasse *τῆς ἀγάπης καθ' ὁδὸν προειλόμην.* PETERMAN.

8. *προειλόμην*] Male Collectores, *προειλόμην, praetuli.* Onomast. Vet. *Προαιροῦμαι, praeopto. προαιρεῖται τῇ καρδίᾳ.* II Cor. ix 7. PEARSON. Vedelius, *optabam;* Coteler. *decrevi;* Holstenius, *proposui.*

10. *ὀνόματος θεοπρεπεστάτου,*] Faber Stapulensis putat nomen hoc esse Christianum; alii, Martyris aut Confessoris. Mihi videtur esse nomen, quod illi ab omnibus tributum est; sc. *Θεοφόρος. Confessoris* nomen adeo antiquum esse minime videtur; *Martyrem* autem nun-

Digitized by Google

ᾄδω τὰς ἐκκλησίας, ἐν αἷς ἕνωσιν εὔχομαι σαρκὸς καὶ πνεύματος Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ διαπαντὸς ἡμῶν ζωήν, πίστεώς τε καὶ ἀγάπης, ἧς οὐδὲν προκέκριται, τὸ δὲ κυριώτερον Ἰησοῦ καὶ Πατρὸς, ἐν ᾧ ὑπομένοντες τὴν πᾶσαν ἐπήρειαν τοῦ ἄρχοντος τοῦ αἰῶνος τούτου καὶ διαφυγόντες Θεοῦ τευξόμεθα.

Adventus ipsorum Episcopi

Β'. Ἐπεὶ οὖν ἠξιώθην ἰδεῖν ὑμᾶς διὰ Δάμα τοῦ ἀξιοθέου ὑμῶν ἐπισκόπου, καὶ πρεσβυτέρων ἀξίων,

quam se appellat Ignatius. Et omnino illa, ἐν οἷς περιφέρω δεσμοῖς, potius sequentibus ᾄδω τὰς Ἐκκλησίας adjungenda videntur. PEARSON. Interpol. ἀξιωθεὶς γὰρ ὀνόματος θείου καὶ πνθεινοῦ. Hefelius, Hilgenfeld. Denzingerus Pearsonum sequuntur. Wocherus *dignitatem* intelligit, quo sensu ὄνομα exponunt Phil. ii 9.

1. ᾄδω] Ruchat. *Je loue.* Grassius, *Je publie partout la gloire des Eglises.* Cf. p. 284 l. 2.

ib. ἐν αἷς ἕνωσιν εὔχομαι] Integram Magnesiis optat unionem fidei et charitatis, maxime vero Jesu Christi et Patris; quod de spirituali illa communione, quam fideles habent cum Deo Patre et Filio ejus Jesu Christo, 1 Joan. i 3, Joan. xvii 21, intelligendum est. Literalis et paene barbara versio Antiqui Int. ita restituenda est hac nova interpunctione: *Jesu Christi, qui est nostrum semper vivere, fidei, et charitatis,* &c. SMITH. Pro εὔχομαι Vedelius substituit εὕρημαι seu εὑρίσκομαι, *laudo Ecclesias in quibus unionem invenio.* Quod Vossius, nomine editoris non indicato, tanquam vix Graecum perstringit.

2. ἡμῶν] Cod. Casan. ὑμῶν.

3. πίστεώς τε καὶ ἀγάπης,] τε non agnoscunt libb. impr. ante Smithum. Lectionis MSS. vestigium invenit Pearsonus in Vet. Int. qui pro τε legit τό.

5. ἐπήρειαν] Wakius et Chevall. *all the injuries.* Wocher. *alles Unheil.* Vedelius, *omnes insultus violentos.* Hujus vocis vim atque significationem Aristoteles, Rhet. II ii 4, illustrabit. Verbum ἐπηρεάζειν habes apud S. Matt. v 44, Luc. vi 28, 1 Pet. iii 16.

6. τευξόμεθα.] Hanc Codd. MSS. lectionem pro certissima sua conjectura in notis dat Vossius, postquam in contextu exhibuerat φευξόμεθα. Armen. *aufugientes Deo confidimus* (*ad Deum confugimus.*)

7. Ἐπεὶ οὖν ἠξιώθην] Sensus hujus sectionis imperfectus videtur. Non enim huic illationi respondet aliqua ἀπόδοσις· quod neutiquam vitio verti debet S. Martyri inter concussiones militum hasce Epistolas festinante calamo scribenti. SMITH. Apodosis hujus capitis sequitur § 6, quo fit, ut §§ 3—5 parenthesin magnam putes, inde ortam, quod in fine § 2 Ignatius

Digitized by Google

quibus circumfero vinculis, canto[c] Ecclesias, in quibus unionem oro carnis et spiritus Jesu Christi; ad nos[d] semper vivere fidei, quod et charitatis, cui nihil praefertur, principalius autem Jesu et Patris, in quo sustinentes omne nocumentum principis saeculi hujus et perfugientes Deo potimur[e].

[c] In marg. *laude* C.C.

[d] *vos* C.C. *fideque* C.C.

[e] f. potiemur.

II. Quia igitur[f] dignificatus sum videre vos per Dama dignum Deo vestrum Episcopum, et Pres-

[f] *eryo* C.C.

de subjectione diaconi Sotionis loquens, simile obsequium erga episcopum ab omnibus Magnesiis postulare properaverit. HEFELIUS.

ib. *διὰ Δάμα*] Vet. Int. *per Dama*, male. Inscriptio apud Thyatiram, Μάρκου Οὐλπίου Δάμα Παραδόξου. Male redditur, *Dama-Paradoxus*, Spon. tom. iii p. 108. Ἀρχίας Δάμα Ταναγραῖος, Spon. tom. ii 123. Δάμας, Δάμα, Lat. *Dama*, Gruter. 991, 13. P. L. Rabinius Dama, Reines. 835. S. Basil. Ep. 291 insignes Martyres memorantur Εὐψύχιος καὶ Δάμας. Eusebius H. E. iii 36, Ἑτέραν δὲ [ἐπιστολὴν] τῇ ἐν Μαγνησίᾳ πρὸς Μαιάνδρῳ, ἔνθα πάλιν ἐπισκόπου Δάμα μνήμην πεποίηται. PEARSON. Meminit quoque Damae fictor in Epp. ad Antioch. et ad Heronem. Damas autem et Demas idem mihi esse videntur. SMITH.

8. *ἐπισκόπου, καὶ πρεσβυτέρων*] Ex eo quod primis Ecclesiae temporibus nomina *Episcopus* et *Presbyter* communia erant primo et secundo ordini sacerdotum, in Epistolis autem Ignatianis semper *Episcopi* appellantur, qui sunt sacerdotes summi, *Presbyteri* vero, qui sunt minores sacerdotes; argumentum palmarium contra earum Epistolarum veritatem et antiquitatem ducere se putant: quod tamen ne quidem argumentum, meo sane judicio, dici meretur, adeo infirmum est ac invalidum. Constat enim, id de quo dubitare nos non sinunt SS. Scripturae et SS. Patres, Apostolico saeculo duos exstitisse sacerdotii gradus, superiorem et inferiorem, re diversos, quamquam nomine communi. Nonne fas fuit S. Ignatio de utroque sacerdotio simul loqui? Nemo negabit, ni fallor. Quaero jam quonam modo hoc facere potuerit. Appellasset saltem aliquando primum ordinem *Presbyteros*, secundum, *Episcopos*? Ita loqui est citra omne prorsus exemplum; ut ubi sacerdotes majores ac minores distinguuntur, primis detur nomen Presbyterorum, aliis Episcoporum. Necesse igitur habuit, *Episcopos* vocare supremos Antistites, *Presbyteros* Antistites subjectae dignitatis: quemadmodum fecit. Sic Alex. Clemens, qui, *ἱερωσύνη* generatim considerata, Strom. vii

Digitized by Google

Damae, et Presbyterorum, Bassi et Apollonii, itemque Diaconi Sotionis.

Βάσσου καὶ Ἀπολλωνίου, καὶ τοῦ συνδούλου μου διακόνου Ζωτίωνος, οὗ ἐγὼ ὀναίμην, ὅτι ὑποτάσσεται τῷ ἐπισκόπῳ ὡς χάριτι Θεοῦ, καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ ὡς νόμῳ Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Hortatur ut honorem exhibeant Episcopo, quamvis juniori et novo.

Γ'. Καὶ ὑμῖν δὲ πρέπει μὴ συγχρᾶσθαι τῇ ἡλικίᾳ τοῦ ἐπισκόπου, ἀλλὰ κατὰ δύναμιν Θεοῦ Πατρὸς πᾶσαν ἐντροπὴν αὐτῷ ἀπονέμειν, καθὼς ἔγνων καὶ τοὺς ἁγίους πρεσβυτέρους, οὐ προσειληφότας τὴν φαινομένην νεωτερικὴν τάξιν, ἀλλ' ὡς φρονίμους ἐν

p. 700, [p. 830 ed. Potter.] scribit, *τὴν μὲν βελτιωτικὴν οἱ πρεσβύτεροι σώζουσιν εἰκόνα, τὴν ὑπηρετικὴν δὲ οἱ διάκονοι.* et Strom. vi p. 667, [p. 793 ed. Potter.] *Οὗτος πρεσβύτερός ἐστι τῷ ὄντι τῆς ἐκκλησίας, καὶ διάκονος ἀληθὴς τοῦ Θεοῦ βουλήσεως.* Eadem in pagina memorat progressiones Episcoporum, Presbyterorum, et Diaconorum; ut et lib. iii Paedag. cap. ult. Eodemque modo apud Tertullianum. Apol. quidem, § 39, ait, 'Christianorum coetibus praesidere Seniores.' At lib. de Baptismo, § 17, et alibi clarissime docet Episcoporum et Presbyterorum distinctionem, cum Episcopali tamquam summi sacerdotii auctoritate in Presbyteros. COTELERIUS.

ib. *ἀξίων,*] Interpolator, *Θεοῦ ἀξίων.*

1. *Ἀπολλωνίου,*] MSS. *Ἀπολωνίου.* Pro *συνδούλου* Interpol. *συμβιωτοῦ.* Tot legatos missos fuisse Curetonus vix adduci potest ut credat. Denzingerus conferri jubet Cyprianum, e. g. Ep. v, monentem ne glomeratim visitent Martyres; et Lucianum narrantem *τοὺς ἐν τέλει* intra carcerem pernoctasse cum Peregrino, § 12, necnon ex urbibus Asiaticis venisse aliquos a Christianis missos qui opem ferrent, § 13.

2. *Ζωτίωνος,*] Sic MSS. et Interpol. Literae Z et Σ altera locum alterius saepe obtinuerunt. Vide Hemsterhusii notam in Lucian. Judic. Vocal. § 9.

ib. *οὗ ἐγὼ ὀναίμην,*] *e quo bene mihi sit.* Cf. not. in Ep. ad Eph. § 2, ad Polycarp. § 2. Armenius, *quem ego desiderabam.* 'He wishes for the good 'man's company.' Jer. Taylor, Episcopacy Asserted, § 12.

4. *Χριστοῦ.*] Interpol. non agnoscit adsumentum Vet. Interpretis, *Glorificato Deum,* &c. qui eadem verba infercit Ep. ad Eph. § 1. Vide supra p. 274 l. 3.

5. *μὴ συγχρᾶσθαι τῇ ἡλικίᾳ*] *Συγχρᾶσθαι* in Actis Apostolorum [Semel tantum in N. T. legitur; sc. S. Johan. iv 9.] est *coïiti.* Similiter in Glossis veteribus et in Vet. Int. Haec translatio obscura est, si vocabulum illud ita reddatur; quod tamen aliter reddi neque debet, neque potest. Dicit autem Ignatius, non debere illos *coïiti,*

Digitized by Google

byteros dignos Bassum et Apollonium [g] et conservum meum Diaconum Zotionem, quo ego [h] fruar; quoniam subjectus est Episcopo ut gratiae Dei, et Presbyterio [i] ut legi Jesu Christi. [Glorificato Deum Patrem Domini Jesu Christi.]

III. Sed et vos decet non couti [k] aetate Episcopi, sed secundum virtutem Dei Patris omnem reverentiam ei [l] tribuere (sicut agnovi et [m] sanctos Presbyteros) non assumentes apparentem juniorem ordinem, sed ut prudentes in Deo concedentes

[g] *Apolonum* C. C.
[h] *Zenonem quem ego* C. C.
[i] *Presbytero* C. C.
[k] sic C. C. Al. *concuti*.
[l] *omnem ei reverentiam*. C. C.
[m] *et* deest C. C.

id est, tanquam commodato accipere et ad se pertrahere ἐπισκοπήν illam juvenis istius Episcopi. In illa quoque significatione exstat id verbi apud Polybium. [Apud quem, uti docet Schweighaeuserus, vel *simul uti* significat, vel nude *uti*.] VOSSIUS. συγχρᾶσθαι est *vilipendere Episcopum propter aetatem*: de qua re monuit Timotheum Episcopum S. Paulus, 1 Ep. iv 12; nam familiaritas parit contemptum. Noluit Magnesiis contemptum exprobrare, sed tantummodo causam removere, sc. familiaritatem nimiam, quam oriri inde noverat, quod Episcopus juvenis esset. PEARSON. Falsus erat in eo Vir Doctissimus quod opinatus est Cod. MStum habere συγκρᾶσθαι. Interpol. praebet, μὴ καταφρονεῖν τῆς ἡλικίας τοῦ ἐπισκόπου. Toupius, e vulgata lectione Vet. Int. suspicatur συγκρούεσθαι esse legendum. Hammondus, quem sequitur Wakius, lectionem MSS. ita explicat, *familiariter et deposita reverentia aetate abuti*. c. Blondellum, p. 76. Kistius, *von der Jugend des Bischofs keinen Missbrauch zu machen*. Rothius, *ihn familiär zu behandeln*.

6. κατὰ δύναμιν] *Selon la puissance qu'il a reçue de Dieu le Père*, Grassius. *respectu Divinae potentiae quae illum Episcopum constituit*, Hefelius.

7. ἐντροπὴν ἀπονέμειν,] 1 Pet. iii 7, ἀπονέμοντες τιμήν.

9. νεωτερικὴν τάξιν,] *Juvenilem conditionem*. Vel juvenilem aetatem Ordinati, vel recentem illius Ordinationem. COTEL. Οὐ προσειληφότας, κ. τ. λ. *Non attendentes* juventuti Damae. Frustra substituit Junius προειληφότας. Sensus hic mihi quidem verus esse videtur, quem attigit Interpol. οὐ πρὸς τὴν φαινομένην ἀφορῶντας νεότητα. Non tamen prorsus abnuerim tempus *nuperae recentisque ordinationis* hic quoque posse intelligi. *Ordinem* vero apud Vet. Int. pro *ordinationem* poni tralatitium est. [Exemplum videas supra, p. 289 l. 4.] SMITH. Cf. Cangii Gloss. in voce. Conjecturam Junii, οὐ προειληφότας, *non praeoccupato animo respicientes*, a Pearsono sane haud improbatam, in edit. secundam admisit Hefelius, ver-

Digitized by Google

Θεῷ συγχωροῦντας αὐτῷ· οὐκ αὐτῷ δὲ, ἀλλὰ τῷ Πατρὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ τῷ πάντων ἐπισκόπῳ. Εἰς τιμὴν οὖν ἐκείνου τοῦ θελήσαντος ἡμᾶς, πρέπον ἐστὶν ἐπακούειν κατὰ μηδεμίαν ὑπόκρισιν· ἐπεὶ οὐχ ὅτι τὸν ἐπίσκοπον τοῦτον τὸν βλεπόμενον πλανᾷ τις, ἀλλὰ τὸν ἀόρατον παραλογίζεται· τὸ δὲ τοιοῦτον, οὐ πρὸς σάρκα ὁ λόγος, ἀλλὰ πρὸς Θεὸν τὸν τὰ κρύφια εἰδότα.

Sic bonae studeant conscientiae.

Δ'. Πρέπον οὖν ἐστὶν μὴ μόνον καλεῖσθαι Χριστιανοὺς, ἀλλὰ καὶ εἶναι· ὥσπερ καί τινες ἐπίσκοπον μὲν καλοῦσιν, χωρὶς δὲ αὐτοῦ πάντα πράσσουσιν. Οἱ τοιοῦτοι δὲ οὐκ εὐσυνείδητοί μοι εἶναι φαί-

tit autem, *qui non temere dijudicant.* Locum misere corrupisse Interpol. contendunt Salmasius, Appar. ad Primat. Papae, pp. 57, 58, et Wandalinus in Diat. Hist. Theol. contra Langium, ap. Graevii Syntagma, p. 240, et *novum ordinem, novellum institutum* intelligunt. Sic Rothius quoque, *Anfänge*, 436—441, et Lipsius, de Clem. Rom. Epistola, p. 27, nihil aliud intelligunt quam recentem Ordinis episcopalis institutionem. Cf. Routh. adnot. in verba, *Novitas Episcopatus*, Concil. Carthag. vii, Rel. Sacr. iii 207. Bosius, in Exercit. ad II Tim. ii 22, in Addit. Crit. Sacr. vertit, *non adsumentes ea quae manifesto juvenis* (episcopi) *sunt munia.* Arndtio νεωτερικὴν τάξιν exquisitius dictum videtur pro νεαρὰν ἡλικίαν. Pearsonus, qui Interpol. hic Ignatium fideliter et plane explicasse arbitratur, Vindic. Praef. ad Lect. et Binghamius, Orig. Ecclesiast. II x 1, de Episcopi aetate explicant, quod valde juvenis fuit quum ordinaretur. Cum Pearsono stant Int. Armenius, Cureton. Hefel. Hilgenfeld. Merxius.

ib. ὡς φρονίμους] Armenius interpretatur ac si scriptum esset ὡς φρονίμῳ ἀνδρί.

3. θελήσαντος ἡμᾶς,] *volentis* i. e. *amantis.* Vid. Ep. ad Rom. § 8. MARKLAND. Cotelerio reponenti ὑμᾶς suffragatur Armenius. Dresselius commate distinguit post θελήσαντος.

4. ἐπακούειν] Salvinius conj. ὑπακούειν. Sed nihil opus est hac emendatione. Eumdem sensum habes apud Herodot. iv 141, Ἰστιαῖος δὲ ἐπακούσας τῷ πρώτῳ κελεύσματι. Hesiod. Opp. 273, καί νυ δίκης ἐπάκουε κ. τ. λ.

ib. οὐχ ὅτι] Est οὐκ ἐρῶ ὅτι Hermann. ad Vig. not. 253.

5. τὸν βλεπόμενον] Cf. Ep. ad Eph. § 1, τῷ ἐν σαρκὶ ἐπισκόπῳ.

ib. πλανᾷ τις,] Ita Cod. Laur. non τῖς, uti e Salvinii apographo dedit Aldrichius.

6. παραλογίζεται·] Infeliciter

Digitized by Google

ipsi; non ipsi autem, sed Patri Jesu Christi omnium Episcopo. In honorem igitur illius volentis nos, decens est obedire, secundum nullam hypocrisim [n]: quia nequaquam Episcopum hunc conspectum seducit quis, sed invisibilem [o] paralogizat. Tale autem non ad carnem sermo, sed ad Deum abscondita scientem. 1 Johan. iv 19.

n *ipocrisim* C. C.
o *inrisibile* C. C.

IV. Decens igitur est, non solum vocari Christianos, sed et esse: quemadmodum quidam Episcopum quidem [p] vocant, sine ipso autem omnia operantur. Tales autem [q] non bonae conscientiae

p *quidem* deest C. C.
q *autem* deest C. C.

Coteler. *illudit invisibili;* Wakius et Chevall. *affronts;* Grassius, *on outrage;* ad mentem Int. Vet. qui textum interpolatum, *τὸν ἀόρατον παραλογίζεται, τὸν μὴ δυνάμενον παρά τινος παραλογισθῆναι,* ita vertit, *illum invisibilem in eo contemnit, qui non potest ab aliquo contemni.* Melius Wocherus, *so betrügt er;* optime Ruchatus, quem sequitur Hefelius, *on entreprend de tromper;* quo sensu verbum adhibent tum D. Paulus ad Col. ii 4, *μή τις ὑμᾶς παραλογίζηται ἐν πιθανολογίᾳ,* tum D. Jacobus, i 22, *παραλογιζόμενοι ἑαυτούς.* necnon LXX, Gen. xxix 25, 1 Sam. xix 17, xxviii 12.

ib. *τὸ δὲ τοιοῦτον,*] Pseudo-Ignatius *λόγον* hic interpretatur *ἀναφοράν.* Quomodo et apud Mathematicos vocabulum istud accipitur. Sed tum melius legeretur, *τοῦ δὲ τοιούτου οὐ πρὸς σάρκα ὁ λόγος, ἀλλὰ πρὸς Θεόν.* VOSSIUS. Si post *τοιοῦτον* ponatur interpunctio, omnis difficultas evanescit. *ὁ λόγος,* illud quod supra jamjam dixi, de obedientia juveni Episcopo praestanda, *non tantum ad hominem quantum ad ipsum Deum,* qui intimos cordis recessus penetrat. Vel si *ὁ λόγος* pro *ratione,* sensu Mathematicorum, accipiatur, sensus erit parum diversus: 'hoc est ejusmodi consi-'lium, in quo, *non hominum,* sed 'omniscii *Dei,* ratio maxime 'habenda est.' SMITH. Forsitan *τῷ δὲ τοιούτῳ,* ex Heb. iv 13, ad quem locum hic adluditur. MARKLAND. Firmatur haec conjectura, quam accepit Hefelius, e S. Parall. Jo. Damasc. *παραλογίζεται Θεόν· τῷ δὲ τοιούτῳ οὐ πρὸς σάρκα λόγος.*

9. *Πρέπον οὖν*] Sic profertur a Damasceno, cap. *περὶ Χριστιανισμοῦ.* [ii 789, Le Quien.] *Πρέπον ἐστὶ μὴ μόνον ἀκούειν Χριστιανούς, ἀλλὰ καὶ εἶναι.* COTEL.

10. *ἐπίσκοπον μὲν καλοῦσιν,*] Justa auctoritate constitutum fatentur, illo tamen inconsulto omnia agunt. SMITH. Aliter Armen. *Sunt quidem qui nomine vocantur Christiani, et sine eo operantur omnia.*

12. *οὐκ εὐσυνείδητοί*] Clem. Alex. saepe. Orig. in Matth. 381, [ed. Huet. tom. iii p. 671 ed. Ben.] et in Johan. 87 D.

Digitized by Google

νονται, διὰ τὸ μὴ βεβαίως κατ' ἐντολὴν συναθροίζεσθαι.

Numismata duo, Dei et Mundi.

Ε'. Ἐπεὶ οὖν τέλος τὰ πράγματα ἔχει, καὶ ἐπίκειται τὰ δύο ὁμοῦ, ὅ τε θάνατος καὶ ἡ ζωὴ, καὶ ἕκαστος εἰς τὸν ἴδιον τόπον μέλλει χωρεῖν· ὥσπερ γάρ ἐστιν νομίσματα δύο, ὁ μὲν Θεοῦ, ὁ δὲ κόσμου, καὶ ἕκαστον αὐτῶν ἴδιον χαρακτῆρα ἐπικείμενον ἔχει, οἱ ἄπιστοι τοῦ κόσμου τούτου, οἱ δὲ πιστοὶ ἐν ἀγάπῃ χαρακτῆρα Θεοῦ Πατρὸς διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ ἐὰν μὴ αὐθαιρέτως ἔχωμεν τὸ ἀποθανεῖν εἰς τὸ αὐτοῦ πάθος, τὸ ζῆν αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἐν ἡμῖν.

Hinc ordo observandus et uni-

Ϛ'. Ἐπεὶ οὖν ἐν τοῖς προγεγραμμένοις προσώποις τὸ πᾶν πλῆθος ἐθεώρησα ἐν πίστει καὶ ἠγάπησα,

[ed. Huet. iv 95 ed. Ben.] τὴν γραφὴν εὐσυνειδότως δεῖ ἐξετάζειν. Cyrill. Catech. 16 B, 22 C, [ed. Morel. Paris. 1631.] Vide etiam Artemidorum, i 22. PEARSON. Cf. Ep. ad Trall. § 7.

1. μὴ βεβαίως] Eo quod non *firma* fide, neque *stabili* ordine, *juxta praeceptum* Christi et Apostolorum, ad sacros coetus sub cura peculiarium Episcoporum sese conferant. SMITH.

ib. κατ' ἐντολὴν] Absolute positum ut in Ep. Barnabae § 6, init. Vide not. in Ep. ad Smyrn. § 11. Mox, pro Codd. lectione, Voss. in ed. altera, συναθροίσασθαι, Cotel. et Voss. 1646, συναθροίσεσθαι.

3. ἐπίκειται] *incumbunt* Cotel. πρόκειται Interpol. Cf. Xenoph. Mem. II i 5. τηλικούτων μὲν ἐπικειμένων τῷ μοιχεύοντι κακῶν.

5. τὸν ἴδιον τόπον] Sic de Juda, Act. i 25. Unicuique sc. *suus* post mortem assignatus est *locus*. Sic ap. Clem. R. [§ 5] Petrus dicitur abiisse εἰς τὸν ὀφειλόμενον τόπον τῆς δόξης, Paulus autem εἰς τὸν ἅγιον τόπον. PEARSON. Cf. S. Polyc. ad Phil. § 9, τὸν ὀφειλόμενον αὐτοῖς τόπον. De Gehenna exponitur Num. xxiv 25. *Balaam ivit in locum suum.* Videsis Lightfoot. Hebr. et Talmud. Exerc. in Act. i 25.

6. νομίσματα δύο,] Mirum est quod putat Wocherus, Ignatium respicere ad duo illa numismata, Judaicum scilicet, quod in Templi usum pendebant, et Romanum, quo tributa solvebant Judaei. Conf. S. Matt. xxii 20, xxi 12. Omnia haec inepte ab Interpol. temperata fuisse docet Rothius, p. 778, ut ad controversias Ignatii aetate longe recentiores spectare viderentur, e. g. Οὐ δύο φύσεις ἀνθρώπων λέγω, ἀλλὰ τὸν ἕνα ἄνθρωπον, ποτὲ μὲν Θεοῦ, πότε δὲ διαβόλου γίνεσθαι.

ib. ὁ μὲν Θεοῦ, ὁ δὲ] MSS.

Digitized by Google

mihi esse videntur, propter non firmiter secundum praeceptum congregari.

V. Quia igitur finem res habent, et proponuntur duo simul, mors et vita; et unusquisque in proprium locum iturus est. Quemadmodum enim sunt numismata duo, hoc quidem Dei, hoc autem mundi: et unumquodque ipsorum proprium characterem[r] superpositum habet; infideles, mundi hujus; fideles autem, in charitate characterem[s] Dei Patris per Jesum Christum; per quem nisi voluntarie habeamus mori in ipsius passionem, vivere ipsius non est in nobis.

[r] *caracterem* C. C.
[s] *caritate caracterem* C. C.
Rom. vi 8. 2 Tim. ii 11.

VI. Quia igitur in praescriptis personis omnem multitudinem speculatus sum in fide et dilectione

exhibent *ὁ μὲν Θεοῦ, ὁ δέ*. Edd. autem, si Aldrich. excipias, tacite reponunt *τὸ μὲν Θεοῦ, τὸ δέ*. Relativum saepissime pro articulo ponitur a Novi Testamenti Scriptoribus, quos imitatum esse Ignatium quid vetet nullus video. Cf. Rom. ix 21, *ὃ μὲν εἰς τιμὴν σκεῦος, ὃ δὲ εἰς ἀτιμίαν*. Matt. xxi 35, Act. xxvii 44, 1 Cor. xi 21. Plura dabit Bernhardy, *Syntax der Griech. Sprache*, p. 306 et sq.

8. *τοῦ κόσμου τούτου,*] Fragm. Syr. ap. Cureton. p. 232, *Those in whom there is no faith are of the Ruler of this world.* Armenius, *qui non habent rectam fidem imago Principis hujus mundi sunt.*

10. *ἀνθαιρέτως*] Cf. II Cor. viii 3, *ὑπὲρ δύναμιν αὐθαίρετοι.*

ib. *εἰς τὸ αὐτοῦ πάθος,*] *In similitudinem passionis ejus.* MARKLAND. *Propter* vel *juxta ipsius passionem;* quam tanquam exemplar imitari, quavis justa occasione oblata, debemus. Male inserit Interpol. *ὑπὲρ τῆς ἀληθείας*, et omnino praeter mentem S. Martyris. SMITH. Fragm. Syr. *to die for His sake, in His passion.* Armen. *pati et mori propter nomen ejus.*

12. *προσώποις*] Notatis supra, ad Clem. Rom. i 1, de voce *πρόσωπον* hoc sensu posita, addas Can. 2 Concil. Nicaen. *εἰ δὲ προϊόντος τοῦ χρόνου ψυχικόν τι ἁμάρτημα εὑρεθείη περὶ τὸ πρόσωπον, κ. τ. λ.*

13. *καὶ ἠγάπησα,*] Ita Codd. atque ita Interpol. sec. ed. Pacaei et Vedelii. Usserius, e Cod. Nydprucc. dedit *καὶ ἀγάπῃ*, quam lectionem, a Pearsono minime improbatam, consentiente Int. Vet. et nunc demum Armenio, exhibent Vossius, Cotelerius, Smith. Russel. Hefel. Dresselius. scil. *fidem et charitatem totius Ecclesiae Magnesiorum.* Fragm. Syr. *in faith and love.*

Digitized by Google

tati studendum.

παραινῶ ἐν ὁμονοίᾳ Θεοῦ σπουδάζετε πάντα πράσσειν, προκαθημένου τοῦ ἐπισκόπου εἰς τόπον Θεοῦ, καὶ τῶν πρεσβυτέρων εἰς τόπον συνεδρίου τῶν ἀποστόλων, καὶ τῶν διακόνων, τῶν ἐμοὶ γλυκυτάτων, πεπιστευμένων διακονίαν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὃς πρὸ αἰώνων παρὰ Πατρὶ ἦν, καὶ ἐν τέλει ἐφάνη. Πάντες οὖν, ὁμοήθειαν Θεοῦ λαβόντες, ἐντρέπεσθε ἀλλήλοις, καὶ μηδεὶς κατὰ σάρκα βλεπέτω τὸν πλησίον, ἀλλ' ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ ἀλλήλους διαπαντὸς ἀγαπᾶτε. Μηδὲν ἔστω ἐν ὑμῖν ὃ δυνήσεται ὑμᾶς μερίσαι, ἀλλ' ἑνώθητε τῷ ἐπισκόπῳ, καὶ τοῖς προκαθημένοις, εἰς τύπον καὶ διδαχὴν ἀφθαρσίας.

Nihil sine Episcopo et Presbyteris agendum.

Ζ'. Ὥσπερ οὖν ὁ Κύριος ἄνευ τοῦ Πατρὸς οὐδὲν ἐποίησεν, ἡνωμένος ὢν, οὔτε δι' ἑαυτοῦ, οὔτε διὰ

1. σπουδάζετε—ἐφάνη.] Haec ex Severi Antioch. Patr. libro c. Grammaticum profert Curetonus, p. 245, ita conversa ut a praecedentibus divulsa videantur, et Diaconi silentio praetermittantur. *Take care to do every thing, the Bishop sitting in the place of God, and the Presbyters in the place of the session of the Apostles, who are entrusted with the ministry of Jesus Christ; who before the worlds was with the Father, and in the end was manifested.* Aliter in Fragm. p. 232, *in the place of the Angels of the Council.*

3. συνεδρίου τῶν ἀποστόλων,] ὡς συνέδριον Θεοῦ, Ep. ad Trall. § 3. Cf. ad Philad. § 5, ad Smyrn. § 8; et Const. Apost. ii 28, τοῖς δὲ Πρεσβυτέροις, ὡς ἂν κάμνουσι περὶ τὸν τῆς διδασκαλίας λόγον διηνεκῶς, διπλῆ καὶ αὐτοῖς ἀφοριζέσθω ἡ μοῖρα, εἰς χάριν τῶν τοῦ Κυρίου ἀποστόλων, ὧν καὶ τὸν τόπον φυλάσσουσιν, ὡς σύμβουλοι τοῦ Ἐπισκόπου, καὶ τῆς Ἐκκλησίας στέφανος· εἰσὶ γὰρ συνέδριον καὶ βουλὴ τῆς Ἐκκλησίας.

6. ἐν τέλει] *In fine mundi Judaici*, quando novum saeculum sub Evangelio esset incipiendum: vel, *in fine mundi universi*. Crediderunt enim istius saeculi Christiani, rerum omnium consummationem non procul abfuisse. Ita verba, quae paullo antecedunt, videntur intelligenda: Ἐπεὶ οὖν τέλος κ. τ. λ. ut in Ep. ad Eph. § 11, Ἔσχατοι καιροί· more loquendi apud Apostolos frequentissimo. SMITH. Interpol. pro his verbis, ὃς πρὸ αἰώνων——ἐφάνη haec paraphrastice substituit, ὃς πρὸ αἰώνων παρὰ τῷ Πατρὶ γεννηθείς, ἦν Λόγος Θεός, μονογενὴς Υἱός· καὶ ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων ὁ αὐτὸς διαμένει· " τῆς " γὰρ βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔστι

moneo [t], in concordia Dei studete [u] omnia operari; praesidente Episcopo in loco Dei, et Presbyteris in loco consessionis Apostolorum, et Diaconis mihi dulcissimis habentibus creditam [x] ministrationem Jesu Christi; qui ante saecula apud Patrem erat, et in fine apparuit. Omnes igitur eandem consuetudinem Dei accipientes, veneremur adinvicem; et nullus secundum carnem adspiciat proximum, sed in Jesu Christo adinvicem semper diligite. Nihil sit in vobis, quod possit vos partiri; sed uniamini [y] Episcopo et praesidentibus, in typum et doctrinam incorruptionis.

t *in f. et dilectione: in fide et dilectione moneo* C. C.

u *studite* C. C.

x *creditam Dei* C. C.

l. veneremini.

y *unanimi* C. C.

VII. Quemadmodum igitur [z] Dominus sine Patre nihil fecit, unitus existens, neque per seipsum,

z *igitur* deest C. C. S. Johan. v 19, 30.

" τέλος," φησὶ Δανιὴλ ὁ προφήτης.

7. ὁμοήθειαν Θεοῦ λαβόντες,] *Acceptis iisdem divinis moribus.* In Damasceni Eclogis Sacris, cap. περὶ φιλαδελφίας . . . ἀλλήλους ἐντρέπεσθε, . . . ἀλλ' ἐν Χριστῷ ἀλλήλους . . . . COTEL. Armenius, ac si legisset Πάντες οὖν ὁμόνοιαν καὶ ὁμοήθειαν Θεοῦ ——καὶ μὴ κατὰ σάρκα βλέπετε ἀλλήλους, ἀλλ' ἐν ἀγάπῃ Ἰησοῦ Χριστοῦ. PETERMAN. Hunc locum, e Parall. Rupefucald. tunc adhuc ineditis, a Cotel. descriptum, in ed. sua omisit Le Quienius. Cf. Ep. ad Polyc. § 1. Interpol. Πάντες οὖν ἐν ὁμονοίᾳ ἀλλήλους ἀγαπήσωμεν.

ib. ἀλλήλοις,] Ita Cod. Med. Salvinii conj. ἀλλήλους tuetur Bunsenius.

8. τὸν πλησίον,] Ita dedi ex Interpol. et emendatione Toupii, comprobante Pearsono. Librarii, syllaba proxime praecedenti decepti, exaraverunt τῷ; forsitan pro τὸ πλησίον, uti nonnullis videtur. Hic iterum dormitat optimus Vossius, qui in contextu habet κλεπτέτω, in notis autem veram MSS. lectionem βλεπέτω tanquam conjecturam suam profert. Sic statim τόπον quoque pro τύπον exhibet.

10. δυνήσεται] Salvinius conj. δυνήσηται.

11. προκαθημένοις,] Presbyteris, quos Episcopus supra vos, in curam regimenque animarum vestrarum, collocavit. SMITH.

12. εἰς τύπον] i. e. Unitas cum Episcopo est typus vitae illius, quam Sancti vivunt Deo uniti; simulque alii, unitatem vestram cum episcopo conspicientes, ad persuasionem de vita illa adducuntur. HEFEL. Armenius, *in conspectum bonum et doctrinam incorruptionis.* Fragm. Syr. ap. Cureton, p. 234, *for the form and doctrine of incorruption.*

13. ἄνευ τοῦ Πατρὸς οὐδὲν] Cf. Const. Apost. II xxvi, xxx.

14. ἡνωμένος ὤν,] Haec verba Armenius cum Syro omittit.

Digitized by Google

τῶν ἀποστόλων, οὕτως μηδὲ ὑμεῖς ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου καὶ τῶν πρεσβυτέρων μηδὲν πράσσετε· μηδὲ πειράσητε εὔλογόν τι φαίνεσθαι ἰδίᾳ ὑμῖν· ἀλλ' ἐπὶ τὸ αὐτὸ μία προσευχή, μία δέησις, εἷς νοῦς, μία ἐλπὶς, ἐν ἀγάπῃ, ἐν τῇ χαρᾷ τῇ ἀμώμῳ. Εἷς ἔστιν 5
Ἰησοῦς Χριστὸς, οὗ ἄμεινον οὐθέν ἐστιν. Πάντες οὖν ὡς εἰς ναὸν συντρέχετε Θεοῦ, ὡς ἐπὶ ἓν θυσιαστήριον, ὡς ἐπὶ ἕνα Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν ἀφ' ἑνὸς Πατρὸς προελθόντα, καὶ εἰς ἕνα ὄντα καὶ χωρήσαντα. 10

Cavendum a falsis doc-

Η'. Μὴ πλανᾶσθε ταῖς ἑτεροδοξίαις μηδὲ μυθεύ-

2. *πράσσετε· —— φαίνεσθαι*] Cod. uterque *πράσσεται — φαίνεσθε*. Interpolator exhibet, *οὕτω καὶ ὑμεῖς ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου, μηδὲ πρεσβύτερος, μηδὲ διάκονος, μηδὲ λαϊκός· μηδέ τι φαινέσθω ὑμῖν εὔλογον, παρὰ τὴν ἐκείνου γνώμην.*

3. *ἰδίᾳ ὑμῖν*·] h. e. *separatim*, extra communionem Episcopi et Presbyterorum. SMITH. Fragm. Syr. ap. Cureton. p. 234, *to any one of you, of himself and to himself.*

5. *ἐν τῇ χαρᾷ*] Interpres et Pseudo-Ignatius ita legisse videntur, *ἐν τῇ χαρᾷ τῇ ἀμώμῳ, ἥ ἐστιν Ἰησοῦς Χριστός*, &c. VOSSIUS. Vet. Int. *quod est*, ac si ὅ legisset: uti quoque habet Antiochus, Hom. lxxx. [*ὅ ἐστιν Ἰ. Χ. οὗ οὐδὲν θυμηδέστερον*] Εἷς videtur esse melior lectio, quae mox repetitur. SMITH. Armenius videtur legisse, *ἐν ἀγάπῃ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰ.Χ.* omissis quae interposita sunt verba. PETERMAN. *ἀμώμῳ ὅς ἐστιν* restituit Bunsenius. Conf. *ἐν ἀμώμῳ χάριτι* in prooem. Ep. ad Ephes.

6. *οὐθέν*] Hanc serioris Atticismi formam legimus in Cod. Laur. Libb. impr. cum Interpol. *οὐδέν*. Cf. Ep. ad Rom. §§ 4, 5. *μηθέν*.

7. *ὡς εἰς ναόν*] Inepte deformavit haec Pseudo-Ignatius. [*Πάντες ὡς εἷς, εἰς τὸν ναὸν κ. τ. λ.*] Unde adparet, et jam ejus aevo corruptum fuisse hunc locum. Lege: *Πάντες οὖν ὡς εἰς ἕνα ναὸν συντρέχετε Θεοῦ.* Probat hanc lectionem Int. Vet. VOSSIUS. Int. Vet. favet Armenius. Toupius quoque nos jubet *ὡς εἰς ἕνα ναόν* legere. Cf. Pearson. Vindic. ii 55. Correctionem Vossii admisit Hefelius. Dresselius mallet *ὡς εἷς*.

ib. *συντρέχετε*] Salvin. *συνέρχετε*, et in margine reponit *συνέρχεσθε*. Simili errore, in Ep. ad Ephes. § 13, pro *συνέρχεσθαι* Aldrichius habet *συντρέχεσθαι*.

ib. *θυσιαστήριον*,] Conf. Ep. ad Eph. § 5.

8. *τὸν ἀφ' ἑνὸς Πατρὸς*] *Filius*, quando in mundum venit, *a Patre exiisse* dicitur, et tamen *in Patre est*: (*ἡνωμένος ὢν*, ut

Digitized by Google

neque per Apostolos; sic neque vos sine Episcopo et Presbyteris[a] aliquid operemini. Neque tentetis rationabile[b] aliquid apparere proprie vobis: sed in idipsum una oratio, una deprecatio, unus intellectus, una spes, in charitate, in gaudio incoinquinato; quod est Christus Jesus, quo melius nihil est. Omnes ut in unum templum concurrite Dei, ut in unum altare; ut in unum[c] Jesum Christum, ab uno Patre exeuntem, et in unum existentem et revertentem.

[a] *et sine Presbiteris* C. C.

[b] *temptetis rationale* C. C.

[c] *et unum* C. C. S. Johan. xvi 28.

VIII. Non erretis extraneis opinionibus, neque 1 Tim. i 4.

paullo ante) *et ad Patrem reversus est*: h. e. post resurrectionem. Vide Vindic. ii 40, 55, et Bullum, p. 290. [Def. Fid. Nic. iv 4, 14, tom. v p. 795 ed. Burton.] Verba haec, penitus ab Interpol. omissa, ad *τὴν ἐμπεριχώρησιν* personarum S. Trinitatis, cujus frequens mentio apud Graecos Patres occurrit, referri possunt. SMITH.

9. *ὄντα*] Salvinius mallet *ἰόντα*. Bunsenius, *καὶ εἰς ἕνα χωρήσαντα*.

11. *ἑτεροδοξίαις*] Haec est secunda hujus Epistolae pars, qua eos maxime praemunit contra haereticos, eos praecipue, qui Judaismum introducere conabantur, contra quos clare et expresse disputat. Erant autem ii ea tempestate, qui Divinam Christi naturam negabant, ut Ebionitae, Cerinthiani, Nazaraei, et Helxaitae. Vid. Vindic. p. 55. [P. ii.] PEARSON. In Ep. ad Smyrn. § 6, *τοὺς ἑτεροδοξοῦντας*. Origeni, uti monet Pearson. vox *ἑτερόδοξοι* familiaris est. Non agnoscuntur hae voces a Suicero.

ib. *μυθεύμασιν*] *Ἰουδαϊκὴ μυθολογία*. Orig. c. Cels. [ii 6, tom. i p. 391 ed. Ben.] PEARSON. Unum quidem haereticorum genus putarim divelli Epistolis nostris, ejusdem vero duas simul familias, atque eas quidem e Cerinthi erroribus profectas. Gnosticam enim illius doctrinam [Cf. Neander, *Pflanzung u. s. w.* ed. tert. ii 536 sq. Gieseler *K. G.* i 125 sq.] minus excultam servaverant haeretici Magnesiani, qui una cum leniore quodam docetismo etiam nomismum foverent. Smyrnenses vero Ephesinique eosdem errores, Graeca, suspicor, eruditione admixta, adeo perpoliverant, ut Judaico isto temperamento abolito, recentiorum Gnosticorum antinomismo jamjam appropinquarent. DUESTERDIECK. pp. 55, 56. Eadem docent Hutherus, in Illgenii *Zeitschrift f. d. hist. Theologie*, 1841, 4, p. 31 sq. et Hefelius in Proleg. p. lvi. Cf. Lueckium, *Comment. u. d. Schriften d. Johannes.* tom. iii 69 sq ed sec. et vide supra, p. 310 l. 2.

Digitized by Google

trinis, speciatim a Judaizantium erroribus.

μασιν τοῖς παλαιοῖς ἀνωφελέσιν οὖσιν· εἰ γὰρ μέχρι νῦν κατὰ [νόμον] Ἰουδαϊσμὸν ζῶμεν, ὁμολογοῦμεν χάριν μὴ εἰληφέναι. Οἱ γὰρ θειότατοι προφῆται κατὰ Χριστὸν Ἰησοῦν ἔζησαν. Διὰ τοῦτο καὶ ἐδιώχθησαν, ἐμπνεόμενοι ὑπὸ τῆς χάριτος αὐτοῦ, εἰς τὸ πληροφορηθῆναι τοὺς ἀπειθοῦντας, ὅτι εἷς Θεός ἐστιν ὁ φανερώσας ἑαυτὸν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, ὅς ἐστιν αὐτοῦ λόγος ἀΐδιος, οὐκ ἀπὸ σιγῆς προ-

1. *ἀνωφελέσιν*] Hieronymus ad Oseae cap. iii de Judaeis loquens, 'Illi,' inquit, 'res inutiles amant: traditiones homi-'num, et *δευτερώσεων* somnia 'diligentes.' [tom. vi p. 29 ed. Vallars.] PEARSON.

2. *κατὰ* [*νόμον*] *Ἰουδαϊσμὸν ζῶμεν*,] Aut *νόμον* aut *Ἰουδαϊσμόν* interpretamentum esse summo consensu contendunt Editores; hoc Vossius et Hilgenfeldius invito Vet. Int. in notis damnant; illud post Pearsonum Smithus lunulis includit. Quod mihi quoque olim in mentem venerat, vulgatum sanum esse, in hoc sensu, *secundum Legem vitam Judaicam agimus*, id vix concedendum putat Pearsonus. At cur non licuit S. Patri eadem loquendi forma uti quam habemus in proverbio isto, *λαγὼ βίον ζῶν*, apud Demosth. de Corona, et Lucian. Somn. § 9? ad quam normam Juvenal. ii 3. 'Bacchanalia vivunt.' Nihil frequentius quam *βιοῦν βίον*. Interea Int. Vet. secutus sum; nam § 10 habemus *κατὰ Χριστιανισμὸν ζῆν*. Interpolatoris lectionem, *κατὰ νόμον Ἰουδαϊκόν*, interpretatur Armenius.

3. *προφῆται*] Celeberrimos Christi sectatores intelligit Van Gilsaeus. Male: Cf. § 9, *οἱ ἐν παλαιοῖς πράγμασιν ἀναστραφέντες*, et Ep. ad Philad. § 5.

5. *ἐμπνεόμενοι*] Ita in MSS. Vide supra p. 86 l. 6. Apud Interpol. *ἀπὸ τῆς χάριτος*. quam lectionem exprimit Versio Curetoniana, p. 245, *who by His grace were inspired with the Spirit, so that they who were not persuaded might be persuaded.*

6. *ὅτι εἷς Θεός κ. τ. λ.*] 'His 'verbis significat,' inquit Petavius, qui hunc locum quantivis pretii aestimat, 'ex omni 'aeternitate processisse a Deo 'Patre Filium, eumdemque Verbum. Et quid aliud est procedere Filium a Patre, nisi 'esse genitum? Ergo nullum 'tempus genituram illius antecessit: h. e. Verbi prolationem. Alioquin infinito ante 'spatio, sive infinitis saeculis, 'locutionem illam, prolationemque Verbi, adeoque generationem ejusdem, qua Filius 'est, praecessisset *ἀγεννησία*, 'quam *σιγήν* vocat Ignatius, 'translatione sumpta ab humana locutione, quae silentium sequitur ac rumpit.'

Digitized by Google

fabulis veteribus, inutilibus existentibus. Si enim usque nunc secundum Judaismum vivimus; confitemur gratiam non recepisse. Divinissimi enim Prophetae secundum Christum Jesum vixerunt. Propter hoc et persecutionem passi sunt, inspirati a gratia ipsius, ad certificare impersuasos, quoniam[d] unus Deus est, qui manifestavit seipsum per Jesum Christum filium ipsius; qui est ipsius

iv 7, Tit. i 14.
Gal. v 4.
1 Pet. i 11.
Rom. iv 21.
[d] *quia* C.C.

Theol. Dogm. XVI ii §§ 7, 8, tom. iv part. 2, p. 627. Hunc locum, ita conversum ut omni ex parte Graecis respondeat, exhibet Timotheus Episc. Alex. ap. Cureton. p. 244. Aliter vero Severus, 245: vide infra notata ad *ἀπὸ σιγῆς* p. 341.

8. *λόγος ἀΐδιος, οὐκ ἀπὸ σιγῆς προελθών,*] Ecce tibi, inquiunt Ignatiano-mastiges, [Salmasius, Blondellus, Dallaeus,] aperta mentio Siges Valentini Haeresiarchae, qui post Ignatii martyrium fabulas suas propalavit. Respondent Ignatiani varie, secundum diversas sententias. In prima sententia, prolatus locus non debet assignari Ignatio, censeri debet additamentum esse cujusdam exscriptoris ad confodiendam Valentinianam haeresim, textui infartum. Ex secunda opinione, respexit Ignatius ad Gnosticos Valentino antiquiores, a quibus commentum de Sige acceptum fuerit. Ex tertia, petitur ipse Valentinus, quod vivente ac sciente Ignatio nonnullos jam seduxisset. Juxta ultimam denique sententiam, non hoc loco *σιγή* Valentinianam significat *Sigen*, sed simpliciter *silentium*. Per primam nodus secatur, non solvitur. Nec periculo caret, ita gratis, absque ullo fundamento, hariolari. Secunda probabilis est. Constat enim ex Irenaeo, i 5, Tertull. de Praescr. §§ 33, 46, 47, adversus Valent. §§ 3, 4, Epiphanio multis in locis, Philastrio, Augustino, Theodoreto, &c. viam Valentino in errori bus suis atque Aeonibus patefecisse Gnosticos, Nicolaitas, Simonianos, aliosque haereticos. Quidni autem ab illis mutuatus fuerit processionem Verbi a Sige, causam certam non afferunt docti homines; praesertim quum Veteres qui de haeresibus scripserunt, profiteantur a se non commemorari omnes primorum haereticorum nugas; quumque Gregorius Naz. Orat. 23 Sigen tribuat Simoni quoque et Cerintho; ad quem locum videndus Eliae Cretensis Commentarius. Tertiae sententiae patrocinantur Victorinus et Rupertus in Apocalypsim, quum dicunt, Valentinum haeresim suam disseminasse, vivente Johanne Apostolo. Nec obstat quod nonnulli ex antiquis Valentinianae luis exortum ad tempora Antonini Pii retulerint. Quippe haereticorum satis cognitus mos est, diu clam docere, ita ut tunc a quibusdam cognoscantur, ab aliis ig-

Digitized by Google

trinis, speciatim a Judaizantium erroribus.

μασιν τοῖς παλαιοῖς ἀνωφελέσιν οὖσιν· εἰ γὰρ μέχρι νῦν κατὰ [νόμον] Ἰουδαϊσμὸν ζῶμεν, ὁμολογοῦμεν χάριν μὴ εἰληφέναι. Οἱ γὰρ θειότατοι προφῆται κατὰ Χριστὸν Ἰησοῦν ἔζησαν. Διὰ τοῦτο καὶ ἐδιώχθησαν, ἐνπνεόμενοι ὑπὸ τῆς χάριτος αὐτοῦ, εἰς τὸ πληροφορηθῆναι τοὺς ἀπειθοῦντας, ὅτι εἷς Θεός ἐστιν ὁ φανερώσας ἑαυτὸν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, ὅς ἐστιν αὐτοῦ λόγος ἀΐδιος, οὐκ ἀπὸ σιγῆς προ-

1. *ἀνωφελέσιν*] Hieronymus ad Oseae cap. iii de Judaeis loquens, 'Illi,' inquit, 'res inutiles amant: traditiones hominum, et *deuterώσεων* somnia diligentes.' [tom. vi p. 29 ed. Vallars.] PEARSON.

2. *κατὰ* [*νόμον*] *Ἰουδαϊσμὸν ζῶμεν*,] Aut *νόμον* aut *Ἰουδαϊσμόν* interpretamentum esse summo consensu contendunt Editores; hoc Vossius et Hilgenfeldius invito Vet. Int. in notis damnant; illud post Pearsonum Smithus lunulis includit. Quod mihi quoque olim in mentem venerat, vulgatum sanum esse, in hoc sensu, *secundum Legem vitam Judaicam agimus*, id vix concedendum putat Pearsonus. At cur non licuit S. Patri eadem loquendi forma uti quam habemus in proverbio isto, *λαγὼ βίον ζῶν*, apud Demosth. de Corona, et Lucian. Somn. § 9? ad quam normam Juvenal. ii 3. 'Bacchanalia vivunt.' Nihil frequentius quam *βιοῦν βίον*. Interea Int. Vet. secutus sum; nam § 10 habemus *κατὰ Χριστιανισμὸν ζῆν*. Interpolatoris lectionem, *κατὰ νόμον Ἰουδαϊκόν*, interpretatur Armenius.

3. *προφῆται*] Celeberrimos Christi sectatores intelligit Van Gilsaeus. Male: Cf. § 9, *οἱ ἐν παλαιοῖς πράγμασιν ἀναστραφέντες*, et Ep. ad Philad. § 5.

5. *ἐνπνεόμενοι*] Ita in MSS. Vide supra p. 86 l. 6. Apud Interpol. *ἀπὸ τῆς χάριτος*. quam lectionem exprimit Versio Curetoniana, p. 245, *who by His grace were inspired with the Spirit, so that they who were not persuaded might be persuaded.*

6. *ὅτι εἷς Θεός κ. τ. λ.*] 'His verbis significat,' inquit Petavius, qui hunc locum quantivis pretii aestimat, 'ex omni aeternitate processisse a Deo Patre Filium, eumdemque Verbum. Et quid aliud est procedere Filium a Patre, nisi esse genitum? Ergo nullum tempus genituram illius antecessit: h. e. Verbi prolationem. Alioquin infinito ante spatio, sive infinitis saeculis, locutionem illam, prolationemque Verbi, adeoque generationem ejusdem, qua Filius est, praecessisset *ἀγεννησία*, quam *σιγήν* vocat Ignatius, translatione sumpta ab humana locutione, quae silentium sequitur ac rumpit.'

Digitized by Google

fabulis veteribus, inutilibus existentibus. Si enim usque nunc secundum Judaismum vivimus; confitemur gratiam non recepisse. Divinissimi enim Prophetae secundum Christum Jesum vixerunt. Propter hoc et persecutionem passi sunt, inspirati a gratia ipsius, ad certificare impersuasos, quoniam[d] unus Deus est, qui manifestavit seipsum per Jesum Christum filium ipsius; qui est ipsius

iv 7, Tit. i 14. Gal. v 4.

1 Pet. i 11.

Rom. iv 21.

[d] *quia* C.C.

Theol. Dogm. XVI ii §§ 7, 8, tom. iv part. 2, p. 627. Hunc locum, ita conversum ut omni ex parte Graecis respondeat, exhibet Timotheus Episc. Alex. ap. Cureton. p. 244. Aliter vero Severus, 245: vide infra notata ad *ἀπὸ σιγῆς* p. 341.

8. *λόγος ἴδιος, οὐκ ἀπὸ σιγῆς προελθών,*] Ecce tibi, inquiunt Ignatiano-mastiges, [Salmasius, Blondellus, Dallaeus,] aperta mentio Siges Valentini Haeresiarchae, qui post Ignatii martyrium fabulas suas propalavit. Respondent Ignatiani varie, secundum diversas sententias. In prima sententia, prolatus locus non debet assignari Ignatio, censeri debet additamentum esse cujusdam exscriptoris ad confodiendam Valentinianam haeresim, textui infartum. Ex secunda opinione, respexit Ignatius ad Gnosticos Valentino antiquiores, a quibus commentum de Sige acceptum fuerit. Ex tertia, petitur ipse Valentinus, quod vivente ac sciente Ignatio nonnullos jam seduxisset. Juxta ultimam denique sententiam, non hoc loco *σιγή* Valentinianam significat *Sigen*, sed simpliciter *silentium*. Per primam nodus secatur, non solvitur. Nec periculo caret, ita gratis, absque ullo fundamento, hariolari. Secunda probabilis est. Constat enim ex Irenaeo, i 5, Tertull. de Praescr. §§ 33, 46, 47, adversus Valent. §§ 3, 4, Epiphanio multis in locis, Philastrio, Augustino, Theodoreto, &c. viam Valentino in erroribus suis atque Aeonibus patefecisse Gnosticos, Nicolaitas, Simonianos, aliosque haereticos. Quidni autem ab illis mutuatus fuerit processionem Verbi a Sige, causam certam non afferunt docti homines; praesertim quum Veteres qui de haeresibus scripserunt, profiteantur a se non commemorari omnes primorum haereticorum nugas; quumque Gregorius Naz. Orat. 23 Sigen tribuat Simoni quoque et Cerintho; ad quem locum videndus Eliae Cretensis Commentarius. Tertiae sententiae patrocinantur Victorinus et Rupertus in Apocalypsim, quum dicunt, Valentinum haeresim suam disseminasse, vivente Johanne Apostolo. Nec obstat quod nonnulli ex antiquis Valentinianae luis exortum ad tempora Antonini Pii retulerint. Quippe haereticorum satis cognitus mos est, diu clam docere, ita ut tunc a quibusdam cognoscantur, ab aliis ig-

Digitized by Google

ελθὼν, ὃς κατὰ πάντα εὐηρέστησεν τῷ πέμψαντι αὐτόν.

norentur. Ad centesimum ergo, inquies, circiter annum Valentinus vitam produxit; quem sub Eleuthero Papa vixisse adhuc testatur Tertullianus, de Praescr. § 30. Ita sit. Quid vetat? quamquam Tertulliani verba haud dubie errorem vel mendum continent. Ultima sententia videtur nobis omnium optima, duplicem ob causam. Quia Ignatius, ut per contextus seriem clarum fit, pugnat pro more adversus Judaizantes Ebionitas, contra quos scripsisse memoratur ab Hieronymo: de Valentinianis, qui Vet. Test. respuebant, ne cogitat quidem. Sensus ergo verborum illius est, Filium Dei Jesum Christum esse aeternum Dei verbum, quod *non a silentio* instar humani sermonis *progrediatur*, non post silentium prodeat, non e silentio ducat originem. Accedit huc alia ratio, petita ex Interpol. cui *οὐκ ἀπὸ σιγῆς προελθών* est *οὐ ῥητός, οὐ λαλιᾶς ἐνάρθρου φώνημα.* COTEL. Ex omnibus Veteribus nemo est qui scripserit Valentinum novam sectam, aut novas condidisse opiniones: omnes illum veterem opinionem resuscitasse aiunt. Theodoretus, postquam de illis haeresibus egit quae Valentinum praecessere, pergit, [Haeret. Fab. Compend. i § 7, tom. iv 1, p. 296 ed. Schulze] *Ἐκ τούτων πασῶν τῶν αἱρέσεων ὁ Βαλεντῖνος λαβὼν ἀφορμάς, τοὺς ἀπεράντους αὑτοῦ συνέθηκε μύθους.* Tertullian. de eodem, [adv. Valent. § 4,] 'cujusdam veteris opinionis semina nactus, Colarbaso 'viam delineavit.' Et omnium antiquissimus Irenaeus: *ὁ μὲν γὰρ πρῶτος, ἀπὸ τῆς λεγομένης γνωστικῆς αἱρέσεως, τὰς ἀρχὰς, εἰς ἴδιον χαρακτῆρα διδασκαλείου μεθαρμόσας Οὐαλεντῖνος.* [I xi 1, p. 52 ed. Mass.] Nihil itaque aliud fecit Valentinus, quam quod veteres haereses in meliorem ordinem digesserit; et, ut ait Irenaeus, *ἴδιον* illis *χαρακτῆρα* dederit. Praeterea non ipse est, qui primus commentus sit *Σιγήν.* Translatum hoc ex veteri Comico Antiphane. Ille enim, in Theogonia, de Nocte et Silentio Chaos emissum dixit, dehinc de Chao et Nocte Cupidinem, et Lumen, et reliquum primae generationis. Postea secundam deorum generationem finxit, et deos secundarios; item mundi et hominum creationem, &c. Ex hoc Antiphane, Valentinus et illi qui ante eum fuerunt Gnostici, omnes ferme suas genealogias, et aeonas, desumserunt, mutatis tantum nominibus. Non enim minus diligenter Gnostici illi antiquiores poëtas Graecos legebant, quam forsan ipse Valentinus. Ex Philistione et aliis poetis plurima illos desumsisse, veteres produnt. Hinc est, quod Epiphanius, agens de illis Gnosticis qui ante Valentinum fuere, dixerit, Graecos poetas, eorumque fabulas, occasionem omnibus sectis dedisse. Idem alibi, de Valentino loquens, satis ostendit et alios fuisse, qui ex poetis illis haereses suas formarint, quos ipse tantum secu-

Digitized by Google

Verbum aeternum, non a silentio progrediens; qui secundum omnia beneplacuit mittenti ipsum.

tus sit: *καὶ αὐτὸς τὴν ἐθνόμυθον ποίησιν εἰς τὸν ἑαυτοῦ νοῦν λαβών, καὶ ἀπὸ τῶν σὺν αὐτῷ καὶ πρὸ αὐτοῦ τῆς ἀληθείας ἐκπεπτωκότων τὴν ὑπόνοιαν κτησάμενος.* VOSSIUS. Simonem Magum revera locum dedisse *τῇ Σιγῇ* in systemate suo, constat ex fragmento Annunciationis Magnae, a Menandro, ejus discipulo, conscriptae, quod ab Hippolyto conservatum legas: *δύο εἰσὶ παραφυάδες τῶν ὅλων αἰώνων, μήτε ἀρχὴν μήτε πέρας ἔχουσαι, ἀπὸ μιᾶς ῥίζης, ἥτις ἐστὶ δύναμις, σιγὴ, ἀόρατος, ἀκατάληπτος.* Adv. omnes Haeres. vi. 18, p. 250 ed. Duncker. et Schneidewini; vel in libro infeliciter Origenis Philosophicorum inscripto, p. 173. Ad hanc Simonis *Σιγήν* respexisse Ignatium censent Denzinger. *Tübingen. Theol. Quartalschrift.* 1852, p. 442, et Bunsen. Hippolytus i 57. Quartam illam sententiam a Cotelerio comprobatam primus protulit Petavius; eandemque Pearsonus eruditione summa, acumine singulari, tuetur in Vindic. ii pp. 33—42. Cum Pearsono stant Rothius, *Anfänge*, i 726, et Arndtius, *Stud. u. Krit.* 1839, p. 158, qui conferri jubet usum vocum *σιωπή*, ad Rom. § 3, et *ἡσυχία*, ad Eph. §§ 15, 19. Contextus structura, Pearsono judice, probat Ignatium respexisse haeresin Ebionitarum, neque ullam aliam. Particula *γάρ* ostendit hanc ipsam sententiam prioris rationem continere; et sequentis particula *οὖν* ostendit eam ex hac sequi debere. Hunc locum adversus Valentinum urgent non Irenaeus, non Eusebius, non Athanasius, non Basilius; quamquam ad ejus haeresin refutandam verba illa, *ὅς ἐστιν αὐτοῦ λόγος ἀΐδιος*, erant opportunissima.

ib. *ἀΐδιος*,] Clem. Alex. Admon. ad Gentes, [p. 93 ed. Potter.] *ἀΐδιος οὗτος, Ἰησοῦς εἷς, ὁ μέγας ἀρχιερεὺς Θεοῦ τε ἑνὸς τοῦ αὐτοῦ καὶ Πατρός·* quibus verbis, ipsam Ignatii Epistolam in animo habens, usus esse videtur. PEARSON. Vindic. ii p. 50. Locum totum ita repraesentat Interpol. *ὅς ἐστιν αὐτοῦ λόγος οὐ ῥητὸς, ἀλλ' οὐσιώδης· οὐ γάρ ἐστι λαλιᾶς ἐνάρθρου φώνημα, ἀλλ' ἐνεργείας θείκης οὐσία γεννητή.*

ib. *ἀπὸ σιγῆς*] Secundum loquendi modum Graecis familiarem, *post silentium* reddi potest. Nihil tritius est apud Graecos, quam ut *ἀπό* et *ἐκ* pro *μετά*, apud Latinos, quam ut *ab* et *ex* pro *post* accipiantur. PEARSON. Vindic. ii p. 42. Voculam *οὐκ* ante *ἀπὸ σιγῆς* e medio sublatam vult Venema, H. E. Saec. ii § 12, ad quem sane modum Severus hunc locum profert ap. Cureton. p. 245, voce *ἀΐδιος* quoque praetermissa; *who is His Word which proceeded from silence;* et hac adnotatione subdita: *That He proceeded from silence is, that He was ineffably begotten of the Father, and like the word incomprehensible what it might be or the mind. Therefore it is just that He should be honored in silence, and not that His*

Digitized by Google

uti soli Christo magistro attendamus.

Θ'. Εἰ οὖν οἱ ἐν παλαιοῖς πράγμασιν ἀναστραφέντες, εἰς καινότητα ἐλπίδος ἦλθον, μηκέτι σαββατίζοντες, ἀλλὰ κατὰ κυριακὴν ζωὴν ζῶντες, ἐν ᾗ καὶ ἡ ζωὴ ἡμῶν ἀνέτειλεν δι' αὐτοῦ καὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ, ὃν τινες ἀρνοῦνται· δι' οὗ μυστηρίου ἐλάβομεν

divine and unprecedented birth should be inquired into; who, having this exaltation, for our sakes became man, not convertibly, and in every thing pleased the Father, when He fulfilled the obedience for us.

ib. προελθὼν·] Vox qua maxime usi sunt in hac re Valentiniani alia plane erat, nempe προβάλλεσθαι, unde toties a SS. Patribus exagitantur. Ita Irenaeus, sententiam Valentinianorum accurate referens, i 1 tradit προβαλέσθαι τὸν Βυθὸν ἀρχὴν τῶν πάντων, (Νοῦν scil.) συμπροβεβλῆσθαι δὲ αὐτῷ Ἀλήθειαν· et rursus, αἰσθόμενον σὲ τὸν μονογενῆ τοῦτον, (nempe Νοῦν,) ἐφ' οἷς προεβλήθη, προβαλεῖν καὶ αὐτὸν Λόγον καὶ Ζωήν, et mox, ἐκ δὴ τοῦ Λόγου καὶ τῆς Ζωῆς προβεβλῆσθαι κατὰ συζυγίαν Ἄνθρωπον καὶ Ἐκκλησίαν. Ea voce semper de Aeonibus utitur. Eandem et Origenes de Valentinianis agens usurpat, tom. 3 in Johan. [ii p. 71 ed. Huet. tom. 2, 19, iv p. 77 ed. Ben.] ὑπὸ Νοῦ καὶ Ἀληθείας προβεβλῆσθαι Λόγον καὶ Ζωήν. Atque haec est Aeonum genealogia κατὰ τὴν προβολήν, ut loquitur Irenaeus. PEARSON. Vindic. ii p. 39. Cf. pp. 68–73. p. 340. l. 1. εὐηρέστησεν] εὐηρέτησεν, nescio quo errore in Aldrichii libro excusum, in loco lectionis variantis ex MSto descriptae exhibet Russelius.

1. παλαιοῖς πράγμασιν] Forsitan δόγμασιν. MARKLAND. Interpolator, γράμμασιν. Hefelius, *in veteri rerum ordine;* sub Vet. Testamento; Usserius Judaeos ad Christianismum conversos intelligit. Pearsonus confert Epiphanium contra Ebionem disputantem, ὅτι οὐ χρὴ βαπτισμοῖς χρῆσθαι καὶ ἔθεσιν ἀνωφελέσιν. Haer. xxx § 21.

2. καινότητα] Alter Int. *vacuam spem:* quasi legisset κενότητα, ut habet Cod. Augustanus; Nydpruccianus vero νεότητα. SMITH.

ib. σαββατίζοντες,] σαββατίζειν est *sabbatum observare*, sive *celebrare;* quod faciebant Judaei. Hunc morem Ecclesia observavit tunc, quum Auctor hic scripsit; non ergo quarto saeculo scripsit, ut vult Dallaeus; tunc enim Christiani sabbatum observabant praeter Dominicam. Canon. Apost. 66 depositio interminatur cuivis Clerico, 'qui aut die Domi-'nico aut Sabbato, uno excep-'to, jejunaret.' Aliqua igitur Sabbati observatio fuit quando hic Canon scriptus est. Scriptus autem ille est, postquam Graeci Pascha Dominicum celebrabant, et antequam Romani sabbatis jejunabant. Non igitur hoc factum est ideo tantum, quod Marcionem aversarentur, qui mortuus est ante-

Digitized by Google

IX. Si igitur in veteribus rebus conversati, in novitatem spei venerunt, non amplius sabbatizantes[e], sed secundum Dominicam viventes, in qua et vita nostra orta est per ipsum et mortem ipsius, quod quidam negant; per quod myste-

[e] *sabatizantes* C. C.

quam Dominica Paschalis apud Graecos obtinebat. PEARSON. Non ad celebranda Sabbata loco Diei Dominicae tantum est referendum, sed ad universum rituum usum. MERX. Cf. Euseb. H. E. i 4, iii 27, et infra, Polycarpi Mart. § 8.

3. *κατὰ κυριακὴν*] Τὸ *ἡμέραν* hic necessario subintelligendum est; quod ex sequentibus patet. SMITH. Cotelerius *ζωήν* importune hic insertam putat, locumque obscurare existimat. Clariora haec quidem sunt, si vocem *ζωήν* omittamus, quam Int. Vet. non agnoscit. Si autem retineamus, eamque non cum praecedenti *κυριακήν*, sed cum sequenti *ζῶντες* conjungamus, idem plane sensus erit. *Ζῆν* et *ζωὴν ζῆν* idem Graece significat. S. Johannes primo Κυριακήν vocavit; [Apoc. i 10,] secundus Ignatius, vel fortasse primo S. Paulus, 1 Cor. xvi 2, ubi Cod. Wechel. *κατὰ μίαν σαββάτων τὴν* Κυριακήν. PEARSON. Vocem *ζωήν* ab Armenio praetermissam, excludunt Peterm. et Dresselius. Hoc nomine Κυριακή appellarunt hebdomadale Dominicae Resurrectionis festum tum Melito, tum Dionysius Corinthius aequalis ejus. Cf. Routh. in Melitonis Fragmenta adnotantem, Rel. Sacr. i p. 137. Diem Dominicam in laetitia agebant Christiani primaevi. *ἄγομεν τὴν ἡμέραν τὴν ὀγδόην εἰς εὐφροσύνην, ἐν ᾗ καὶ ὁ Ἰησοῦς ἀνέστη ἐκ νεκρῶν.* S. Barnab. Epist. i 15. *Τὰς κυριακὰς ἁπάσας τρυφερὰς ἡγεῖται ἡ ἁγία καθολικὴ ἐκκλησία.* Epiphan. Expos. Fid. § 22.

ib. *ζωὴν ζῶντες,*] Guil. Wall, *Critical Notes*, iii 254, contendit legendum esse *ἑορτάζοντες*. Equidem sic intelligo: vitam nostram secundum Diem Dominicam distribuentes, scil. primam hebdomadis diem, non ultimam observantes.

ib. *ἐν ᾗ*] *κυριακῇ ζωῇ* male intelligit Arndtius; Interpol. *τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Κυρίου.*

5. *ὃν τινες ἀρνοῦνται·*] Hinc colligit Observator, eos, contra quos hic scribit Ignatius, mortem Christi negasse. p. 167. Vet. Int. *quod quidam negant.* Ad marginem in ed. Amstel. Alii *quem.* Inde Observat. *quam* expiscatus est: 'Alii,' inquit, 'ad Christum ipsum re-'ferentes, sic reddiderunt, *quem* '*quidam negant.* Quinam, 'quaeso, hi alii sunt, qui lege-'bant *quem?*' Vulg. Int. neque *quod*, neque *quem* reddit; nam Interpol. haec verba Graece non habet, sed pro more suo alia eorum loco adhibuit, quae sententiam magis perspicuam reddere putavit. Notaverat quidem Usserius, unum codicem Vet. Int. habere *quod*, alterum *quem;* sed ad haec verba notatio illa non spectabat, verum ad

Digitized by Google

τὸ πιστεύειν, καὶ διὰ τοῦτο ὑπομένομεν, ἵνα εὑρεθῶμεν μαθηταὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ μόνου διδασκάλου ἡμῶν, πῶς ἡμεῖς δυνησόμεθα ζῆσαι χωρὶς αὐτοῦ, οὗ καὶ οἱ προφῆται μαθηταὶ ὄντες, τῷ πνεύματι ὡς διδάσκαλον αὐτὸν προσεδόκουν; καὶ διὰ τοῦτο ὃν δικαίως ἀνέμενον, παρὼν ἤγειρεν αὐτοὺς ἐκ νεκρῶν.

Nolite judaizare.

Ι'. Μὴ οὖν ἀναισθητῶμεν τῆς χρηστότητος αὐτοῦ. Ἂν γὰρ ἡμᾶς μιμήσεται καθὰ πράσσομεν, οὐκ ἔτι ἐσμέν. Διὰ τοῦτο μαθηταὶ αὐτοῦ γενόμενοι, μάθωμεν κατὰ Χριστιανισμὸν ζῆν. Ὃς γὰρ ἄλλῳ ὀνόματι καλεῖται πλέον τούτου, οὐκ ἔστιν τοῦ Θεοῦ. Ὑπέρθεσθε οὖν τὴν κακὴν ζύμην τὴν παλαιωθεῖσαν καὶ ἐνοξίσασαν, καὶ μεταβάλεσθε εἰς νέαν ζύμην, ὅ ἐστιν

sequentia, *per quod*, et *per quem*. Sed in MSto οἵτινες ἀρνοῦνται. Interpres sec. utrumque Cod. MS. *quod quidam*. Habemus igitur unam lectionem Graecam, et unam Latinam, sed a Graeca diversam. Graeca defendi non potest. Sed nec Latina, nisi in suo Cod. Int. viderit scriptum ὅ τινες, unde ex acuto accentu factum est οἵτινες. Sed videndum an Graeca lectio defendi possit ex sequentibus. PEARSON. Interpol. ex Johan. xvii 12, vel II Thess. ii 3, ὃν τὰ τέκνα τῆς ἀπωλείας ἀρνοῦνται.

1. ὑπομένομεν,] Ita proculdubio legendum, cum Int. Vet. et libb. impr. non ὑπομένωμεν, ut in MSS. Pearsonus tamen Int. castigatum voluit ut hanc lectionem repraesentaret. Sed ο et ω passim permutant librarii.

3. πῶς ἡμεῖς——ἐκ νεκρῶν.] Hunc locum laudat Severus Antioch. in Catena in Epistolas Catholicas quam a. 1840 edidit Cramerus. Vid. p. 67, ad D. Petri Ep. I iii 19, 20.

5. ὃν δικαίως] Vet. Int. *quod juste*. Sic Caiensis Codex, male; recte autem Montacutii, *quem*. PEARSON.

6. ἤγειρεν αὐτοὺς] Respexisse videtur S. Matt. xxvii 52.

7. ἀναισθητῶμεν] ἀναίσθητοι ὦμεν Interpolator.

8. Ἂν γὰρ——ζῆν.] Apud Armenium ac si legisset, καὶ μιμηταὶ γενώμεθα αὐτοῦ, ὡς καὶ αὐτὸς ἡμῶν, καὶ μάθωμεν τὸ πνεῦμα κατὰ Χριστιανισμόν. PETERMAN.

ib. μιμήσεται] Cod. Casan. μιμήσθαι. Vedelius et Voss. mallent τιμήσεται, uti legisse videtur Int. Vet.; Morel. τιμωρήσεται; Junius μωμοσκοπήσεται. Interpol. sec. Cod. Nydprucc. μωμήσεται; sec. Augustan. autem a Pacaeo editum, μιμήσηται. Lectionem MSti μιμήσεται, hoc sensu tolerat Smithus, Si Deus eodem

Digitized by Google

rium[f] accepimus credere, et propter hoc sustinemus, ut inveniamur discipuli Jesu Christi, solius Doctoris nostri; quomodo nos poterimus vivere sine ipso? cujus et Prophetae discipuli existentes, spiritu[g] ipsum ut Doctorem expectabant; et propter hoc quod[h] juste expectabant, praesens suscitavit ipsos ex mortuis.

[f] *quem misterium* C. C. S. Matt. xxiii 10.

[g] *spiritum* C. C.

[h] f. quem.

X. Non igitur non sentiamus benignitatem ipsius. Si enim nos persequatur secundum quod operamur; non amplius sumus. Propter hoc, discipuli ejus effecti, discamus secundum Christianismum vivere. Qui enim alio nomine vocatur amplius ab hoc, non est Dei. Deponite igitur malum fermentum inveteratum et exacuens; et transponite in novum fermentum, qui est Jesus

Rom. ii 4.

1 Cor. v 7.

modo nobiscum egerit, quo contra ipsum agere solemus, miseri peribimus. Ps. cxxx 3.

9. *μάθωμεν——Θεοῦ.*] In Eclogis Damasceni, Parall. iii 18. COTELERIUS.

10. *ἄλλῳ ὀνόματι*] *Alio nomine quam Christianorum.* Ebionaeis et Gnosticis sacrum illud commune nomen a Christo inditum plane sordebat. SMITH.

11. *Ὑπέρθεσθε*] Vet. Int. *deponite*, vel *seponite*, *praeterite*, *omittite*, lectionem referens Interpol. in Cod. Nydprucc. *Ἀπόθεσθε.* [Smithi et Hefelii judicio meliorem.] Sed melius *ὑπέρθεσθε*, ut Medic. August. et Anglicanus Codex. Suidas, *ὑπερτίθεται, ἀναβάλλεται. Τὸ παρὸν ὑπερβέμενος, dilatione in praesens facta.* Artemid. 236. [ed. Rigalt.] PEARSON. *ἀπόθεσθε* exhibet Petermannus.

12. *τὴν παλαιωθεῖσαν*] 1 Cor. v 7, *τὴν παλαιὰν ζύμην.* Vid. Orig. in Matt. 270 A. [ed. Huet. iii p. 518 ed. Ben.] De Eustathio Episcopo Antiochiae Chrysostomus, in Encomio, *Ἐξύμωσεν ἅπαντας εἰς τὴν ἀληθῆ πίστιν· καὶ οὐ πρότερον ἀπέστη, ἕως ὁ Θεὸς τὸν μακάριον Μελέτιον παρεσκεύασεν ἐλθόντα τὸ φύραμα ἅπαν λαβεῖν.* [tom. ii p. 610 ed. Ben.] PEARSON.

13. *ἐνοξίσασαν,*] Vet. Int. *exacuens*, male. Forte scripsit *exacescens.* *Ὀξύω* et *ὀξύνω*, *acuo*: sed *ὀξίζω* aliud, *acesco.* PEARSON. Interpol. *σεσηπνῖαν.* Perperam in Aldrichii libro *ἐνοξύσασαν.*

ib. *νέαν ζύμην,*] Christum, h. e. doctrinam a Christo revelatam; unde ad salem transit, quem loco fermenti adhibere Christus videtur. Novum hoc fermentum est, quod declaratur Matt. xiii 33, Luc. xiii 21. PEARSON. *νέαν ζύμην χάριτος* Interpolator.

Digitized by Google

Ἰησοῦς Χριστός. Ἀλίσθητε ἐν αὐτῷ, ἵνα μὴ διαφθαρῇ τις ἐν ὑμῖν, ἐπεὶ ἀπὸ τῆς ὀσμῆς ἐλεγχθήσεσθε. Ἄτοπόν ἐστιν Χριστὸν Ἰησοῦν λαλεῖν, καὶ Ἰουδαΐζειν. Ὁ γὰρ Χριστιανισμὸς οὐκ εἰς Ἰουδαϊσμὸν ἐπίστευσεν, ἀλλ' Ἰουδαϊσμὸς εἰς Χριστιανισμόν, ὡς πᾶσα γλῶσσα πιστεύσασα εἰς Θεὸν συνήχθη.

Haec praemonendi, non exprobrandi causa scripsit.

ΙΑ'. Ταῦτα δὲ, ἀγαπητοί μου, οὐκ ἐπεὶ ἔγνων τινὰς ἐξ ὑμῶν οὕτως ἔχοντας, ἀλλ' ὡς μικρότερος ὑμῶν, θέλω προφυλάσσεσθαι ὑμᾶς, μὴ ἐμπεσεῖν εἰς τὰ ἄγκιστρα τῆς κενοδοξίας, ἀλλὰ πεπληροφορῆσθαι ἐν τῇ γεννήσει, καὶ τῷ πάθει, καὶ τῇ ἀναστάσει τῇ γενομένῃ ἐν καιρῷ τῆς ἡγεμονίας Ποντίου Πιλάτου· πραχθέντα ἀληθῶς καὶ βεβαίως ὑπὸ Ἰησοῦ Χριστοῦ τῆς ἐλπίδος ἡμῶν, ἧς ἐκτραπῆναι μηδενὶ ὑμῶν γένοιτο.

Modestiam et humilitatem Mag-

ΙΒ'. Ὀναίμην ὑμῶν κατὰ πάντα, εἴπερ ἄξιος ὦ. Εἰ γὰρ καὶ δέδεμαι, πρὸς ἕνα τῶν λελυμένων ὑμῶν

1. Ἀλίσθητε] Int. Vet. *salvificemini*, pro *salificemini*, i. e. *salimini*: ut recte observavit Vossius. Cf. Matt. v 13, Marc. ix 49. Gloss. ἅλισις, *salitura*. Interpol. αἰλίσθητε. Interpres ejus, *exsultate*; quae ab hoc loco aliena sunt. Quamvis Interpol. ἁλίσθητε accepisse videtur pro *congregemini*, sive συναλίσθητε· quod non inepte reddi potest, *συναυλίσθητε, simul conjuncti et uniti vivite*; ut in Act. i 4 συναλιζόμενος· ubi aliqui legebant συναυλιζόμενος, ut Beda, et Epiphanius, συνέφαγε καὶ συνηυλίσθη. De qua voce ap. Hesychium legimus, συναλιζόμενος· συναλισθείς, συναχθείς, συναθροισθείς. PEARSON. Petermannus, *conjungite vos ei, ut non* quidquam [τι pro τις] *deficiat*.

ib. ἵνα μὴ διαφθαρῇ τις] *ne quis putrescat*. PEARSON.

2. ὀσμῆς] Metaphoram Auctor persequitur, ut solet; nam ex putredine malus odor. PEARSON. ὁρμῆς e MSS. retinet Curetonus. Certissimam Vossii correctionem, post Usser. Pearson. et Smith. in textum admisi. Cf. Ep. ad Eph. § 17, δυσωδίαν τῆς διδασκαλίας. Vossius, ἐλεγχθήσεσθε quoque ut emendationem profert; sed ita revera legit Codex uterque, non ἐλεγχθήσετε.

3. Ἄτοπόν—συνήχθη.] Fragm. Syr. ap. Cureton. p. 236, *It is not proper, when Jesus Christ is spoken of, that we should conduct ourselves like Jews; for*

Digitized by Google

Christus. Salvificemini in ipso, ut non corrumpatur aliquis in vobis, qui[i] ab odore redarguemini. Inconveniens est Jesum Christum perfari[k], et Judaizare. Christianismus enim non in Judaismum credidit, sed Judaismus in Christianismum: ut omnis lingua credens in Deum congregaretur[l].

[i] f. quia.
[k] *profari* C. C.
Philipp. ii 11.
[l] *congregetur* C. C.

XI. Haec autem, dilecti mei, non quia cognovi aliquos ex vobis sic habentes; sed, ut minor vobis, volo praeservari vos, ut non incidatis in hamos vanae gloriae: sed certificemini in nativitate et passione et resurrectione[m] facta in tempore ducatus Pontii Pilati; quae facta sunt vere et firmiter a Jesu Christo spe nostra, a qua averti nulli vestrum fiat.

[m] *passione Domini et resurrectione* C. C.

XII. Fruar vobis secundum omnia; siquidem dignus sim. Etsi enim ligatus sum, ad unum so-

Christianity was not believed into Judaism, but Judaism into Christianity, in which whosoever believeth is assembled before God.

ib. λαλεῖν,] Ita MSS. non καλεῖν, quod post Voss. exhibet Cotelerius. Interpol. λαλεῖν ἐπὶ γλώσσης, καὶ τὸν πανσθέντα Ἰουδαϊσμὸν ἐπὶ διανοίας ἔχειν. Sensu praegnanti, Scriptoribus sacris perquam familiari, ponitur λαλεῖν, *docere, tradere.*

4. Ὁ γὰρ——συνήχθη.] Armenius haec explicasse potius videtur, quam vertisse: *Nam non accepit fidem Christianismus a Judaismo, sed Judaismus a Christianismo; et omnis qui credit in eum ad Deum congregatur.* PETERMAN.

5. ὡς πᾶσα] Bunsenii conjecturam, ᾗ πᾶσα, in ed. quarta accepit Hefelius.

6. συνήχθη.] Legendum videtur συναχθῇ. Interpol. πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογησαμένη εἰς Θεὸν συνήχθη.

8. οὕτως ἔχοντας,] i. e. non quod cognoverim aliquos vestrum Judaismum sectari.

9. προφυλάσσεσθαι] Int. Vet. minus recte. Melius Coteler. *cupio vobis cautum ne incidatis.*

10. πεπληροφορῆσθαι] Ita Cod. uterque. Interpol. πληροφορεῖσθαι. Cf. Rom. iv 21, et supra, Clem. Rom. i §§ 42, 54.

13. πραχθέντα] Quasi ἃ ἐπράχθησαν, vel conjunge cum praecedentibus. COTEL. Praepone ἃ εἰσι, propter Grammaticae rationem; uti habet Vet. Int. *quae facta sunt.* SMITH. Supra, Ep. ad Eph. § 9, ἅτινα ἐπράχθη.

14. μηδενὶ ὑμῶν] Ita in Cod. Laur. non ἡμῶν, sicut exemplaris Aldrichiani exarator.

17. πρὸς ἕνα] *Etsi enim ligatus*

Digitized by Google

nesianorum eximie laudat.

οὐκ εἰμί. Οἶδα ὅτι οὐ φυσιοῦσθε· Ἰησοῦν γὰρ Χριστὸν ἔχετε ἐν ἑαυτοῖς. Καὶ μᾶλλον ὅτ' ἂν ἐπαινῶ ὑμᾶς, οἶδα ὅτι ἐντρέπεσθε· ὡς γέγραπται, "ὅτι ὁ "δίκαιος ἑαυτοῦ κατήγορος."

Ut pergant in fide in Christum et obedientia hortatur,

ΙΓ'. Σπουδάζετε οὖν βεβαιωθῆναι ἐν τοῖς δόγμασιν τοῦ Κυρίου καὶ τῶν ἀποστόλων, ἵνα πάντα ὅσα ποιῆτε κατευοδωθῆτε σαρκὶ καὶ πνεύματι, πίστει καὶ ἀγάπῃ, ἐν Υἱῷ καὶ Πατρὶ καὶ ἐν Πνεύματι, ἐν ἀρχῇ καὶ ἐν τέλει, μετὰ τοῦ ἀξιοπρεπεστάτου ἐπισκόπου ὑμῶν, καὶ ἀξιοπλόκου πνευματικοῦ στεφάνου τοῦ πρεσβυτερίου ὑμῶν, καὶ τῶν κατὰ Θεὸν διακόνων. Ὑποτάγητε τῷ ἐπισκόπῳ καὶ ἀλλήλοις, ὡς Ἰησοῦς Χριστὸς τῷ Πατρὶ κατὰ σάρκα, καὶ οἱ ἀπόστολοι τῷ Χριστῷ καὶ τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Πνεύματι, ἵνα ἕνωσις ᾖ σαρκική τε καὶ πνευματική.

et pro se atque Ecclesia pro Christo, non sum comparandus cum uno aliquo ex vobis qui ligati non sunt. TOUP.

ΙΔ'. Εἰδὼς ὅτι Θεοῦ γέμετε, συντόμως παρεκέ-

1. φυσιοῦσθε·] Vox Paulina, e. g. I Cor. iv 6, 18, 19.

ib. Ἰησοῦν γὰρ Χριστὸν] Conjunctio γάρ, e festinatione inter scribendum a Salvinio omissa, in Aldrichii libro non legitur.

2. ἔχετε ἐν ἑαυτοῖς.] i. e. Χριστοφόροι καὶ ὑμεῖς ἐστε. Cf. II Ep. ad Cor. xiii. 5, ἢ οὐκ ἐπιγινώσκετε ἑαυτούς, ὅτι Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν ὑμῖν ἐστιν; εἰ μή τι ἀδόκιμοί ἐστε.

5. ἐν τοῖς δόγμασιν——τῶν ἀποστόλων,] Cf. Act. xvi 4, τὰ δόγματα τὰ κεκριμένα ὑπὸ τῶν ἀποστόλων.

7. κατευοδωθῆτε] Vet. Int. ac si legisset, κατευοδωθῇ. PEARSON. κατευοδωθήσηται Interpol.

8. ἐν Υἱῷ καὶ Πατρὶ] In hoc offendit Meierus, quod Filius ante Patrem ponatur; verum hac ipsa re Cellerius acute, ne dicam argute, tuetur Epistolarum antiquitatem. 'En parlant 'des Personnes de la Trinité il 'met le Fils devant le Père, ce 'qui peut encore servir à mon-'trer l'antiquité et l'authenti-'cité de ses lettres; car si elles 'eussent été composées après 'que l'on eut reglé la Doxolo-'gie, l'auteur n'en aurait pas 'renversé l'ordre.' Histoire Générale des Auteurs S. &c. i 662. Sed offensionem certe non esse in eo, quod Filius primo loco ponatur, facile intelligi potest e Pauli auctoritate. II Cor. xiii 13. DUESTERDIECK.

9. ἀξιοπρεπεστάτου] Armenius, ac si legisset ἀξιεπαίνου.

10. ἀξιοπλόκου] Coteler. et

Digitized by Google

lutorum de vobis non sum. Novi quoniam [n] non inflamini: Jesum enim Christum habetis in vobismetipsis. Et magis quando [o] utique laudo vos, novi quoniam verecundamini: sicut scriptum est; quoniam *justus sui ipsius accusator* [p].

XIII. Studete igitur firmari in dogmatibus Domini et Apostolorum, ut [q] omnia quaecunque facitis prosperentur, carne et spiritu, fide et charitate, in Filio et Patre et Spiritu Sancto [r], in principio et in fine; cum digne decentissimo Episcopo vestro, et digne complexa spirituali corona Presbyterii [s] vestri, et eorum qui secundum Deum Diaconorum. Subjicimini Episcopo et adinvicem, ut Christus [t] Patri secundum carnem, et Apostoli Christo et Patri et Spiritui; ut unio sit carnalis et [u] spiritualis.

XIV. Sciens quoniam [x] Deo pleni estis, com-

[n] *quia* C.C. et infra, bis.
[o] *quum* C.C.
Prov. xviii 17 LXX.
[p] *accusator est.* C. C.
[q] *et* C.C.
[r] *Sancto* deest C. C.
[s] *Presbiterii* C. C.
[t] *ut Jesus Christus* C. C.
[u] *carnalis sit et* C. C.
[x] *quia* C.C.

cum digne contexta spirituali corona Presbyterii vestri. Eamdem lectionem habet Interpol. in Codd. Nydprucc. et August. Morelius auctoritate sua dedit *ἀξιονίκου*; cujus conjecturam, a Vedelio admissam, recte repudiavit Usserius. Salvinius ad oram exemplaris reponit *ἀξιαποστολικοῦ*.

ib. *στεφάνου*] *Corona* (qua sedentium *ἐν ἡμικύκλῳ* situs describitur) *Presbyterii vestri* Episcopalem Cathedram ex utraque parte cingentis. Sic et *ἐκκλησίας στέφανος*, Constit. Apost. ii 28. HAMMOND. c. Blondell. Diss. i cap. 13 § 7.

11. *πρεσβυτερίου*] Recte se habet Codex uterque, non *πρεσβυτέρου*, quod ex Salvinio dant Aldrich. et Russelius. Mire hunc locum vertit Vaarlenius, *et coronando spirituali Stephano presbytero vestro.*

ib. *καὶ τῶν*] *καί* deest in Cod. Casanatensi. DRESSEL.

12. *καὶ ἀλλήλοις,*] Pro diversa nimirum ratione dignitatis et subordinationis. SMITH. Cf. 1 Pet. v 5.

ib. *ὡς Ἰ. Χ. τῷ Πατρὶ*] Subordinationem Dei Filii hic doceri contendit Munscher. *Lehrb. d. Dogmengesch.* i p. 162. Contra Rothe, *Anfänge* p. 754, monet e verbis *κατὰ σάρκα* palam fieri, non *τὸν Λόγον*, sed humanam tantum Christi naturam ab Ignatio nostro Patri subordinari. HEFELIUS. Armenius omisit *κατὰ σάρκα*, et mox *καὶ τῷ Πνεύματι*.

14. *ἵνα ἕνωσις ᾖ*] Coteler. conferri jubet D. Paulum ad Eph. iv 4, *ἓν σῶμα καὶ ἓν πνεῦμα*.

16. *Θεοῦ γέμετε,*] Ad verba S. Apostoli Rom. xv 14 respexisse

Digitized by Google

Ecclesia Antiochena preces fundant.

λευσα ὑμᾶς. Μνημονεύετέ μου ἐν ταῖς προσευχαῖς ὑμῶν, ἵνα Θεοῦ ἐπιτύχω, καὶ τῆς ἐν Συρίᾳ ἐκκλησίας, ὅθεν οὐκ ἄξιός εἰμι καλεῖσθαι. Ἐπιδέομαι γὰρ τῆς ἡνωμένης ὑμῶν ἐν Θεῷ προσευχῆς καὶ ἀγάπης, εἰς τὸ ἀξιωθῆναι τὴν ἐν Συρίᾳ ἐκκλησίαν διὰ τῆς ἐκκλησίας ὑμῶν δροσισθῆναι.

Salutationes.

ΙΕ'. Ἀσπάζονται ὑμᾶς Ἐφέσιοι ἀπὸ Σμύρνης, ὅθεν καὶ γράφω ὑμῖν, παρόντες εἰς δόξαν Θεοῦ, ὥσπερ καὶ ὑμεῖς, οἳ κατὰ πάντα με ἀνέπαυσαν, ἅμα Πολυκάρπῳ ἐπισκόπῳ Σμυρναίων. Καὶ αἱ λοιπαὶ δὲ ἐκκλησίαι ἐν τιμῇ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀσπάζονται ὑμᾶς. Ἔρρωσθε ἐν ὁμονοίᾳ Θεοῦ, κεκτημένοι ἀδιάκριτον πνεῦμα, ὅς ἐστιν Ἰησοῦς Χριστός.

videtur. HEFEL. Paullo liberius Armenius, *Scio quod pleni estis gratia Dei, et propterea cum confidentia peto a vobis.* PETERMAN. Interpolator, Εἰδὼς ὑμᾶς πεπληρωμένους παντὸς ἀγαθοῦ.

3. ὅθεν οὐκ] Aliter haec distribuit Hefelius, ut εἰς τὸ ἀξιωθῆναι ad τῆς ἐν Συρίᾳ ἐκκλησίας, immediate referatur.

ib. καλεῖσθαι.] Reticet S. Martyr titulum et nomen episcopalis dignitatis, humilitatis causa. Igitur male additum est ab Interpolatore. SMITH.

6. δροσισθῆναι.] Pearsonus confert Clem. Alex. Paed. ii 10, ἀγρὸς γὰρ ὁ κόσμος· καὶ πόα ἡμεῖς, οἱ τῇ χάριτι δροσιζόμενοι τοῦ Θεοῦ. p. 232 ed. Potter. Interpol. exhibet ποιμανθῆναι ἐν Χριστῷ.

7. Ἐφέσιοι ἀπὸ Σμύρνης,] Duplici modo explicari potest. Ephesii qui Smyrnam ab Epheso mei causa venerunt, et qui jam Smyrnae agunt; vel Ephesii, qui negotiorum causa hic

Digitized by Google

pendiose deprecatus sum vos. Mementote mei in orationibus vestris, ut Deo fruar; et ejus quae in Syria [y] Ecclesiae, unde non dignus sum [z] vocari. Superindigeo enim unita vestra in Deo oratione et charitate [a], in dignificari eam quae in Syria Ecclesiam per Ecclesiam vestram irrorari [b].

XV. Salutant vos Ephesii a Smyrna [c] (unde et scribo vobis) praesentes in gloriam Dei, quemadmodum vos [d]: qui secundum omnia me quiescere fecerunt, simul cum Polycarpo [e], Episcopo Smyrnaeorum. Sed et reliquae Ecclesiae in honore Jesu Christi salutant vos. Valete in concordia Dei, possidentes inseparabilem Spiritum, qui est Jesus Christus.

[y] *Siria* C.C.
[z] *non sum dignus* C.C.
[a] *caritate* C.C.
[b] *irrori* C.C.
[c] *Smirna* C.C.
[d] *quemadmodum et vos* C.C.
[e] *Policarpo* C.C.

Smyrnae ante adventum meum degebant tanquam incolae. Prior interpretatio magis placet, utpote menti S. Ignatii longe accommodatior. SMITH.

9. *ὥσπερ καὶ ὑμεῖς,*] Lege *οἵ, ὥσπερ καὶ ὑμεῖς, κατὰ . . .* Isthoc enim ordine articulus debet praeponi. SMITH. Salvinius mallet *ὥσπερ καὶ ἡμεῖς.*

11. *ἐν τιμῇ*] *διὰ τιμῆς, ob honorem.* SMITH. Cf. *ἐν γνώμῃ Ἰησοῦ Χριστοῦ.* Inscript. Ep. ad Philad. Licetne intelligere Ecclesias a Jesu Christo in honore eximio habitas, Ecclesias prae caeteris singulari gratia ac favore gaudentes?

12. *ἀδιάκριτον*] Codd. exhibent *διάκριτον.* Sic tamen omnino scribendum, uti et Int. Vet. et Interpol. legebant; uti Vossius legendum voluit, uti Usserius et Smithus in textu reposuerunt. Conf. Ep. ad Eph. § 2, et ad Trall. § 1. Vocem *ἀδιάκριτος* non agnoscit Suiceri Thesaurus, nisi quod in supplemento Editioni alteri subjecto hic locus Ignatii sit prolatus.

Digitized by Google

ΤΡΑΛΛΙΑΝΟΙΣ ΙΓΝΑΤΙΟΣ.

ΙΓΝΑΤΙΟΣ, *ὁ καὶ Θεοφόρος, ἠγαπημένῃ Θεῷ Πατρὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίᾳ ἁγίᾳ, τῇ οὔσῃ ἐν Τράλλεσιν τῆς Ἀσίας, ἐκλεκτῇ καὶ ἀξιοθέῳ, εἰρηνεούσῃ ἐν σαρκὶ καὶ αἵματι, [καὶ] τῷ πάθει Ἰησοῦ* 5 *Χριστοῦ, τῆς ἐλπίδος ἡμῶν, ἐν τῇ εἰς αὐτὸν ἀναστάσει· ἣν καὶ ἀσπάζομαι ἐν τῷ πληρώματι, ἐν ἀποστολικῷ χαρακτῆρι, καὶ εὔχομαι πλεῖστα χαίρειν.*

1. ΤΡΑΛΛΙΑΝΟΙΣ] Codd. Τραλλιανοῖς, et mox ἐν Τράλεσιν. Int. Vet. legebat, ut videtur, Τραλλησίοις, ut ap. Interpol. exstat; cujus formae exemplum non facile invenies. In Mart. S. Polycarpi § 21 legimus ἐπὶ Ἀρχιερέως Φιλίππου Τραλλιανοῦ, et sic passim in Inscriptionibus, quarum complures congessit Pearsonus. Cod. Caiensis exhibet, 'EPISTOLA 6ta IGNATII 'TRALESIIS ASIAE 6ta. Quo-'modo multitudo subjectorum 'cognoscatur per Episcopum 'bonum, et subjecti nihil agant 'sine Episcopo, sicut nec Apo-'stoli sine Christo.'

3. ἁγίᾳ,] Hac voce omissa, Armen. vertit ac si legisset, τῇ ἠγαπημένῃ Θεῷ Πατρὶ τοῦ Κυρίου (vel καὶ τῷ Κυρίῳ) ἡμῶν Ἰ. Χ. καὶ τῇ τοῦ αὐτοῦ ἀναστάσει, ἣν ἀσπάζομαι——χαίρειν ἐν ἀμώμῳ διανοίᾳ καὶ ἀδιακρίτῳ. PETERMAN.

ib. τῇ οὔσῃ ἐν Τράλλεσιν] τῇ ἐν Τράλλεσι Euseb. [H. E. iii 36.] *ad Trallenses*, Hieronymus; [De Viris Illust. § 16, tom. ii p. 841 ed. Vallars.] sed Graecus ejus interpres, πρὸς Τραλλιανούς, recte. Τράλλεις nomen urbis, plerumque numero plurali. Juvenalis, [iii 70] 'hic Trallibus aut Ala-'bandis.' Eusebii Chronicon, 'Tralles terrae motu cecide-'runt:' unde Balbum quendam Trallianum, qui vixit sub Marco et Commodo, vocat Phrynichus τὸν ἀπὸ Τράλλεων. p. 78. Christodorus Epicus scripsit Πάτρια Τράλλεων. Suidas, v. Χριστόδωρος. Philostratus in Polemone de Munatio, ὁ δὲ ἀνὴρ οὗτος ἐκ Τράλλεων. Apollonius Aphrodisiensis Historicus scripsit librum περὶ Τράλλεων, teste Suida. Cives etiam ab antiquis Latinis *Tralles* dicebantur, ut a Varrone ap. Apuleium, p. 52. PEARSON.

4. τῆς Ἀσίας,] Steph. *Lydiae*, Xen. *Phrygiae*. Τῇ πρὸς Μαιάνδρῳ dixerat de Magnesia, non dicit de Trallibus, quamvis et illa πρὸς τῷ Μαιάνδρῳ ποταμῷ,

Digitized by Google

AD TRALLIANOS.

IGNATIUS, qui et Theophorus[a], dilectae Deo Patri Jesu Christi Ecclesiae sanctae, existenti in Trallesiis[b] Asiae, electae, et Deo dignae, pacem habenti in carne et sanguine et passione Jesu Christi, spei nostrae, in ea quae in ipsum resurrectione: quam et saluto in plenitudine, in Apostolico charactere[c], et oro plurimum gaudere.

[a] *Theopherus* C. C.

[b] *Tralesiis* C. C.

1 Tim. i 1.

[c] *caractere* C. C.

ut Steph. Sed satis eam distinxerat; quia alia urbs *Tralles* in Asia [Propria] non fuit. In Caria quidem urbem quandam ponit Stephanus, quae prius Charax, postea *Trallis* dicebatur: Ἔστι καὶ Καρίας ἄλλη πόλις Χάραξ, ἡ νῦν Τράλλις. S. Pet. I i 1, Πόντου, Γαλατίας, Καππαδοκίας, Ἀσίας καὶ Βιθυνίας. Ita ap. Phrynichum distinguuntur Bithyni et Asiani, p. 40. Sic Derbaei et Asiani, Act. xx 4. Cf. ii 9, vi 9, Apoc. i 4. Non erant in hac Asia Pontus, neque Bithynia, neque Cilicia, neque Cappadocia. PEARSON. E Trallianis potissimum eligebantur οἱ Ἀσιάρχαι, de quibus vid. Act. xix 31, uti docet Strabo, xiv p. 929 ed. Falconer. συνοικεῖται καλῶς [ἡ τῶν Τραλλιανῶν πόλις] εἴ τις ἄλλη τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν ὑπὸ εὐπόρων ἀνθρώπων, καὶ ἀεί τινες ἐξ αὐτῶν εἰσὶν οἱ πρωτεύοντες κατὰ τὴν ἐπαρχίαν, (leg. ἱεραρχίαν) οὓς Ἀσιάρχας καλοῦσιν.

5. καὶ αἵματι, [καὶ] τῷ πάθει] Ita legendum ex Int. vidit Vossius. Codd. non habent καί ante τῷ πάθει, quae particula Dresselio abundare videtur. Hefelius interpretatur: *quae internam et cum Deo pacem obtinet adventu et passione Christi.*

7. ἣν καὶ ἀσπάζομαι] Particulam connexivam quam in exscribendo omisit Vossius, intra uncinos reposuit Usserius, ad oram libri Cotelerius, in ordinem admiserunt Smith. et Horneman. In Aldrichii libro, ex errore Salvinii vel forsitan typothetae, ἀσπάζομεν.

ib. ἐν τῷ πληρώματι,] An πλήρωμα hic denotet universam Christianorum istius ecclesiae multitudinem? SMITH. Hanc vocem ita absolute positam prodere Gnosticismum censet Hilgenfeldius. Sed conf. Col. i 19, πᾶν τὸ πλήρωμα.

ib. ἐν ἀποστολικῷ χαρακτῆρι,] Maestraeus et Smithus intelligunt formam salutationis qua

Digitized by Google

Laudat Trallianorum charitatem, quam, misso Polybio Episcopo, sibi declaraverint.

Α'. Ἀμωμον διάνοιαν καὶ ἀδιάκριτον ἐν ὑπομονῇ ἔγνων ὑμᾶς ἔχοντας, οὐ κατὰ χρῆσιν, ἀλλὰ κατὰ φύσιν· καθὼς ἐδήλωσέν μοι Πολύβιος ὁ ἐπίσκοπος ὑμῶν, ὃς παρεγένετο θελήματι Θεοῦ καὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐν Σμύρνῃ, καὶ οὕτως μοι συνεχάρη δεδεμένῳ ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ, ὥστε με τὸ πᾶν πλῆθος ὑμῶν ἐν αὐτῷ θεωρεῖσθαι. Ἀποδεξάμενος οὖν τὴν κατὰ Θεὸν εὔνοιαν δι' αὐτοῦ, ἔδοξα εὑρὼν ὑμᾶς, ὡς ἔγνων, μιμητὰς ὄντας Θεοῦ.

Nihil sine Episcopo et Presbyterio agendum. Diaconorum munus.

Β'. Ὅτ' ἂν γὰρ τῷ ἐπισκόπῳ ὑποτάσσησθε ὡς Ἰησοῦ Χριστῷ, φαίνεσθέ μοι οὐ κατὰ ἄνθρωπον ζῶντες, ἀλλὰ κατὰ Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν δι' ἡμᾶς ἀποθανόντα, ἵνα πιστεύσαντες εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ, τὸ ἀποθανεῖν ἐκφύγητε. Ἀναγκαῖον οὖν ἐστὶν, ὥσπερ

uti solebant Apostoli. Holstenius, *Apostolico more*. Vedelius, quem sequitur Bunsenius, infeliciter de auctoritate Apostolica explicat, ideoque haec verba surreptitia esse contendit, quia scilicet S. Pater hanc Apostolicam auctoritatem sibi negat, § 3. Cf. Ep. ad Rom. § 4. Alter locus quem laudat ex Ep. ad Philad. est Interpolatoris adsumentum. Sed in § 2 Presbyteris quoque Ecclesiae Trallianae auctoritatem quandam Apostolicam tribuit Ignatius.

1. *ἀδιάκριτον*] Alter Ignatius, *ἀνυπόκριτον*. Et paullo post idem: *οὐ κατὰ χρῆσιν, ἀλλὰ κατὰ κτῆσιν*. Sed merito haec lectio suspicionem quasi parum foret genuina injecit viris doctis. [e. g. Vedelio.] Vide, quanto melior sit libri Florentini lectio, quae id ait, Trallianorum fidem et constantiam non posse tantum cognosci ex quotidianis eorum exercitiis, et bonis operibus, sed etiam ex naturali eorum bonitate. Ita enim accipienda haec Ignatii verba atque si scripsisset, *οὐ κατὰ χρῆσιν μόνον, ἀλλὰ κατὰ φύσιν*, idque satis trito loquendi genere. VOSSIUS. Wakius et Chevall. interpretantur: *I have heard of your blameless and constant disposition, through patience, which not only appears in your outward conversation, but is naturally rooted and grounded in you.* Conf. Ep. ad Eph. § 3, et ad Mag. § 15.

2. *οὐ κατὰ χρῆσιν,*] Sensus: *non solum in vitae commercio talem mentem ostendere studetis, sed ea internae vestrae naturae propria est.* Conf. Iren. I vi 4. HEFEL. Lectionem Interpol. *οὐ κατὰ χρῆσιν, ἀλλὰ κατὰ κτῆσιν*, a Vossio improba-

Digitized by Google

I. INCOINQUINATAM mentem et inseparabilem in sustinentia cognovi vos habentes, non secundum usum, sed secundum naturam: quemadmodum ostendit mihi Polybius [c] Episcopus vester, qui advenit, voluntate Dei et Jesu Christi, in Smyrna; et sic mihi congavisus est vincto in Christo Jesu, ut ego omnem multitudinem vestram in ipso specularer, Recipiens igitur eam, quae secundum Deum, aequanimitatem per ipsum, gloriatus sum inveniens vos, ut cognovi, imitatores Dei.

[c] *Polibius* C. C.

II. Quum enim Episcopo subjecti estis ut Jesu Christo, videmini mihi [d] non secundum homines viventes, sed secundum Jesum Christum, propter vos mortuum; ut, credentes in mortem ipsius,

[d] *michi* C. C.

tam, Cotelerius longe saniorem esse arbitratur. Salvinius, conjectura satis infelici, mallet *οὐ καθ' ὑπόκρισιν*. Vide supra p. 274 l. 1 et Pearsoni notam.

3. Πολύβιος] Polybii, Trallianorum Episcopi, meminisse hic Ignatium confirmat Eusebius, H. E. iii 36. USSER.

7. *ἐν ἀυτῷ*] Conf. Ep. ad Eph. § 1, *τὴν πολυπληρίαν ὑμῶν ἐν Ὀνησίμῳ*.

ib. *θεωρεῖσθαι*.] In MSS. ubi *η* et *ει*, *αι* et *ε*, saepissime permutantur, *θεωρῆσθε*. Libb. impr. sequuntur Vossium, qui cum Interpol. exhibet *θεωρῆσαι*.

8. *εὔνοιαν*] Vet. Int. *aequanimitatem*: melius Vulgatus, *benevolentiam*. PEARSON.

ib. *ἔδοξα εὑρὼν*] Ita MSS. et Interpolator; non *ἐδόξασα*, uti legisse videtur Int. Vet. cujus errorem Cotelerius, mira incuria, retinet in versione sua. Pearsonus vertit, *videbar invenisse*. Vossii correctionem *ἔδοξα εὑρεῖν* in ed. sec. admisit Hefelius.

10. Ὅτ' ἂν] Cf. not. in Ep. ad Eph. § 13.

11. *κατὰ ἄνθρωπον*] MSS. $\overline{\text{ανον}}$, i. e. *ἄνθρωπον*, non *ἀνθρώπινον*, uti e Vossio libri plerique impressi. Phrasin *κατὰ ἄνθρωπον* usurpat D. Paulus, 1 Cor. xv 32, Gal. iii 15. Mox, pro *τὸν δι' ἡμᾶς*, Cotel. et Markland. mallent *τὸν δι' ὑμᾶς* cum Int. Vet. Lectionem Codd. Ὅτ' ἂν *γὰρ——ἐκφύγητε* firmant versiones Syriacae, quas videas ap. Cureton. pp. 232, 246. Armenius, *apparetis mihi quod non in corpore vivitis*.

13. *ἵνα——ἐκφύγητε*.] Armenius, *et quando creditis generationem ejus et mortem, liberati estis a morte*.

14. Ἀναγκαῖον] *It is right therefore*. Fragm. Syr. ap. Cureton. p. 232.

Digitized by Google

ποιεῖτε, ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου μηδὲν πράσσειν ὑμᾶς· ἀλλ' ὑποτάσσεσθαι καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ, ὡς τοῖς ἀποστόλοις Ἰησοῦ Χριστοῦ τῆς ἐλπίδος ἡμῶν, ἐν ᾧ διάγοντες εὑρεθησόμεθα. Δεῖ δὲ καὶ τοὺς διακόνους, ὄντας μυστηρίων Ἰησοῦ Χριστοῦ, κατὰ πάντα τρόπον πᾶσιν ἀρέσκειν· οὐ γὰρ βρωμάτων καὶ ποτῶν εἰσὶν διάκονοι, ἀλλ' ἐκκλησίας Θεοῦ ὑπηρέται· δέον οὖν αὐτοὺς φυλάσσεσθαι τὰ ἐγκλήματα ὡς πῦρ.

His obediendum.

Γ'. Ὁμοίως πάντες ἐντρεπέσθωσαν τοὺς διακόνους, ὡς Ἰησοῦν Χριστὸν, ὡς καὶ τὸν ἐπίσκοπον,

2. *ὑποτάσσεσθαι*] Ita dedi cum Smitho: ita legit Vet. Int. atque ita hunc locum laudat Antiochus, Serm. 124. Vossius *ὑποτάσσεσθε* retinet, scripturam MSti, ubi mox quoque scribitur *φυλάσσεσθε*.

ib. *ὡς τοῖς ἀποστόλοις*] Causa hujus comparationis est quia Episcopi, Pastores, Presbyteri successerunt Apostolis. Hinc saepe a Patribus Apostolorum successores vocantur: Cyprian. ii Ep. 10, quae est 42 Pamelii, [Ep. 45, p. 88 ed. Fell.] et alibi quoque. Augustinus in Ps. xliv. [vers. 17, sec. LXX, tom. iv p. 398 ed. Ben.] Sic Hieronymus quoque saepius. Ex quibus haec orthodoxa ratio elicitur: Quandoquidem Ecclesiae pastores in locum Apostolorum successerunt, qui a Christo auctoritatem omnem et potestatem acceperunt, eandem igitur quoque Episcoporum seu pastorum Ecclesiae rationem esse: ita ut jurisdictionem, ut loquuntur, suam non a Pontifice, sed a Christo ipso acceperint. Vid. Tertull. de Praescript. § 32, ubi duo observa. 1°. Omnes Cathedras Catholicas debere successionem Apostolorum habere. 2°. Tertullianum statuere eandem successionem Romanae et Smyrnensis Ecclesiae, seu non aliter successisse Clementem Petro, quam Polycarpum Johanni. VEDELIUS. Conf. Const. Apost. ii 27, 28.

3. *τῆς ἐλπίδος ἡμῶν,*] Ita recte Vossius caeterique; non *ὑμῶν*, ut in Aldrichii libro.

4. *εὑρεθησόμεθα.*] Haec lectio Cod. Laur. quae sensum satis bonum praebet, ab Interpolatore agnoscitur. Cod. Casan. et Edd. omnes post Vossium, ex Int. Vet. *εὑρεθησώμεθα*, quam scripturam tuentur Armen. et Fragm. Syr. ap. Cureton. p. 232. Hefelius conj. *εὑρεθησοίμεθα.*

5. *ὄντας μυστηρίων*] Sensum non perceperunt Interpretes; qui tamen satis est clarus. Dicit enim, *non debere esse quemquam, cui non placeant omnibus modis Diaconi;* illos enim non esse ministros esculentorum et poculentorum, sed ministros mysteriorum Dei, sive Sacramentorum. Miror autem

Digitized by Google

mori effugiatis. Necessarium igitur est, quemadmodum facitis, sine Episcopo nihil [e] operari vos: sed subjici et [f] Presbyterio, ut Apostolis Jesu Christi spei nostrae; in quo conversantes inveniamur. Oportet autem et Diaconos, ministros existentes mysteriorum [g] Jesu Christi, secundum omnem modum omnibus placere. Non enim ciborum et potuum sunt ministri; sed Ecclesiae Dei Ministri. Opportunum [h] igitur vos * observare accusationes, ut ignem.

[e] *nichil* C. C.
[f] *et* deest C. C. Col. i 27. 1 Tim. i 1. 1 Cor. iv 1.
[g] *misteriorum* C. C.
[h] *Optimum*
* f. eos.

III. Similiter et omnes revereantur Diaconos, ut mandatum Jesu Christi; et Episcopum, ut

Antiochum, qui Serm. 124 haec Ignatii citat, ita illa mutasse, ut id, quod de Diaconis hic dicitur, Presbyteris adtribuat. Modo apud illum locus sit integer, nec aliqua exciderint verba. VOSSIUS. Pro scriptura Codd. *μυστήριον*, quam, voce *ὄντας* omissa, *similitudinem, imaginem Christi* explicat Arndtius, *μυστηρίων* proculdubio legendum est, quemadmodum et Int. Vet. et Interpolator. Dresselius e margine Cod. Casan. recepit *μυστηρίου*, cui lectioni favet Fragm. Syr. Cureton. p. 232, *sons of the mystery of Jesus Christ.* Barlovius, Episcopus olim Lincolniensis, Antiocho morem gerens, interpretatur, *Oportet igitur hos (presbyteros), existentes diaconos mysteriorum Jesu Christi, omni modo omnibus placere.* Wocherus in his verbis adhortationem ad Diaconos videt. Denzinger. conferri jubet Polycarp. ad Philipp. § 5. Armenius legisse videtur *συμμύστας*. Cf. Ep. ad Eph. § 12.

6. *ποτῶν*] Ap. Antiochum, *βρωμάτων καὶ πομάτων*. VOSSIUS.

8. *αὐτοὺς*] Ita MSS. pro quo Smithus mallet *ὑμᾶς*. Interpol. sec. Cod. August. *αὐτῶν*: sec. Cod. Nydprucc. *αὐτούς*.

ibid. *φυλάσσεσθαι*] *vitare.* MARKLAND. Cf. p. 366 l. 4.

10. *ὡς Ἰησοῦν Χριστὸν,*] Pro hac lectione, quam retinet Antiochus, Hom. 124, Salvin. et Junius *Ἰησοῦ Χριστοῦ*. Melior est ratio Coteler. Smith. Reithmayr. et Dresselii, qui reponunt, *ὡς ἐντολὴν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τὸν ἐπίσκοπον*. Sic enim legebat Int. Vet. uti quoque in Ep. ad Smyrn. § 8. Petermannus, ad mentem Armenii, *καὶ τὸν ἐπίσκοπον, ὡς τὸν Πατέρα.* Locum sic refingit Swithunus Adee ad oram libri in Museo Britannico conservati: *Ὁμοίως πάντες ἐντρεπέσθωσαν τοὺς διακόνους, καὶ τὸν ἐπίσκοπον ὡς Ἰ. Χ. ὄντα Υἱὸν τοῦ Πατρός.* Noltius, ad Magn. § 6 respiciens, conj. *τοὺς διακόνους ὡς Ἰ. Χ. ὄντα Υἱὸν τοῦ Πατρός, τὸν ἐπίσκοπον ὡς Θεὸν,*

Digitized by Google

ὄντα Υἱὸν τοῦ Πατρός· τοὺς δὲ πρεσβυτέρους, ὡς συνέδριον Θεοῦ, καὶ ὡς σύνδεσμον ἀποστόλων. Χωρὶς τούτων ἐκκλησία οὐ καλεῖται· περὶ ὧν πέπεισμαι ὑμᾶς οὕτως ἔχειν. Τὸ γὰρ ἐξεμπλάριον τῆς ἀγάπης ὑμῶν ἔλαβον, καὶ ἔχω μεθ' ἑαυτοῦ ἐν τῷ ἐπισκόπῳ ὑμῶν, οὗ αὐτὸ τὸ κατάστημα μεγάλη μαθητεία, ἡ δὲ πραότης αὐτοῦ δύναμις· ὃν λογίζομαι καὶ τοὺς ἀθέους ἐντρέπεσθαι, ἀγαπῶντας, ὡς οὐ φείδομαι ἑαυτοῦ.

Commendatio hujus Episcopi.

τοὺς δὲ κ. τ. λ. Quoad sententiam, Cf. Ep. ad Magn. § 6, ad Smyrn. § 8, Polycarp. ad Philipp. § 5. Galatas seipsum olim tanquam Christum Jesum excepisse in eorum memoriam revocat D. Paulus, iv 14. Nullibi Diaconi cum Christo ipso comparantur, uti monet Hefelius, qui corrigit, τοὺς διακόνους ὡς Ἰησοῦ Χριστοῦ, *ut diaconos Christi.*

1. ὄντα Υἱὸν τοῦ Πατρός·] Antiochus habet καὶ τὸν ἐπίσκοπον ὡς τὸν Πατέρα, unde Smithus feliciter hunc locum mendosissimum reformat, καὶ τὸν ἐπίσκοπον ὡς Ἰησοῦν Χριστόν, ὄντα Υἱὸν τοῦ Πατρός. Coteler. in hunc modum restituit, καὶ ἐπίσκοπον ὡς ὄντα τύπον τοῦ Πατρός, ex Interpol. ὡς καὶ ὁ ἐπίσκοπος τοῦ Πατρὸς τῶν ὅλων τύπος ὑπάρχει. Fragm. Syr. *and towards the Bishop, who is in the place of the Father.*

2. ὡς συνέδριον] *as towards the sons of the council of God, and members of the Apostles.* Fragm. Syr. p. 233.

ibid. σύνδεσμον] Librarium Laur. summa qua ad hunc locum erat incuria, σύνδεσμος praebentem, sequitur Cod. Casan. Cf. Ep. ad Magn. § 6.

ib. Χωρὶς τούτων] Prorsus mirabilis est expositio Vedelii; '*sine istis*, h. e. obedientia quam 'in tres species distinxerat . . . 'τούτων pro τούτου, uti a Graecis 'saepe pluralis pro singulari 'ponitur.'

4. τῆς ἀγάπης ὑμῶν] i. e. ὑμῶν, uti in Ep. ad Smyrn. § 12, ἡ ἀγάπη τῶν ἀδελφῶν, i. e. οἱ ἀδελφοί. Scriptores Ecclesiastici voce ἀγάπη utuntur eodem modo quo reperias ἡ εὐλάβεια ὑμῶν, ἡ εὐσέβεια ὑμῶν. Cf. Can. Concil. Constant. ap. Routh. Script. Eccles. Opusc. i p. 387 l. 18; 388, 2; et Libr. Diurn. Rom. Pontif. ii p. 148, 24. 'Cog-'noscat itaque *vestra dilectio.*' p. 154, 25. 'Sed et hoc *vestrae* '*caritati*, Christo annuente, 'pollicemur.' Vide Suicerum et Meursium in voc.

5. μεθ' ἑαυτοῦ] Pro hac MSS. lectione Edd. cum Vossio tacite reponunt μετ' ἐμαυτοῦ, quod habet Interpolator. Nemo autem nescit ἑαυτοῦ pro ἐμαυτοῦ et σεαυτοῦ in omnibus casibus tralatitium esse. Mox, οὐ φείδομαι ἑαυτοῦ, et infra § 8, ἀνακτίσασθε ἑαυτούς. Vid. Dorvillium in Chariton. p. 296, et Elmsleium ad Eurip. Heracl. 144, 814.

Digitized by Google

Jesum Christum, existentem filium Patris; Presbyteros autem, ut concilium Dei et conjunctionem [h] Apostolorum. Sine his Ecclesia non vocatur: de quibus suadeo* vos sic habere. Exemplarium [i] enim charitatis vestrae accepi, et habeo cum meipso in Episcopo vestro; cujus ipsa compositio magna est disciplinatio, mansuetudo autem ipsius potentia: quem existimo et impios revereri. Diligentes quod non parco ipsum ali-

[h] *communionem.* C. C.
*f. suadeor.
[i] *Excemplarium* C. C.

6. *τὸ κατάστημα*] Ad hunc locum adnotavit magnus Salmasius, non bene ab Intt. [e. g. Vedelio] haec verba esse accepta, qui reddiderunt, *cujus animi modestia.* Dicere enim Ignatium, se charitatis eorum exemplar in illorum cepisse Episcopo; cujus hoc ipsum esset *κατάστημα*: hoc est, *constitutio animi*, quae ad charitatem facit. Quasi diceret, Ex vestro Episcopo, qui charitatis est plenissimus, etiam collegi vos omnes charitate abundare. VOSSIUS. Quid sit *κατάστημα*, ex voce *καθιστάνειν*, de Episcoporum et Diaconorum ordinationibus usurpata, Tit. i 5, Act. vi 3, unde Suidae *καταστάς* (sensu passivo, *constitutus, creatus*, ut apud Polycratem, Euseb. H. E. iv 23, *Πούπλιος καταστὰς ἐπίσκοπος*) petendum videtur. HAMMOND. c. Blondell. Dissert. iv § 27. *Animi constitutio* Smith; *habitus* Cotel. et Hefelius; Ruchat. *dont la seule présentation est une grande instruction.* Armenius, *prosperitas.* Pearsonus, inter alia, confert *κατάστημα τῆς πόλεως*, Joseph. 763. 21. ed. Basil. B. J. II xxii 1. Addas I i 4. *βλέπεις μοι τὸ σεμνὸν τοῦτο τῆς ἐκκλησίας κατάστημα*; Cyril. praef. in Catech. p. 3 A. ed. Morel. Cf. omnino Tit. iii 3, et Wetsten. in loc. Minus feliciter Usserius *κατάστημα* explicat per *καταστόλη* in I Tim. ii 9.

7. *τοὺς ἀθέους*] Sensus: Pagani quoque constantiam Christianorum, e. g. meam laudant. HEFELIUS.

8. *ἀγαπῶντας*,] Locus foede corruptus ac deploratus. Interpres certe corruptum invenit, nec quo modo verteret, novit. Videntur haec corrupta ante aetatem Interpol. quod maximae antiquitatis indicium. Salmasius tentavit, sed infeliciter satis. Tu lege *ἐντρέπεσθαι ἀγαπῶντας*, sed quaere: pro *ἑαυτὸν πότερον*, lege *συντονώτερον*, ut Interpol. *συν* facile in *εαυ*, et *ω* in *ωο*: caeterae omnes literae apparent in *συντονώτερον*. Reliqua explicatione tantum egent: *εἰς τοῦτο φήθην, in tantam mei existimationem deveni, ut* . . . . Οἰέομαι, *φήθην*, unde et *οἴεσις* et *οἴημα*. Aliud enim *οἴομαι*, et aliud *οἰέομαι*. PEARSON. apud Smith. Melius in Vindic. ii 11: *Ἀγαπῶν ὑμᾶς φείδομαι συντονώτερον δυνάμενος γράφειν περὶ τούτου εἰς τοῦτο φήθην ἵνα ὦν κατάκριτος*

Digitized by Google

Πότερον δυνάμενος γράφειν ὑπὲρ τούτου εἰς τοῦτο ᾠήθην, ἵνα ὢν κατάκριτος ὡς ἀπόστολος ὑμῖν διατάσσωμαι;

Ardor zeli Ignatii mansuetudine temperandus.

Δ'. Πολλὰ φρονῶ ἐν Θεῷ· ἀλλ' ἐμαυτὸν μετρῶ, ἵνα μὴ ἐν καυχήσει ἀπόλωμαι· νῦν γάρ με δεῖ πλέον φοβεῖσθαι, καὶ μὴ προσέχειν τοῖς φυσιοῦσίν με· οἱ

ὡς ἀπόστολος ὑμῖν διατάσσωμαι. Non satis apparet ex Vossii nota utri refingendi rationi a Salmasio propositae suffragetur: ἀγαπῶντας ὡς οὐ φείδομαι ἑαυτοῦ πρότερον δυνάμενος γράφειν, ὑπὲρ τούτου οὐκ ᾠήθην, ἵνα μὴ . . . aut ἀγαπῶντας ὡς οὐ φείδομαι ἑαυτοὺς (νυσ) πρότερον &c. Eodem fere cum Pearsono modo Toupius: ἀγαπῶντας, ὡς φείδομαι ἐμαυτοῦ, ὃς συντονώτερον δυνάμενος γράφειν ὑπὲρ τούτου, οὐκ ᾠήθην, ἵνα μὴ ὢν κ. τ. λ. *gaudentes quia viribus meis parco, qui cum acrius de hac re scribere possem, non putavi faciendum.* Aliter conatus est Junius: ἀγαπῶν ὑμᾶς φείδομαι συντονώτερον γράφειν, δυνάμενος ὑπὲρ τούτου, ὡς ᾠήθην εἰς τοῦτο, ἵνα ὢ ἀκατάκριτος, οὐχ ὡς ἀπόστολος ὑμῖν διατάσσομαι. Ruchatus, in antecedentibus Junium secutus, mallet cum Cotel. ἵνα ὢν κατάκριτος οὐχ ὡς ἀπόστολος ὑμῖν διατάσσωμαι. Interpolatoris textum saniorem censet Reithmayrus. Verum enimvero hunc locum corrupit non illustravit Interpol. qui, uti monet Duesterdieck. sibimet ipsis contraria exhibet. Primum enim laudibus afficit ecclesiam Trallianam; nihilominus autem hariolatur ita, φείδομαι συντονώτερον, *intentius, acrius*, ἐπιστεῖλαι, et ruptum quidem nexum resarcinare conatur particula οὐχ interposita. Windischmannus, Vindic. Petr. p. 68, sic corrigendum esse existimat: ἀγαπῶντας ὑμᾶς εἰδὼς, φείδομαι ἐμαυτοῦ, περισσότερον δυνάμενος γράφειν ὑπὲρ τούτου· οὐ γὰρ εἰς τοῦτο ᾠήθην, κ. τ. λ. Petermannus edidit, Ἀγαπῶν ὑμᾶς φείδομαι συντονώτερον γράφειν δυνάμενός περ τοῦτο (ὡς ᾠήθην), ἵνα μὴ ὢν κατάκριτος κ. τ. λ. Bunsenii conjecturam caeteris praestare censet Lipsius: ἀγαπῶν ὑμῶν φείδομαι· Συντονώτερον δυνάμενος γράφειν ὑπὲρ τούτου [διὰ τοῦτο] δεῖν οὐκ ᾠήθην, ἵνα μὴ ὢν κατάκριτος ὡς ἀπόστλος ὑμῖν διατάσσωμαι.

ib. ἑαυτοῦ.] Scriptura Codd. ἑαυτόν soloecismo laborat. Nihil melius habui quam ut, cum Hefelio et Duesterdieckio, correctioni et interpretationi Arndtii obtemperarem. *Mene, qui sum damnatus, eo superbiae evehi, ut tanquam Apostolus vobis praecipiam? Minime vero. Etsi enim* πολλὰ φρονῶ, μετρῶ ἐμαυτόν. Verbum quidem ᾠήθην aliter interpretatur Arndtius: *Sollte ich, da ich hierüber schrieben konnte, es so gemeint haben?*

1. εἰς τοῦτο] Has voces omisit Freyius. Hefelius vertit: *Num, quum hac de re scribere mihi licuerit, in tantam mei existimationem deveni, ut* &c.

Digitized by Google

qualem, potens scribere pro illo; in hoc existimer, ut existens [k] condemnatus [l], velut Apostolus vobis praecipiam.

IV. Multa sapio in Deo: sed meipsum mensuro, ut non in gloriatione perdar. Nunc enim me oportet [m] plus timere, et non attendere inflantibus me.

[k] *existens* deest C. C.

[l] *condemnatus* C. C.

[m] *enim oportet me* C. C.

2. ὢν κατάκριτος] ὡσ Cod. Med. Lineam per σ duxit et ν suprascripsit manus recentior.

ib. ὡς ἀπόστολος] Hic quidam [e. g. Cotelerius] inserendam volunt particulam negativam, ut haec sententia cum notissima B. Martyris humilitate conveniat; et sic legebat Interpolator, licet caetera parum intellecta mutilaverit. Mihi potius particula ista priori sententiae parti praefigenda videtur, εἰς τοῦτο οὐκ ᾐήθην, hoc nimirum sensu: Quum *Episcopus vester, ob externum corporis habitum et placidissimos mores, sit apud Haereticos et Gentiles plane venerabilis, non mihi temperandum est, quum id possim*, quin in tanti viri laudes vehementiori impetu me effundam: εἰς τοῦτο δὲ οὐκ ᾐήθην, *in hoc vero non id mihi assumo, ut ipse*, jam ex sententia Imperatoris *ad mortem damnatus, quasi Apostolus, vobis praecipiam.* Sed huic conjecturae, tanquam penitus incertae, vix fidendum habeo. SMITH. Lipsius ita refingit, ἐπὶ τούτῳ οὐκ ἐβουλήθην, ἵνα μὴ οἰηθῇ τις ὅτι ὢν κατάκριτος ὡς ἀπόστολος ὑμῖν διατάσσομαι.

ib. διατάσσωμαι;] In hac voce allusionem apertam ad διαταγὰς Ἀποστόλων vidit Baratierius, Dissert. ii de Const. Apost. p. 279. At vocem eandem jam usurpaverat D. Paulus ad Cor. I xi 34, xvi 1, ad Tit. i 5.

4. Δ'. Πολλὰ φρονῶ] Capp. 4 et 5 ab Int. Syr. addita sunt ultimis verbis [§ 9] Ep. ad Rom. quo fit, ut Curetonus huic posteriori Epistolae adscribenda putet; Ep. ad Trall. autem in dubium vocet. Sed multo verisimilius est, monachum illum Syriacum excerptis suis ex Ep. ad Rom. desumtis in usum asceticum duo quoque perpulchra capita Ep. ad Trall. adjunxisse. Initium § 4 arctissimo nexu cohaeret cum fine § 3. Sensus est: *non in tantam mei existimationem deveni, ut vobis velut Apostolus imperare velim. Quamvis enim multa in Deo sapiam, tamen mihi ipsi modum adhibeo.* HEFELIUS.

ib. Πολλὰ φρονῶ ἐν Θεῷ·] Haec non agnoscit Interpolator. Cf. § 5, ubi affirmat S. Pater se ἐπουράνια, ὁρατά τε καὶ ἀόρατα intelligere. Utrumque locum a modestia pii Martyris alienum esse, atque epistolam hanc minus genuinam arguere judicat Dallaeus, merito propterea a Pearsono castigatus in Vindic. ii p. 142. Ruchatus, *Je me félicite de beaucoup de choses en Dieu.* Modestiam Ignatii produnt inter alia § 13 infra, et Ep. ad Rom. § 9.

5. ἀπόλωμαι·] Interpolator subjungit, καλὸν δὲ τὸ ἐν Κυρίῳ καυχᾶσθαι.

6. τοῖς φυσιοῦσίν με·] τοῖς

Digitized by Google

γὰρ λέγοντές μοι μαστιγοῦσίν με. Ἀγαπῶ μὲν γὰρ τὸ παθεῖν, ἀλλ' οὐκ οἶδα εἰ ἄξιός εἰμι· τὸ γὰρ ζῆλος πολλοῖς μὲν οὐ φαίνεται, ἐμὲ δὲ πλέον πολεμεῖ. Χρῄζω οὖν πραότητος, ἐν ᾗ καταλύεται ὁ ἄρχων τοῦ αἰῶνος τούτου.

Utut sublimis sit scientia rerum coelestium in Ignatio, et jam vinctus sit, nondum ob

Ε'. Μὴ οὐ δύναμαι τὰ ἐπουράνια γράψαι; ἀλλὰ φοβοῦμαι μὴ νηπίοις οὖσιν ὑμῖν βλάβην παραθῶ· καὶ συγγνωμονεῖτέ μοι, μήποτε οὐ δυνηθέντες χωρῆσαι στράγγαλον θῆτε. Καὶ γὰρ ἐγὼ, οὐ καθότι δέδεμαι, καὶ δυνάμενος τὰ ἐπουρανία, καὶ τὰς τοποθε-

εἰκῇ φυσιοῦσίν με Interpol. atque ita citatur hic locus in Maximi Locis Comm. Serm. 43. Cod. Barocc. 143 fol. 174.

ib. οἱ γὰρ λέγοντές μοι] Pseudo-Ignatius, οἱ γάρ με ἐπαινοῦντες. Hic vero scribendum puto, οἱ γὰρ λέγοντές με μαστιγοῦσίν με, i. e. *qui de me loquuntur*; quoniam vix id fieri poterat sine laude. Ita Democritos, et Platonas loqui, loqui theatra, apud Martialem, et apud alios millena alia id genus. VOSSIUS. Verba hujusmodi, Μάρτυς ἔσῃ, reticet, ne plus aequo efferri videatur. SMITH. Cum Smitho stat Uhlhornius. Hilgendfeldius intelligit, qui mihi nomen Θεοφόρος tribuunt. Salvinius conj. οἱ γὰρ εὖ λέγοντες. Interpres Syrus, ap. Cureton. p. 231, *they who say to me such things*. Cf. infra § 13, οὐκ ἄξιός εἰμι λέγεσθαι, et Euseb. H. E. v 2, ἀλλ' εἴποτέ τις ἡμῶν δι' ἐπιστολῆς ἢ διὰ λόγου μάρτυρας αὐτοὺς προσεῖπεν, ἐπέπλησσον πικρῶς· ἡδέως γὰρ παρεχώρουν τὴν τῆς μαρτυρίας προσηγορίαν τῷ Χριστῷ, τῷ πιστῷ καὶ ἀληθινῷ μάρτυρι κ. τ. λ.

2. τὸ γὰρ ζῆλος] Ita Cod. MS. non ὁ γάρ, ut tacite reponunt Edd. Cf. supra notata ad Clem. R. i § 4. Interpol. exhibet ζῆλος τοῦ ἐχθροῦ, quem hoc adsumento contrarium plane sensum effinxisse summo jure statuunt Voss. et Smith. Sensus est, ut illius verbis utar, 'Desiderium consequendi martyrii tanto sibi majus esse, 'quanto minus id aliis adpareat. 'Sed quod ignoret, an ejus 'merita sint, ut beneficium 'martyrii a Deo promereatur; 'ideo moderatione opus esse, 'et fraenandam esse nimiam 'illam concupiscentiam.'

3. ἐμὲ δὲ] πλέον non agnoscit Interpol. neque Int. Syrus. et Armenius. Omittunt Cureton. et Bunsenius.

6. Μὴ οὐ] Syrus et Armenius praetermittunt has voces, et mox νηπίοις οὖσιν.

ib. Μὴ οὐ δύναμαι τὰ] Cotel. Smith. et Hefelius ex Int. Vet. cui adstipulantur Syrus et Armenius, restitutum volunt, Δύναμαι ὑμῖν τὰ κ. τ. λ. cujus correctionis nil opus esse membrum sequens ostendit, uti monet Dresselius. Ap. Interpol.

Digitized by Google

Dicentes [n] enim mihi, flagellant me. Diligo quidem enim pati: sed non novi si dignus sum. Zelus enim multis quidem non apparet, me autem plus oppugnat. Indigeo igitur mansuetudine; in qua dissolvitur princeps saeculi hujus [o].

[n] *adulatorie* in marg. C.C.

[o] *princeps hujus seculi* C.C.

V. Nonne possum vobis supercoelestia scribere? Sed timeo ne parvulis existentibus vobis damnum apponam. Et condonate mihi: ne forte, non potentes capere, strangulemini. Etenim ego, non secundum quodcunque ligatus sum, sed potens

1 Cor. iii 1.

legimus, Μὴ γὰρ οὐκ ἐβουλόμην ὑμῖν μυστικώτερα γράψαι;

8. καὶ συγγνωμονεῖτέ μοι,] Haec sunt in parenthesi includenda. SMITH. Versionem Syriacam ita exprimit Curetonus: *Know me from myself. For I am cautious lest ye should not be able to receive it, and should be perplexed.* p. 231. Conf. not. p. 305.

9. στράγγαλον θῆτε.] Ita MSS. στραγγαλωθῆτε Edd. Interpol. et Curetonus. Imitatur B. Paulum, 1 Cor. iii 1, 2. Pearsonus confert Orig. in Matt. 204 A. ed. Huet. tom. iii p. 440 ed. Ben. Οὐδὲν ἐν τοῖς θείοις λόγοις ἔστι σκολιὸν ἢ στραγγαλιῶδες, Cf. Prov. viii 8; et auctorem imperf. operis in Matt. Hom. xlix, 'Ecclesiae filius modice 'justitia est nutriendus, quasi 'tenero lacte, secundum an- 'gustias faucium fidei suae.' 713 B. et Hom. xxxviii 667 A, 'Sicut enim infanti si dederis 'fragmentum panis, quoniam 'angustas habet fauces, effoca- 'tur magis quam nutritur; sic 'homini imperfecto in fide, et 'puero in sensibus, si altiora 'mysteria sapientiae volueris 'dicere, angustam habens fidem 'et sensum, magis scandalizatur 'quam aedificatur.' Necnon in Vindic. ii p. 141 adducit Tertullian. Epist. 64. Legas Hieronym. 84, ed. Vallars. tom. i p. 521. 'Ex quo volunt intelligi, 'nos qui necdum initiati sumus, 'debere audire mendacium, ne 'parvuli atque lactentes solidi- 'oris cibi edulio suffocemur.'

ib. Καὶ γὰρ ἐγώ,] *Non facultatem hanc supercoelestia intelligendi mihimet arrogo, eo quod vinctus sim.* SMITH. Haec usque ad cap. finem exhibet Curetonus, Ep. ad Rom. adjuncta p. 231, atque inter Excerpta, p. 233.

ib. καθότι] Sic Edd. cum Cod. Laur. Dresselius καθ' ὅ, τι scripturam Cod. Casanatensis accepit.

10. καὶ δυνάμενος] Leg. καὶ δυνάμενος γράψαι, ut paullo ante. Apud Int. Vet. *scribere* pro *scire*, et pro *sed* forsitan *et*: nisi pro δυνάμενος leg. δύναμαι νοεῖν. MARKLAND. Καὶ δυνάμενος νοεῖν, *intelligere*, ex Int. Vet. reponunt Usser. Vossius, Coteler. Smith. Hefel. Dresselius: cui sane supplemento favent Syrus et Armen. Pearsonus, cui adstipulatur Toupius,

Digitized by Google

haec discipulus Christi est.

σίας τὰς ἀγγελικὰς, καὶ τὰς συστάσεις τὰς ἀρχοντικὰς, ὁρατά τε καὶ ἀόρατα, παρὰ τοῦτο, ἤδη καὶ μαθητής εἰμι· πολλὰ γὰρ ἡμῖν λείπει, ἵνα Θεοῦ μὴ λειπώμεθα.

Ab haereticis sibi caveant, monet, salutarem doctrinam Christi venéno inficientibus.

ς'. Παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς, οὐκ ἐγὼ, ἀλλ' ἡ ἀγάπη Ἰησοῦ Χριστοῦ, μόνῃ τῇ Χριστιανῇ τροφῇ χρῆσθαι, ἀλλοτρίας δὲ βοτάνης ἀπέχεσθαι, ἥτις ἐστὶν αἵρεσις. Οἱ † καιροὶ † παρεμπλέκουσιν Ἰησοῦν Χριστὸν κατ'

mallet δύναμαι νοεῖν, quam quidem lectionem praebet Interpol. non δυνάμενος, uti Vossio visum est. Pearsoni conjecturam admiserunt Cureton. et Bunsenius.

ib. τὰς τοποθεσίας] Dallaeus significari putat, *loca in quibus vel singuli Angeli vel Angelorum ordines a Deo in hoc universo positi sunt.* Sed de hac interpretatione dubitari non immerito potest. Τόπος in hoc ipso Scriptore pro officio et dignitate sumitur, ut ad Smyrn. τόπος μηδένα φυσιούτω, [§ 6,] ad Polyc. ἐκδίκει σου τὸν τόπον. [§ 1.] Quem locum sine dubio Origenes in animo habuit, quum in Comment. ad Matth. scripsit, Ἐπεὶ δὲ οἱ τὸν τόπον τῆς Ἐπισκοπῆς ἐκδικοῦντες χρῶνται τῷ ῥητῷ. [xii § 14, iii p. 531 ed. Ben.] Et τοποθεσία, eo sensu sumpta, ad Angelorum ordines rectius fortasse applicari potest; varia autem eorum officia dignitatesque vetustissimi Christiani agnoscebant. Chrysostomus asserit S. Ignatium arcana quaedam ab Apostolis accepisse: συνεγένετο τοῖς Ἀποστόλοις γνησίως, καὶ τῶν πνευματικῶν ναμάτων ἀπήλαυσεν· ὁποῖον οὖν εἶναι εἰκὸς τὸν συντραφέντα ἐκείνοις, καὶ πανταχοῦ συγγενόμενον, καὶ ῥητῶν καὶ ἀπορρήτων αὐτοῖς κοινωνήσαντα; [Hom. in S. Ignat. tom. ii p. 593 ed. Ben.] Praeterea in Excerptis Clementis ἐκ τῆς Ἀνατολικῆς Διδασκαλίας, (vid. Gale ad Iamblichum, p. 206,) quae sane S. Ignatio incognita esse non potuit, nonnulla de Angelorum variis officiis et dignitatibus referuntur. PEARSON. Vindic. ii p. 140. *the places of Angels,* Cureton. pp. 231, 233, 248.

1. συστάσεις] Vide sis infra, Ep. ad Rom. § 5. *The station of the powers.* Cureton. pp. 231, 233. *The stations of principalities.* p. 248. Sic Armenius quoque, Peterman. p. 105. Nonne potius, *the conflicts?* Cf. infra Ep. ad Rom. § 5, et πόλεμος ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων, Ep. ad Eph. § 13.

2. παρὰ τοῦτο,] *ideo, ea propter:* respondet τῷ διότι. PEARSON. Toupius probat Cotelerii *propter hoc;* quibuscum stat Ruchatus. Smithus sequitur Int. Vet. *licet haec sciam,* vel *his exceptis praetermissisque.* Tu autem conf. Ep. ad Rom. § 5. Aliter distribuit Hefelius: ἀόρατα. Παρὰ τοῦτο . . . et, cum Smitho vertit, *Etiam his praetermissis adhuc discipulus sum.*

Digitized by Google

scire coelestia, et loci positiones Angelicas, et constitutiones, principationes *, visibiliaque et invisibilia: praeter hoc, jam et [p] discipulus sum. Multa enim vobis † deficiunt, ut Deo non deficiamus. Col. i 16.

* f. principales.

p *et jam* C. C.

† f. nobis.

VI. Deprecor igitur vos (non ego, sed charitas Jesu Christi) solo Christiano alimento [q] utamini; ab aliena autem herba recedite, quae est haeresis, quae et inquinatis implicat Jesum Christum:

q *solo alimento Christiano* C. C.

ib. ἤδη] MSS. εἰ δή, eodem errore cujus exempla complura dedi in Ep. ad Polyc. § 6. Voces ἤδη καί non agnoscuntur a Syro.

3. μαθητής εἰμι·] οἷος Παῦλος καὶ Πέτρος, subnectit Interpolator, qui totam hanc sectionem mire amplificat. Aliter prorsus in Fragm. Syr. ap. Cureton. p. 347, *On this account be ye disciples to me.*

ib. ἡμῖν λείπει,] Ita recte se habent Codd. MSS. uti in notis reponit Vossius, postquam ex festinatione inter exscribendum dederat ὑμῖν in contextu. Hanc lectionem exprimit versio Severi in Hom. 84, ap. Cureton. p. 248. Cf. Fragm. p. 233. Ad calcem Ep. ad Rom. magis ad Interpol. scripturam exhibet Syrus, *for I am far short of the perfection which is worthy of God.* p. 231. Cf. Curetoni not. p. 306.

5. Παρακαλῶ κ. τ. λ.] Hoc caput excerpsit Jo. Damascenus, apud quem legas, ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. ii 772 ed. Le Quien.

6. χρῆσθαι, . . ἀπέχεσθαι,] Vet. Int. in Codice suo χρήσασθε et ἀπέχεσθε reperisse censeo. VOSSIUS. ap. Damasc. Χριστιανικῇ.

7. ἀλλοτρίας δὲ βοτάνης] Cf. Ep. ad Philad. § 3, et ad Eph. § 10. Fragm. Syr. p. 233, *that ye use only the food of gratitude, and withdraw from the strange root which is of heresies, of those who mix themselves up in Jesus Christ so that they may be trusted.* Armenius, *et ab alienis fructibus recedamus qui sunt haeretici.*

8. Οἱ †καιροὶ† παρεμπλέκουσιν] In omnia abeunt Viri docti dum locum hunc vexatissimum restituere conantur. Interpol. habet, εἰσὶ γάρ τινες . . . καπηλεύοντες τὸν λόγον τοῦ εὐαγγελίου, καὶ τὸν ἰὸν προσπλέκοντες τῆς πλάνης τῇ γλυκείᾳ προσηγορίᾳ. Unde Vossius, quem in versione sequuntur Ruchat. et Wocherus, in contextu Hefel. Dresselius. Petermannus, fidenter reposuit, Οἱ καὶ ἰοῖς παρεμπλέκουσιν, *isti etiam venenis suis Jesum Christum miscent;* quam quidem lectionem Coteler. minime improbat; ex Int. Vet. autem et ex scripturae vestigiis resarcit, οἱ καὶ ῥυπαροῖς, quam emendationem Meibomius quoque profert. Smithus quidem Vossianam correctionem verisimiliorem ducit; ne tamen symbolum suum non conferret, hariolatur οἱ καὶ ῥυπαροί, vel οἱ μαροί. Pearsonus autumat οἱ καιροί male scriptum

Digitized by Google

ἀξίαν πιστευόμενοι· ὥσπερ θανάσιμον φάρμακον διδόντες μετὰ οἰνομέλιτος, ὅπερ ὁ ἀγνοῶν ἡδέως λαμβάνει ἐν ἡδονῇ, κἀκεῖ τὸ ἀποθανεῖν.

Hoc fit, si, humilitate ornati, unitati et ordini studeant.

Ζ'. Φυλάττεσθε οὖν τοῖς τοιούτοις. Τοῦτο δὲ ἔσται ὑμῖν μὴ φυσιουμένοις, καὶ οὖσιν ἀχωρίστοις Θεοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τοῦ ἐπισκόπου, καὶ τῶν διαταγμάτων τῶν ἀποστόλων. Ὁ ἐντὸς θυσιαστηρίου ὢν, καθαρός ἐστιν· τοῦτ' ἔστιν, ὁ χωρὶς ἐπισκόπου καὶ πρεσβυτερίου καὶ διακόνου πράσσων τι, οὗτος οὐ καθαρός ἐστιν τῇ συνειδήσει.

Praemunit illos contra insidias Diaboli, mansuetudinem

Η'. Οὐκ ἐπεὶ ἔγνων τοιοῦτόν τι ἐν ὑμῖν, ἀλλὰ προφυλάσσω ὑμᾶς ὄντας μου ἀγαπητοὺς, προορῶν τὰς ἐνέδρας τοῦ διαβόλου. Ὑμεῖς οὖν τὴν πραϋπά-

esse a librario pro οἱ καὶ αἱρ̄οι, i. e. abbreviate *αἱρετικοί*. Ego quidem exemplum talis abbreviaturae in Cod. nostro desidero. Junius reponit *οἱ πρόσκαιροι*. Ap. Damascenum, *ἥτις ἐστὶν αἵρεσις· καὶ παρεμπλέκουσιν Ἰησοῦν Χριστόν*. Le Quienius suspicatur librarium *τὸν ἰόν* accepisse pro *ω χν'*. Armenius, *jam commiscent personas suas cum Jesu Christo*. Petermanno legisse videtur aut *οἱ καὶ ἑαυτοὺς παρεμπλέκουσιν Ἰ. Χριστῷ*, aut *ἑαυτοῖς παρεμπλ. Ἰ. Χριστόν*.

ib. *κατ' ἀξίαν πιστευόμενοι·*] Nec Interpol. neque Int. Vet. has voces agnoscunt. Vossio idem esse videntur quod *ἀξιόπιστοι*, Ep. ad Philad. § 2. Cotel. interpretatur, *ratione dignitatis quam obtinent, fidem adepti*. Wocher. *und finden billig Glauben*. Hefel. in ed. sec. et Dressel. restituunt ex Jo. Damasceno *καταξιοπιστευόμενοι, loquentes quae fide sunt indigna*. Cf. Polyb. XII xvii 1. Si voces sint omnino retinendae, Bunsenius mallet *οὐ κατ' ἀξίαν*.

3. *κἀκεῖ*] Hanc MSS. lectionem retinui cum Vossio et Smitho. Toupius reponit *κἀκεῖθε, atque exinde moritur*. Usser. Hefel. Dressel. Bunsen. ex Int. Vet. et Damasceno, in contextu habent *κακῇ*, quod malunt Coteler. et Arndtius. Cf. Ep. ad Philad. § 2. Petermannus quoque exhibet *κακῇ*, et suspicatur Armenium legisse *ἵνα ὁ ἀγνοῶν ἐν ἡδονῇ λαμβάνῃ τὸ ἀποθανεῖν*. Interpol. *ὥσπερ οἰνομέλιτι κώνειον κεραννύντες, ἵνα ὁ πίνων, τῇ γλυκυτάτῃ κλαπεὶς ποιότητι, τὴν γευστικὴν αἴσθησιν ἀφυλάκτως τῷ θανάτῳ περιπαρῇ*.

4. *τοῖς τοιούτοις*.] Ita MSS., uti et Vossius, Usser. Coteler. Smithus; non *τοὺς τοιούτους*, uti Aldrich. Russel. Hefel. et Dresselius. Nunquam quod sciam *φυλάττεσθαι* cum dativo construitur; ita tamen scripsisse

Digitized by Google

quemadmodum mortiferum pharmacum dantes cum vino mellito; quod qui ignorat, delectabiliter accipit, et in delectatione mala mori.

VII. Observemini igitur a talibus. Hoc autem erit a vobis non inflatis, et existentibus inseparabilibus a Deo Jesu Christo, et Episcopo, et ordinibus Apostolorum. Qui intra altare est, mundus est: qui vero extra altare est, non mundus est: hoc est, qui sine Episcopo et Presbytero et Diacono operatur aliquid, iste non mundus est in conscientia. *Leg. Presbyterio.*

VIII. Non quia cognovi tale quid in vobis: sed praeservo vos, existentes meos dilectos, praevidens insidias Diaboli. Vos igitur[r], mansuetam [r] *Diaboli in vos. Igitur* C. C.

Ignatium suspicantur nonnulli ex Int. Vet. Mihi verisimilius videtur librarium peccasse quod *φυσιουμένοις, ἀχωρίστοις*, ante oculos habuerit. Interpol. exhibet, *ἀσφαλίζεσθε τοὺς τοιούτους.*

6. *Θεοῦ*] Armenius omisit hanc vocem, quae additamentum serius esse videtur.

8. *καθαρός ἐστιν·*] Addendum volunt Voss. et Coteler. ex Int. Vet. *ὁ δὲ ἐκτὸς ὤν, οὐ καθαρός ἐστιν·* quae verba in uncinis reponunt Usser. Hefel. et Dresselius, sine uncinis Smithus. Petermanno Armenius legisse videtur *ὁ ἐντὸς θυσιαστηρίου ὢν καθαρός ἐστιν, ὁ δὲ χωρὶς ἐπισκόπου καὶ πρεσβυτερίου πράσσων τι κ. τ. λ.* Lipsius fidenter refingit, *ὁ ἐντὸς θυσιαστηρίου ὢν καθαρός ἐστιν, ὁ δὲ ἐκτὸς ὢν θυσιαστηρίου, τοῦτ' ἔστιν, ὁ χωρὶς ἐπισκόπου πράσσων τι, οὗτος οὐ κ. τ. λ.* Interpol. *ὁ δὲ ἐκτὸς ὤν, οὗτός ἐστιν ὁ χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου καὶ τῶν πρεσβυτέρων καὶ τῶν διακόνων τι πράσσων, ὁ τοιοῦτος μεμίανται τῇ συνειδήσει.* Hiulca certe videtur lectio MSS.; talia autem alibi offendimus apud Ignatium; neque mirabitur qui ab homine captivo festinanter effusas has fuisse Epistolas consideraverit.

9. *διακόνου*] Ita cum Cod. Int. Vetus. Restituendum tamen, cum Hefel. in ed. quarta, videtur *διακόνων*, uti monent Voss. Cotel. Salvin. et Hornemannus. Interpol. exhibet, *ὁ χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου καὶ τῶν πρεσβυτέρων καὶ τῶν διακόνων τι πράσσων.*

12. *προορῶν*] MSS. *πρὸ ὁρῶν.*

13. *τὴν πραῢπάθειαν*] Pro hac Codd. lectione Smithus *πραεῖαν εὐπάθειαν* exhibet, e Vossio, qui tamen in notis suis vitium istud ex typographia promanavisse monet. Articulum in Cod. Laur. a prima manu suprascriptum non agnoscit Hornemannus. Pro *mansuetam* apud Int. Vet. Marklandus vel *con-*

Digitized by Google

fidem, charitatemque inculcans.

θειαν ἀναλαβόντες, ἀνακτίσασθε ἑαυτοὺς ἐν πίστει, †ὅς† ἐστιν σὰρξ τοῦ Κυρίου, καὶ ἐν ἀγάπῃ, ὅ ἐστιν αἷμα Ἰησοῦ Χριστοῦ· μηδεὶς ὑμῶν κατὰ τοῦ πλησίον ἐχέτω· μὴ ἀφορμὰς δίδοτε τοῖς ἔθνεσιν, ἵνα μὴ δι' ὀλίγους ἄφρονας τὸ ἐν Θεῷ πλῆθος βλασφημῆται· "Οὐαὶ γὰρ δι' οὗ ἐπὶ ματαιότητι τὸ ὄνομά μου ἐπί "τινων βλασφημεῖται."

Qua de causa historiam Christi κατ' ἐπιτομὴν tradit,

Θ'. Κωφώθητε οὖν, ὅτ' ἂν ὑμῖν χωρὶς Ἰησοῦ Χριστοῦ λαλῇ τις, τοῦ ἐκ γένους Δαβὶδ, τοῦ ἐκ Μαρίας, ὃς ἀληθῶς ἐγεννήθη, ἔφαγέν τε καὶ ἔπιεν, ἀληθῶς ἐδιώχθη ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, ἀληθῶς ἐσταυρώθη καὶ ἀπέθανεν, βλεπόντων τῶν ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ ὑποχθονίων· ὃς καὶ ἀληθῶς ἠγέρθη ἀπὸ νεκρῶν, ἐγείραντος αὐτὸν τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ, κατὰ τὸ ὁμοίωμα, ὃς καὶ ἡμᾶς τοὺς πιστεύοντας αὐτῷ οὕτως

suetam vel *assuetam* reponit. Hesych. Πραϋπάθειαν· πραΰτητα. Legitur πραϋπάθεια apud Philonem, de Abrahamo, tom. ii 31 ed. Mangey. πραϋπαθεῖν apud eundem, de Profugis, i 547.

1. ἀναλαβόντες,] Clem. R. i § 3, ζῆλον...ἀνειληφότας. Cf. § 45.

ib. ἀνακτίσασθε] Ita cum Codd. MSS. Vossius, Smith. Hornemann. Dressel. Petermannus. ἀνακτήσασθε Junius, Cotel. Russelius. ἀναστήσασθε Aldrich.

2. †ὅς† ἐστιν] ὅ ἐστιν Vossius, Cotel. Smith. Russel. Hornem. Hefel. Dressel. Bunsen. Petermannus. Ad oram libri Aldrich. Salvinius conj. ἥ ἐστιν. Armenius, *Recreate vosmetipsos fide et spe et coena:* ac si legisset ἐν πίστει καὶ ἐν ἐλπίδι καὶ ἐν ἀγάπῃ αἵματος Χριστοῦ. Peterman. p. 112. *Refresh yourselves in faith which is in the hope and the enjoyment of the blood of Jesus Christ.* Fragm. Syr. ap. Cureton. p. 234.

3. τοῦ πλησίον] Ita Cod. Laur. atque Interpol. Edd. omnes, praeter Hefelium, πλησίου, quod in Cod. Casan. legitur. Utroque modo dicitur. Conf. Lobeck. ad Soph. Aj. 1157. Usser. et Cotel. reponunt μηδεὶς ὑμῶν τι κατὰ ... Hefelius, e Parall. Damasc. Rupefucald. πλησίον τι ἐχέτω.

4. ἀφορμὰς δίδοτε] Phrasis Paulina. II Cor. v 12, I Tim. v 14.

5. ὀλίγους] Armenius, *ne forte per eos qui facile labuntur.* Legitne ὀλισθηρούς? Verba ultima Οὐαὶ γὰρ κ. τ. λ. omisit. PETERMAN. Cf. τινες, Ep. ad Magn. § 4, ad Smyrn. § 5.

Digitized by Google

patientiam resumentes, recreate vosmetipsos in fide, quod est caro Domini, et in charitate, quod est sanguis Jesu Christi. Nullus vestrum adversus proximum aliquid habeat. Non occasiones detis gentibus; ut non propter paucos insipientes ea quae in Deo multitudo blasphemetur. *Vae enim, per quem in vanitate nomen meum in aliquibus blasphematur.* Esai. lii 5. Ezech. xxxvi 23.

IX. Obsurdescite igitur, quando[a] vobis sine Jesu Christo loquitur quis: qui ex genere David, qui ex Maria; qui vere natus est, comedit et bibit; vere persecutionem passus est sub Pontio Pilato, vere crucifixus et[b] mortuus est, aspicientibus coelestibus et terrestribus et infernalibus; qui et vere resurrexit a mortuis, resuscitante ipsum Patre ipsius; qui et secundum similitudinem nos credentes ipsi sic resuscitabit Pater

[a] *quum* C.C.

[b] *crucifixus est et* C.C.

ib. τὸ ἐν Θεῷ πλῆθος] *Populus Christianus in coetibus sacris congregatus.* Hoc misere pervertit Interpolator, et de doctrina Christianorum interpretatur. SMITH. Pro βλασφημῆται Codd. MSS. habent βλασφημεῖται, vel ex praesenti indicativo proxime sequenti, vel ex oscitantia illa cujus exempla videsis in not. in Ep. ad Polyc. § 6.

6. ἐπί τινων] Interpolator ἐν τοῖς ἐθνέσιν.

8. Κωφώθητε οὖν,] Locus hic, usque ad...καὶ ὑποχθονίων, ab Interpolatoris assumentis liber, a Theodoreto producitur in Dialog. i quem Ἄτρεπτον inscripsit. USSER. Usque ad μέλη αὐτοῦ, § 11, in Fragm. Syr. ap Cureton. p. 234. Cf. Ep. ad Eph. § 9, βύσαντες τὰ ὦτα κ. τ. λ.

9. λαλῇ] *religionem tradit.* Cf. Ep. ad Eph. § 14.

ib. τοῦ ἐκ Μαρίας, κ. τ. λ.] Articulorum Fidei recensionem haud absimilem habemus in Ep. ad Smyrn. § 1.

10. ἀληθῶς] Haec vox quater posita Docetarum errores respicit. Cf. Ep. ad Eph. § 18.

12. καὶ ἐπιγείων,] *καί* omittunt Libb. impr. Pro ὑποχθονίων Theodoret. καταχθονίων. Sic etiam Interpolator, qui pessime de iis qui cum Christo resurrexere παραφράζει.

14. κατὰ τὸ ὁμοίωμα, ὃς καὶ] Ita Codd. Interpol. legebat, uti videtur, ὃς καὶ κατὰ τὸ ὁμοίωμα. Transpositionem verborum summo jure suspicatur Smithus, ὡς καὶ κατὰ τὸ ὁμοίωμα, quem sequuntur Galland. Hefel. Dresselius. Aliter Petermannus, ὃς καὶ κατὰ τὸ ὁμοίωμα ἡμᾶς.

Digitized by Google

ἐγερεῖ ὁ Πατὴρ αὐτοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, οὗ χωρὶς τὸ ἀληθινὸν ζῆν οὐκ ἔχομεν.

contra Docetas, quos non dubitat atheos et infideles appellare.

Ι'. Εἰ δὲ, ὥσπερ τινὲς ἄθεοι ὄντες, τουτέστιν ἄπιστοι, λέγουσιν τὸ δοκεῖν πεπονθέναι αὐτὸν, αὐτοὶ ὄντες τὸ δοκεῖν, ἐγὼ τί δέδεμαι; τί δὲ εὔχομαι θηριομαχῆσαι; δωρεὰν οὖν ἀποθνήσκω· ἄρα οὐ καταψεύδομαι τοῦ Κυρίου;

Hi fugiendi, ceu plantae lethiferae.

ΙΑ'. Φεύγετε οὖν τὰς κακὰς παραφυάδας, τὰς γεννώσας καρπὸν θανατηφόρον, οὗ ἐὰν γεύσηταί τις, παρ' αὐτὰ ἀποθνήσκει. Οὗτοι γὰρ οὐκ εἰσὶν φυτεία

1. ὁ Πατὴρ αὐτοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ] Hae voces videntur abundare. MARKLAND. Ab Armenio non agnoscuntur.

3. Εἰ δὲ, ὥσπερ] Haec ad vocem ἀποθνήσκει § 11, legas ap. Cureton. inter Excerpta e Severo, p. 246.

4. τὸ δοκεῖν] Solem negaret meridie lucere, qui Docetas seu Phantasiastas Haereticos temporibus Apostolorum inficiaretur erupisse. Quum Irenaeus, Tertullianus, Epiphanius, Hieronymus, Philastrius, Augustinus, Theodoretus, aliique, δοκήσεως et φαντασίας errorem Simoni Mago attribuant. Quumque Johannes Apostolus in Epistola prima [iv 3.] 'eos Anti-'christos vocet, qui Christum 'negarent in carne venisse;' Tertullian. de Praescr. § 33. Insigniter a B. Hieronymo adv. Luciferianos cap. 23, scribitur; 'Apostolis adhuc apud Judae-'am, Christi sanguine recenti, 'phantasma Domini corpus as-'serebatur.' [tom. ii p. 197 ed. Vallars.] COTEL. Cf. Ep. ad Smyrn. § 4, et Origen. c. Celsum, ii 16, p. 402 tom. i ed. Ben. Ignatius vestigiis Johannis Apostoli instat, qui contra Docetas egerat, necnon contra eos qui simul cum Evangelio cultum Judaicum retinebant. Cf. Lueckium, *Commentar über die Briefe des Evangelisten Johannes.* p. 69 sq. ed. secundae. Phrasin τὸ δόκειν quod spectat, cf. Ep. ad Smyrn. §§ 2, 4. Plato in Gorgia, § 174, παντὸς μᾶλλον ἀνδρὶ μελετητέον οὐ τὸ δοκεῖν εἶναι ἀγαθὸν ἀλλὰ τὸ εἶναι. Mire Syrus, *in supposition*, Cureton. p. 246.

ib. αὐτοὶ ὄντες] Similes paronomasias habes, Ep. ad Rom. § 8, Θελήσατε, ἵνα καὶ ὑμεῖς θεληθῆτε, ad Smyrn. § 5, Ὅσον τινες ἀγνοοῦντες ἀρνοῦνται, μᾶλλον δὲ ἠρνήθησαν ὑπ' αὐτοῦ· ad Polyc. Inscr. ἐπισκόπῳ . . . μᾶλλον ἐπεσκοπημένῳ ὑπὸ Θεοῦ.

6. ἄρα οὐ καταψεύδομαι τοῦ Κυρίου;] Vossius levi mutatione emendat [ἀρὰ οὖν]. Sed lectio Cod. Med. [et Casan.] quam Vet. Int. sequitur, retinenda videtur: et merito quidem, si verba interrogative accipiantur. SMITH. Sensus: *nonne ego falsa de Domino loquor, si illi,*

Digitized by Google

ipsius, in Christo Jesu, sine quo verum vivere non habemus. Joh. iii 36, xiv 6.

X. Si autem, quemadmodum quidam sine Deo existentes (hoc est, infideles) dicunt, secundum videri passum esse ipsum; ipsi existentes secundum videri; ego quid vinctus sum? quid autem et [u] oro cum bestiis pugnare? Gratis [x] igitur morior: ergo non reprehendor mendacii a Domino. 1 Cor. xv 32.

XI. Fugite ergo malas propagines, generantes fructum mortiferum; quem si gustet quis, statim moritur. Isti enim non sunt plantatio Patris. S. Matt. xv 13.

[u] *et* deest C. C.

[x] *sine causa Gratis* C. C.

veram Christi mortem negantes, vera loquuntur? Mors mea ipsa falsae doctrinae est praedicatio. Si vero post ἄρα colon ponas, vertendum erit: *profecto, non falsa loquor de Domino.* HEFEL. Interpol. δωρεὰν οὖν ἀποθνήσκω· ἄρα καταψεύδομαι τοῦ σταυροῦ τοῦ Κυρίου. Aldrich. quem sequitur Hornemannus, punctum interrogationis ad ἀποθνήσκω positum mavult: *certe de Domino mendacium non fingo.* Ruchatus vertit, *C'est donc inutilement que je meurs. Je mens donc en faveur du Seigneur.* Wocher. quem in ed. sec. Hefel. secutus est, *Also sterbe ich vergeblich? Also rede ich sogar vom Herrn lügenhaft?* Chevallier. cum Wakio, *Then shall I die in vain. Verily I lie not against the Lord.* In Excerpt. e Severo ap. Cureton. p. 246, *In vain then do I die. I belie therefore the Lord.* Fragment. p. 235, *Why do I speak falsehood respecting our Lord?* Armenius quoque particulam negativam non agnoscit.

8. παραφυάδας,] Armenius, *Fugite, fratres, a talibus germinibus malorum.* Cf. Epiphanius, xxx 18, τὰς δὲ ῥίζας τῶν ἀκανθωδῶν παραφυάδων.

9. θανατηφόρον,] Satis purus scriptor Artemidorus Daldianus, Ignatio nostro suppar, iv 59, ἡ μὲν ἐλαία θανατηφόρος οὖσα τετήρηται. *Oleam* (in somnio visam) *mortiferam esse observatum est.* S. Jacob. iii 8, μεστὴ ἰοῦ θανατηφόρου. PEARSON. τῆς θανατηφόρου διδασκαλίας, Ep. Synod. Antioch. ap. Routh. Rel. Sacr. iii 304. Hermas, Past. II xii 2, '*Mortifera* est enim haec 'cupiditas mala.' III ix 26, 'Sicut enim *mortiferum* est ho-'minibus serpentum venenum.'

ib. γεύσηται] Russel. et Hornemannus cum Vossio γεύσεται. Cod. Laur. exhibet γεύσητε, ac. correctionem certissime a prima manu factam, de qua Salvinius tacet. Quoad sententiam, conf. Ep. ad Philad. § 3.

10. παρ' αὐτὰ] Salvinius reponit παραυτίκα, quod ap. Interpol. legitur. Sed nihil mutandum. Hesych. πάραυτα· παραχρῆμα, εὐ-

Digitized by Google

Πατρός· εἰ γὰρ ἦσαν, ἐφαίνοντο ἂν κλάδοι τοῦ σταυροῦ, καὶ ἦν ἂν ὁ καρπὸς αὐτῶν ἄφθαρτος, δι' οὗ ἐν τῷ πάθει αὐτοῦ προσκαλεῖται ὑμᾶς, ὄντας μέλη αὐτοῦ. Οὐ δύναται οὖν κεφαλὴ χωρὶς γεννηθῆναι ἄνευ μελῶν, τοῦ Θεοῦ ἕνωσιν ἐπαγγελλομένου, ὅς ἐστιν αὐτός.

Repetit monitum de charitate et concordia, et preces eorum expostulat.

ΙΒ'. Ἀσπάζομαι ὑμᾶς ἀπὸ Σμύρνης, ἅμα ταῖς συμπαρούσαις μοι ἐκκλησίαις τοῦ Θεοῦ, οἳ κατὰ πάντα με ἀνέπαυσαν σαρκί τε καὶ πνεύματι. Παρακαλεῖ ὑμᾶς τὰ δεσμά μου, ἃ ἕνεκεν Ἰησοῦ Χριστοῦ περιφέρω, αἰτούμενος Θεοῦ ἐπιτυχεῖν. Διαμένετε ἐν τῇ ὁμονοίᾳ ὑμῶν, καὶ τῇ μετ' ἀλλήλων προσευχῇ. Πρέπει γὰρ ὑμῖν τοῖς καθ' ἕνα, ἐξαιρέτως καὶ τοῖς πρεσβυτέροις, ἀναψύχειν τὸν ἐπίσκοπον εἰς τιμὴν Πατρὸς, Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τῶν ἀποστόλων. Εὔχομαι ὑμᾶς ἐν ἀγάπῃ ἀκοῦσαί μου, ἵνα μὴ εἰς μαρτύ-

θέως, παραντίκα. Suid. ἐξ ὑπογυίου. Cf. Polyb. XXXVIII iii 11. Scriptura per duas voces melior est. Vid. Dorvillium ad Charit. p. 388. Consortes particulae temporis sunt κατ' αὐτό, ἐξ αὐτῆς. Lobeck ad Phrynich. p. 47. Klausen. ad Aesch. Agam. 683 distinguit παρ' αὐτά, similiter, et παραυτά, statim. Int. Syrus. immediately.

ib. φυτεία] Respicit ad Matt. XV 13, et sapida (si quid ego sentio) metaphora utitur. Nonne enim optime quadrant plantatio, rami, arbor crucis, et fructus? COTEL. Hammondus c. Blondellum, p. 36, Gnosticos intelligit.

1. τοῦ σταυροῦ,] Male Interpol. τοῦ Πάτρος. Metaphora hac de arbore crucis plusquam semel usus est S. Ignatius. SMITH. Cureton. p. 235, *and their fruit would have continued incorruptible in the passion of the cross of your Lord, whose members ye are.*

3. προσκαλεῖται] Interpol. ὑμᾶς παρακαλεῖ Χριστὸς εἰς τὴν αὐτοῦ ἀφθαρσίαν, διὰ τοῦ πάθους αὐτοῦ.

5. τοῦ Θέου ... ὅς ἐστιν αὐτός.] Haec et quae praecesserunt, aut non habuit in suo Cod. Interpol., aut non intellexit. Sed non omisit Vet. Int.; quae suo in libro ita reperiise existimo, ὅ ἐστιν αὐτός. Eaque proculdubio vera est scriptura. VOSSIUS. Fortasse hoc vult B. Martyr, *qui* Deus *est ipse Christus.* SMITH. Voss. et Galland. mallent ὅ, Aldrichius vel ὅ vel

Digitized by Google

Si enim [y] essent, apparerent utique rami Crucis, et esset utique fructus illorum incorruptibilis: per quem, in passione ipsius, advocat vos, existentes membra ipsius. Non potest igitur caput nasci sine membris; Deo unionem repromittente, quod [z] est ipse.

[y] *Si utique* C. C.

[z] *quae* C. C.

XII. Saluto vos a Smyrna, cum compraesentibus mihi Ecclesiis Dei; qui secundum omnia me quiescere fecerunt carne et spiritu. Deprecantur vos vincula mea, quae pro Jesu Christo fero, petens Deo frui. Permanete in concordia vestra, et ea quae cum adinvicem oratione. Decet enim vos singulos, praecipue et Presbyteros, refrigerare Episcopum, in honorem Patris, Jesu Christi, et Apostolorum. Oro vos in charitate

Eph. vi 20. Col. iv 3, 18.

ἦ. Nihil autem mutationis opus esse, in ed. secunda vidit Hefelius, qui tamen in ed. quarta *ὃ* in textum admisit. Non de Divina Natura, sed de Unione Dei ab Ipso non discrepante intelligit Dresselius, qui conjicit *ὡς*.

8. *συμπαρούσαις μοι*] Ita recte Interpol. et Int. Vet. In Cod. utroque *μου*.

ib. *οἱ κατὰ πάντα*] Si quis ad Grammatices canonas restringere ista velit, legendum fuerit, *αἱ κατὰ πάντα*. Sed retinenda est haec lectio, quam etiam Vet. Int. agnoscit. *Ecclesia* enim pro illis, qui *Ecclesiae* erant *membra*. Non adfirmarem haec, nisi toties viderem in Ignatio istam loquendi formulam occurrere. VOSSIUS. Interpol., majoris explicationis causa, ut constructio inde salva fieret, et quidem non inficete, *ὧν οἱ ἡγούμενοι*. SMITH. Gallandius *αἱ*; sed non est mutandum. Ignatius enim hic ad missos ecclesiarum illarum advertit. HEFELIUS.

10. *τὰ δεσμά μου*,] S. Paulus ad Eph. vi 20, ad Col. iv 3, 18, ut adhortationes suae in animis lectorum stimulum relinquerent, suorum meminit vinculorum.

11. *περιφέρω*,] Vid. supra Ep. ad Eph. § 11.

13. *ἐξαιρέτως καὶ*] Legendum videtur *καὶ ἐξαιρέτως*.

14. *ἀναψύχειν*] Vox ab Apostolo Paulo sumpta, 2 Tim. i 16, et a vetustissimis Scriptoribus Christianis saepissime usurpata. PEARSON.

15. *καὶ τῶν ἀποστόλων*.] In Cod. Laur. legimus particulam *καί*, a Salvinio praetermissam, ideoque, ut videtur, a Russelio uncinis inclusam.

16. *εἰς μαρτύριον*] Cf. Ep. ad Philad. § 6, *ἵνα μὴ εἰς μαρτύριον αὐτὸ κτήσωνται*.

Digitized by Google

ριον ὦ ἐν ὑμῖν γράψας. Καὶ περὶ ἐμοῦ δὲ προσεύχεσθε, τῆς ἀφ' ὑμῶν ἀγάπης χρήζοντος ἐν τῷ ἐλέει τοῦ Θεοῦ, εἰς τὸ καταξιωθῆναί με τοῦ κλήρου οὗ περίκειμαι ἐπιτυχεῖν, ἵνα μὴ ἀδόκιμος εὑρεθῶ.

Salutationes et Valedictio.

ΙΓ'. Ἀσπάζεται ὑμᾶς ἡ ἀγάπη Σμυρναίων καὶ Ἐφεσίων. Μνημονεύετε ἐν ταῖς προσευχαῖς ὑμῶν τῆς ἐν Συρίᾳ ἐκκλησίας· ὅθεν καὶ οὐκ ἄξιός εἰμι λέγεσθαι, ὢν ἔσχατος ἐκείνων. Ἔρρωσθε ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ, ὑποτασσόμενοι τῷ ἐπισκόπῳ ὡς τῇ ἐντολῇ, ὁμοίως καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ· καὶ οἱ κατ' ἄνδρα ἀλλήλους ἀγαπᾶτε ἐν ἀμερίστῳ καρδίᾳ. Ἁγνίζετε ὑμῶν

1. ἐν ὑμῖν γράψας.] Pseudo-Ignatius hic reposuit, ὑμῖν γράψας, omissa praepositione. Quod tamen non erat opus. Nam non hoc minus rectum est quam alterum, et idem prorsus valet. Obviae sunt apud optimos etiam auctores id generis locutiones. VOSSIUS. Quoad exemplum illud similis locutionis ab Ep. ad Rom. § 3 ductum, fallitur vir doctus; ibi enim Interpolator, etiam in ed. Vossiana, ἐβασκάνατε οὐδενί, et Cod. Colbert. ἐβασκάνατε οὐδένα. Bunsenius conferri jubet ἐν οἷς ἐλάλησα, in Ep. ad Philad. § 6.

3. οὗ περίκειμαι] Vet. Int. *qua conor:* fortean mendose pro *coronor*, i. e. *circumdor, cingor: quae me*, morte appropinquante, *circumstat.* Alter Int. *cui subjaceo.* Vedelius legit παράκειμαι, *propinquus, vicinus sum;* et interpretatur, *quam propediem consequar.* Non vero mihi displicet prior lectio, quam Cod. Med. et Vulgati prae se ferunt. An ὑπόκειμαι vel πρόκειμαι? SMITH. Cotel. interpretatur, *ad quam assequendam jam destinor:* Hefelius, *quae me*, morte appropinquante, *circumstat;* in ed. quarta vero, *sortem qua circumdatus sum.* Armenius, *portiones ad quas vocatus sum.* Bunsenius conjicit οὗπερ ἔγκειμαι ἐπιτυχεῖν.

5. ἡ ἀγάπη Σμυρναίων] i. e. Smyrnaei. PEARSON. Cf. supra, § 3, et Ep. ad Smyrn. § 12, ἡ ἀγάπη τῶν ἀδελφῶν.

8. λέγεσθαι,] Subintellige ποιμήν sive *Episcopus:* quod ob modestiam reticet. Vide Ep. ad Smyrn. § 11, et ad Eph. § 21. SMITH. Cum Smitho facit Hornemannus: Vedelius vertit, *unde esse non dignus sum qui dicar, cum sim eorum ultimus;* eumque sequuntur Cotel. Ruchat. Wakius, Chevallier. Wocherus. Armenius, *cujus non sum dignus vocari apostolus.*

9. ὡς τῇ ἐντολῇ,] Si Vet. Int. fidendum sit, addendum fuerit τοῦ Θεοῦ. Sed neque id necessarium; neque ita sancte

Digitized by Google

audire me, ut non in testimonium sim in vobis scribens. Sed et pro me orate, ea quae a vobis, charitate indigente in misericordia Dei, ad dignificari me haereditate, qua conor potiri, ut non 1 Cor. ix 27.
reprobus inveniar.

XIII. Salutat vos charitas Smyrnaeorum et Ephesiorum. Mementote in orationibus vestris ejus quae in Syria Ecclesiae; unde non dignus sum dici, existens extremus illorum. Valete in 1 Cor. xv 9.
Jesu Christo; subjecti Episcopo, ut Dei mandato, similiter et Presbyterio. Et singuli adinvicem diligite in impartibili corde. Castificate vestrum meum spiritum, non solum nunc, sed et quando

semper Interpres Graeca reddidit, quin et aliquando verbum unum, aut alterum, quamvis raro, de suo admensus sit. VOSSIUS. Cf. Ep. ad Smyrn. § 11, *κατὰ θέλημα δὲ κατηξιώθην*, ubi alia hujus dictionis exempla notavi.

11. *Ἁγνίζετε ὑμῶν τὸ ἐμὸν πνεῦμα,*] Int. Vet. sensu nullo. Unde apparet vetustissimum hoc in Graecis Codd. mendum. Inde Interpol. sic emendare conatus est: *Ἀσπάζεται ὑμᾶς τὸ ἐμὸν πνεῦμα*, ut in Ep. ad Rom. [§ 9] scribitur, quod ab hoc loco alienum est, ut ex sequentibus patet. Lux autem aliqua nescio quo modo ex vulgato Int. Lat. qui sic reddidit: *Castificet vos spiritus meus:* ut recte videretur levi mutatione hunc locum restituisse Vossius, dum legit *Ἅγνισμα ὑμῶν τὸ ἐμὸν πνεῦμα*. Vid. Ep. ad Eph. § 8. Nam si illic retineatur *ἁγνίζομαι*, hic legendum *ἁγνίζεται*. PEARSON. Arndtius putat Ignatium *ἁγνίζεται*, i. e. *ἁγνισμά ἐστι*, scripsisse; Coteler. et Smith. *ἁγνίζηται*, ad quorum mentem locum interpretantur Hornemannus, *expiet vos vita mea*, vel *pro vestra salute me devoveo;* Wakius et Chevall. *My soul be your expiation;* Wocher. *Durch euch möge meine Seele gesühnet werden.* Holstenius, *Purificate vos meum spiritum.* Longe a textu Graeco abit Armenius, *Desiderio tenetur erga vos spiritus meus.* Hefelius mallet *Ἁγνίζηται ὑφ' ὑμῶν, Lustrari a vobis debet spiritus meus.* Cf. p. 292 l. 3. Dresselius dedit *Ἁγνίζεται* e Cod. Casan. in quo, diphthongo *αι* erasa, manus sec. scripsit *ἁγνίζετε;* et adjunxit [*ὑφ'*] hortante Franzio. Beyerus lectioni Interpolatoris, *Ἀσπάζεται ὑμᾶς κ. τ. λ.* longe majorem veritatis speciem tribuit. Dissert. Hist. Crit. Lips. 1722, p. 54. Ruchatus Cod. Laur. lectionem tuetur, hoc scilicet sensu, *Purifiez votre esprit, qui est aussi le*

Digitized by Google

τὸ ἐμὸν πνεῦμα, οὐ μόνον νῦν, ἀλλὰ καὶ ὅτ' ἂν Θεοῦ ἐπιτύχω. Ἔτι γὰρ ὑπὸ κίνδυνόν εἰμι· ἀλλὰ πιστὸς ὁ Πατὴρ ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ πληρῶσαί μου τὴν αἴτησιν καὶ ὑμῶν, ἐν ᾧ εὑρεθείητε ἄμωμοι.

mien ; et non seulement il l'est à présent, mais aussi quand j'aurai obtenu Dieu. ' S. Ignace veut donc faire entendre aux ' Tralliens, *que leur âme est la* ' *sienne,* c. d. qu'il les aime ten-

Digitized by Google

utique Deo fruar [y]. Adhuc enim sub periculo sum : sed fidelis Pater in Jesu Christo [z] implere petitionem meam et vestram ; in quo inveniamini incoinquinati.

[y] *sed et quum Deo utique fruar.* C. C.
[z] *in Christo Jesu* C. C.

' drement, comme lui-même, et ' qu'il s'intéresse à leur salut ' autant qu'au sien propre, et ' qu'il aura toujours ces sentiments pour eux, et pendant sa vie, et après sa mort.'

Digitized by Google

ΠΡΟΣ ΡΩΜΑΙΟΥΣ.

ΙΓΝΑΤΙΟΣ, *ὁ καὶ Θεοφόρος, τῇ ἠλεημένῃ ἐν μεγαλειότητι Πατρὸς ὑψίστου, καὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ μόνου Υἱοῦ αὐτοῦ, ἐκκλησίᾳ ἠγαπημένῃ καὶ πεφωτισμένῃ ἐν θελήματι τοῦ θελήσαντος τὰ πάντα ἅ* 5 *ἐστιν κατὰ ἀγάπην Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ἥτις καὶ προκάθηται ἐν τόπῳ χωρίου Ῥωμαίων,*

1. ΠΡΟΣ ΡΩΜΑΙΟΥΣ.] Cod. Caiensis, 'EPISTOLA IGNATII 'TERTIADECIMA, AD ROMANOS. 'Quanto desiderio captat mori 'pro Christo, et quod non im- 'pediant passionem ejus.' Haec ad Romanos, sola ex S. Ignatii Epistolis genuinis in Codd. Laur. et Casan. non legitur. Exstat autem in Cod. MSto 1451, olim 460, Bibliothecae Colbertinae, e quo Ruinartus, mortuo jam Pearsono, eam evulgavit anno 1689, in Appendice ad Acta Primorum Martyrum Genuina atque Sincera. Legebatur antea in Versione veteri Latina, cui ab Usserio jam olim publici juris factae, apprime consonus est textus Graecus. Quod in Codd. desideraretur, forsitan in causa fuit argumentum Epistolae a caeteris diversum. In hac Epistola, necnon in ea ad Polycarpum, minus inter se variant Recensionum duarum lectiones. Per totam Epistolam Metaphrastes haud pauca omittit, necnon lectionis varietatem praebet.

. 2. ΙΓΝΑΤΙΟΣ] Hujus Epistolae duae exstant, ut Syriacae, ita quoque Armeniacae Versionis Recensiones. Syriaca utraque reperitur in Curetoni libro, altera, pp. 40, 230, altera Actis Ignatii inserta, sed perquam manca, pp. 224, 254. Armeniaca vero altera in ed. Epp. Const. p. 85, altera in Martyrio hujus Patris exhibita est, quod legitur in Vitis Sanctorum, x 95, Venet. 1810–14. PETERMAN.

ib. *Θεοφόρος,*] Addit Symeon Metaphrastes, qui integram hanc Epistolam citat, *ἐπίσκοπος τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ ἁγίας τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας.* Et plane contra morem Ignatii, et saeculi. VOSSIUS. Injuste Baurus arrogantiae arguit Ignatium quod hoc cognomento usurpet; Christianos enim universos eodem nomine ornat, Ep. ad Eph. § 9. Vocem *Θεοφόρος* de Domino nostro Jesu Christo usurpasse Basilium, docet Suicerus, quem usum admittere nolebat Cyrillus Alex. quia nomine isto callide abutebatur Nestorius. Vid.

Digitized by Google

AD ROMANOS.

IGNATIUS, qui et Theophorus [a], habenti propitiationem in magnitudine Patris altissimi, et Jesu Christi solius Filii ipsius, Ecclesiae dilectae et illuminatae in voluntate volentis omnia quae sunt secundum dilectionem Jesu Christi Dei nostri (quae et praesidet in loco chori Romanorum, digna

[a] *Theophorus* C. C.

Barrovium, Homil. 24 in Symbolum Apostolicum.

ib. ἠλεημένῃ] Cod. Nydprucc. contra aliorum consensum, εὐλογημένῃ legit. USSER. Exemplar Symeonis Metaphr. in Bibliotheca Parisiensi ἠλειμμένῃ.

3. μεγαλειότητι] Vox de Deo usurpata a S. Petro, 2 Ep. i 16, et a S. Luca Evangelista, ix 43; de Christo, Orig. in Jo. 81 A, 122 E, [ed. Huet. tom. iv 87 E, 131 C ed. Ben.] c. Celsum, pp. 150, 323; [ed. Spencer.] Clem. Alex. vocat μεγαλεῖον κράτος. [Strom. vi 16, p. 809 ed. Potter.] Tertullian. 'Deus 'summum magnum.' [adv. Marcion. i § 3.] PEARSON.

ib. Πατρὸς ὑψίστου,] Ὕψιστος proprium Dei epithetum: unde ὁ Ὕψιστος idem quod Deus, Act. vii 48, et Christus Υἱὸς Ὑψίστου, Luc. i 32. PEARSON. Ita MS. non, uti Clericus, ὑψίστου Πατρός. In versione Fragmenti hujus Epistolae a Syro in Mart. Ignatii conservati, Curetonus non agnoscit Πατρός. *to her who is magnified in the greatness of the Most High.* p. 254.

ib. καὶ Ἰησοῦ] Haec usque ad ἡμῶν l. 6 ap. Int. Syrum non leguntur. Fragmentum autem, p. 254, locum exhibet integrum.

4. μόνου Υἱοῦ αὐτοῦ,] Ita Cod. Colbert. ad cujus fidem et scripturam Clericus non revocavit lectionem Cotelerii τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ Υἱοῦ.

ib. ἠγαπημένῃ] Caeteri Graeci Codd. ἡγιασμένῃ. Cum Cod. Colbertino consentiunt Sym. et Vet. Int. SMITH.

5. θελήσαντος] In vulgatis ποιήσαντος. Sed lectio prior integra est, nec immutanda: quippe ad mentem S. Ignatii in Ep. ad Magn. § 3, Εἰς τιμὴν οὖν ἐκείνου τοῦ θελήσαντος. Mutavit autem Interpol. ad vitandam, ut putabat, ταυτολογίαν, quia τὸ θελήματι praecessit. SMITH. Fragmentum ita interpretatur Curetonus: *by the will of God who bindeth and holdeth all, and the love of Jesus Christ.* p. 254.

7. ἥτις καὶ] Particulam καί omittunt Codd. vulgati, neque restituit Clericus.

ib. προκάθηται] Eustathius in Dionysium, p. 118, [ed. Steph.] de Antiochia, ἐξ ὧν αὕτη ἡ τῆς

Digitized by Google

ἀξιόθεος, ἀξιοπρεπὴς, ἀξιομακάριστος, ἀξιέπαινος, ἀξιεπίτευκτος, ἀξίαγνος, καὶ προκαθημένη τῆς ἀγάπης,

κοίλης Συρίας προκαθημένη. Edictum exstat apud Johannem Antiochenum : *Ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ μητροπόλει, ἱερᾷ καὶ ἀσύλῳ, καὶ αὐτονόμῳ, καὶ ἀρχούσῃ, καὶ προκαθημένῃ τῆς ἀνατολῆς, Ἰουλίος Γάϊος Καῖσαρ, κ.τ.λ.* p. 278. [ed. Oxon. 1691.] PEARSON. Curetonus, p. 230, *her who presideth.* Fragm. p. 254, *her who has the first seat.*

ib. *ἐν τόπῳ χωρίου Ῥωμαίων,*] *In ipsa urbe Roma cum suburbiis.* Libanius in Dianam, p. 666, [tom. ii ed. Morell.] de Atheniensibus, *δυοῖν δὲ ὄντοιν σφίσι πλείστου ἀξίοιν χωρίοιν, Πειραιῶς τε καὶ τῆς Ἀκροπόλεως.* Smyrn. Decret. ed. Oxon. p. 15, *τὸ χωρίον Παλαιμαγνησίων.* Orig. in Johan. 159 E. [ed. Huet. iv 172 A ed. Ben.] *ἐκεῖ τοῦ τόπου χωρίου παρακλήσεως.* I Cor. i 2, *ἐν παντὶ τόπῳ, αὐτῶν τε καὶ ἡμῶν,* idem quod *ἐν ὅλῃ τῇ Ἀχαΐᾳ.* II Cor. i 1. Non infrequenter nomen civitatis aut incolarum *τῷ τόπῳ* adjungitur ; ut in titulo Epistolae, quam Abgarus Princeps Edessae ap. Euseb. H. E. i 13 inscripsit Jesu *Σωτῆρι ἀγαθῷ, ἀναφανέντι ἐν τόπῳ Ἱεροσολύμων·* h. e. *praecipue quidem Hierosolymis et locis circumvicinis.* *Χωρίον* veteri Glossario *villa et rus.* An legebat Vet. Int. *χοροῦ* an *χώρου*? Judaei urbem incolebant tempore Augusti, Josephus xvii 12 ; [ed. Basil. XVII xiii 1, p. 783 ed. Hudson.] trans Tiberim, Philo Legat. ad Caium, 1014 C [ed. Turneb. et Hoeschel. Tom. ii 568 ed. Mangey.] Christiani autem, non tantum in urbe trans Tiberim, sed in suburbiis. PEARSON. Barbaram hanc locutionem *ἐν τόπῳ χωρίου Ῥωμαίων* putat Casaubonus, Exercit. xvi ad Annales Baronii, Num. 150, cujus auctoritate fretus Vossius ex Int. Vet. reponit *χόρου* : et fatendum est S. Ignatium choris etiam alibi comparare Christianorum coetus. Usserius contra suspicatur Int. Vet., Graeca voce retenta, *chorii* scripsisse. Meibomius, Praef. ad Dialog. de Proportionibus, pro *χωρίου* audacter et infeliciter restituit *Κυρίου*. Has conjecturas improbant Smith. et Clericus, quorum ille explicationem Pearsoni accipit, monetque non opus esse ut illa ad regiones suburbicarias referatur, quod suave aliquorum insomnium est ; hoc enim esset res diversorum saeculorum contra fidem historiae commiscere. Windischmannus, Meibomii conjecturae haud iniquus, censet Ignatium simplex nomen *Ῥώμῃ* ideo circumscribere voluisse, quia in immensa tum temporis Urbe Christiani plerique in uno loco, *τόπῳ*, regionis urbanae commorabantur, et sic proprium quasi oppidum formabant. Vindic. Petr. p. 70. Vedelius comparari jubet S. Lucae ix 10, locum nequaquam parallelum ; ibi enim vocem *ἔρημον* habemus additam, quam in Evangelista laudando praetermittit editor Genevensis. Curetonus, p. 230, *in the place of the country of the Romans.* p. 254, *in the place of the Ro-*

Digitized by Google

Deo, digna decentia, digna beatitudine, digna laude, digne ordinata, digne casta, et praesidens

mans. Bunsenius, *quae in dignitate sua,* seu *officio episcopali praesidet regioni Romanorum.*

1. ἀξιόθεος,] Nisi parum admodum fiderem auctoritati Symeonis Metaphrastae, et ego possem credere omnia haec epitheta spuria esse. Sed cum vel ex hac sola Ep. adpareat, Logotheten istum non multo sanctius Ignatium tractasse, quam fecerit Pseudo-Ignatius, nulla est ratio, cur ei plus tribuamus, quam alteri. Veteris Int. auctoritas major mihi est, et hic, et ubique, quam istorum duorum. Praeterea si composita haec epitheta cujusquam aures offendant, nae ille parum versatus sit in primorum Christianorum scriptis legendis. Quantopere delectati sunt illi talibus vocabulis, vel sola Clementis Ep. ad Rom. testari possit. Sed neque Barnabae, et Polycarpi Epistola, iis plane destituuntur. Quod si Ignatius magis ea insectatur, quam alii, cogitandum, non omnibus esse eundem in scribendo genium. Neque etiam Christianitas hoc requirit, ut una omnibus sit dictio; praesertim in re diversa. Vide Ep. ad Eph. ubi similia epitheta in Ephesios congesta invenies. VOSSIUS. Haec novem epitheta non agnoscuntur a Symeone Metaphr. in Codd. Laur. et Paris. ubi legimus . . . . . Ῥωμαίων, ἣν καὶ ἀσπάζομαι κ. τ. λ. eaque praetermittit Wakius.

ib. ἀξιοπρεπής,] Aliter Syrus. ap. Curetonum, p. 230, *worthy of life.* p. 254 vero, *worthy of His splendour.*

ib. ἀξιέπαινος,] Post hanc vocem Curetonus inserit ἀξιομνημόνευτος ex Inscript. Ep. ad Tarsenses, et mox omittit ἀξίαγνος, pro qua voce Bunsenius rescribit ἀξίαινος = ἀξιόλογος.

2. ἀξιεπίτευκτος,] Cod. Colbert. ἀξιοεπίτευκτος ἀξιάγνος. Mire Vedelius, *dignissima quae invisatur.* Melius Ruinartus, *digna quae voti compos fiat.* Curetonus, p. 230. *worthy of happiness.* p. 254. *worthy of those things which she asketh.* Petermannus, *digna assequi desideria.* Int. Vet. legebat ἀξιεπίτακτος, eamque veram lectionem esse perhibet Ruchatus. Cod. Nydprucc. ἀξιεπίστευτος, ἀξιάγιος.

ib. προκαθημένη τῆς ἀγάπης,] Pulchra ἀνανάκλασις, et a nostro saepius usurpata. Dixerat, ἥτις προκάθηται ἐν τόπῳ, *quae in loco* maxime *praesidebat;* nunc eandem *in charitate* etiam *praeeminere* Ecclesiam ostendit; et inter reliqua epitheta sane praeclara has etiam laudes inserit, quod inter reliquas Ecclesias Romana in operibus misericordiae et charitatis eminebat. Id vero nos docet Dionysius Corinthiorum Episcopus in Ep. ad Rom. 55 post hanc anno scripta, apud Euseb. H. E. iv 23, Ἐξ ἀρχῆς γὰρ ὑμῖν ἔθος ἐστὶ τοῦτο, πάντας τοὺς ἀδελφοὺς ποικίλως εὐεργετεῖν, ἐκκλησίαις τε πολλαῖς ταῖς κατὰ πᾶσαν πόλιν ἐφόδια πέμπειν . . . . πατροπαράδοτον ἔθος Ῥωμαίων Ῥωμαῖοι διαφυ-

Digitized by Google

Χριστώνυμος, Πατρώνυμος, ἣν καὶ ἀσπάζομαι ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ Υἱοῦ Πατρὸς, κατὰ σάρκα καὶ πνεῦμα ἡνωμένοις πάσῃ ἐντολῇ αὐτοῦ, πεπληρωμένοις χάριτος Θεοῦ ἀδιακρίτως, καὶ ἀποδιυλισμένοις ἀπὸ παντὸς ἀλλοτρίου χρώματος, πλεῖστα ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν ἀμώμως χαίρειν.

Desiderium vi-

Α'. ΕΠΕΙ εὐξάμενος Θεῷ ἐπέτυχον ἰδεῖν ὑμῶν

λάττοντες. Vide ibi plura. PEARSON. Cf. Routh. Reliq. Sacr. i 179, 185. Hefelius reddit, *praesidens universo coetui Christianorum;* cujus sensus utinam exempla dedisset magis ad rem quam προκαθημένη τῆς ἀνατολῆς ex Jo. Antioch. p. 278, Oxon. 1691, et προκαθεζομένη τῆς ἑφας e Greg. Naz. Orat. xliii 14.

ib. τῆς ἀγάπης] Curetonus, [ἐν] ἀγάπῃ, καὶ πεπληρωμένῃ ἐν νόμῳ Χριστοῦ ἀμώμως πλεῖστα χαίρειν.

1. Χριστώνυμος,] Smithus, post Voss. mallet Χριστόνομος, uti cum Vet. Int. legisse videntur Syrus et Armenius. Sed meliorem esse lectionem Cod. Colbert. ostendit sequens verbum Πατρώνυμος.

ib. Πατρώνυμος,] Haec usque ad χρώματος, non agnoscit Epist. Int. Syrus. Fragmentum ita exprimit versio Curetoniana: *in the name of the Father I . . . ; and in the name of the Son, in the flesh and mixed with the Spirit, I, who am supported in all the commandments of God by His grace and His mercy, without division and purged from all strange things, more especially through Jesus Christ our God, blameless, peace and joy I give.* p. 254.

2. κατὰ σάρκα] Forte excidebat particula τοῖς, (quam tamen non agnoscit Vet. Int.) quae in vulgatis reperitur: quod videtur elegantius. SMITH.

3. ἡνωμένοις] Symeon Metaphr. in Codd. Paris. ἡνωμένην.

ib. πάσῃ ἐντολῇ] Vet. Int. legebat ἐν πάσῃ, quod fortasse suppleri debet. SMITH.

4. ἀδιακρίτως,] Haec imitatus est Clemens Alex. 95, ἀδιακρίτως ἐνταῦθα ἠρραβωνισμένους. [Paedag. i 6, p. 115 ed. Potter. qui interp. *absque ullo discrimine.*] PEARSON.

ib. ἀποδιυλισμένοις] Int. noster *abstractis* reddidit; Vetus vulgatus, *ablutis;* Morelius magis proprie, *expurgatis* ac *defaecatis* exposuit. Notum enim est ex Matt. xxiii 24 quid sit διυλίζειν τὴν κώνωπα. USSER. *Ab omni admixtione haeretici dogmatis purgatis:* allusione ad lepram facta, quae colorem morbidum, debitaeque crasi contrarium, corpori inducit. SMITH. Cf. Ep. ad Philad. § 3.

7. Ἐπεὶ εὐξάμενος] Omnino legi oportet cum utroque Interprete ἐπευξάμενος, *deprecans.* Hac voce composita antea utitur S. Ignatius. Librarius vero,

Digitized by Google

in charitate [b], Christi habens legem, Patris nomen; quam et saluto in nomine Jesu Christi, filii Patris) secundum carnem et spiritum unitis in omni mandato ipsius, impletis gratia Dei indivisim, et abstractis ab omni alieno colore; plurimum in Domino Jesu Christo Deo nostro immaculate gaudere.

[b] *caritate* C. C.

I. DEPRECANS Deum, attigi videre vestras

qui perperam dividebat, ad connectendum sensum, et ne oratio contra regulas Grammaticae suspensa videretur, particulam *γάρ* post *δεδεμένος* sustulit, quam retinet uterque Interpres. SMITH. Vedel. Usser. et Dresselius, *ἐπευξάμενος*, et sic Symeon Metaphr. quoque in Codd. Paris. Vox autem composita non nisi in Mart. Ign. §§ 2, 7, legitur. Int. Syrus. ap. Cureton. p. 230, *Long since have I prayed to God that I might be accounted worthy to behold your faces.* Fragm. p. 254, *I have prayed, and it has been granted to me, that I should behold their faces.* Bunsenius e Syro restituit, *Πάλαι ἐπευξάμενος . . . ἐπιτυχεῖν.*

ib. *ἐπέτυχον ἰδεῖν*] Mos loquendi imposuit viris doctissimis, ut locum hunc immutatum irent. Et certe quis est, qui ex his verbis non colligat, Ignatium Romae fuisse, quum ista scriberet? Atqui Smyrnae haec sunt exarata, ut ex tota Epistola constat; non tantum ex fine. Quod eo magis dico, ne quis putet, epilogum esse spurium. Ait autem Ignatius, sese precibus suis a Deo impetrasse, ut Christianos illos, qui Romae erant, aliquando videat. *Ἐπέτυχον* autem vertit vetus translator, *attigi*: nimirum, quod *scopum attingere* proprie hoc vocabulum significet. Sed quis sic loquentem hic intelligat? Rectius alter eo recentior interpres, et ipse tamen vetus, reddidit *merui*; et ita ubique. Non defuere tamen viri docti, qui hanc verbi ejus interpretationem, tanquam ineptam, exploserint. Quod forsan illis non excidisset, si scivissent, *mereri* non tantum significare *ἀξιοῦσθαι*, sed et *τυγχάνειν*. Plinius Junior: [Ep. i 8] 'Sequi enim gloria, non 'appeti, debet: nec si casu 'aliquo non sequatur, idcirco 'quod gloriam non meruit, 'minus pulchrum est.' Passim hoc verbi ita sumitur. VOSSIUS. Pro *ἐπέτυχον* Junius forte legendum existimat *ἐπιτυχών* vel *ἐπιτυχῶς*: nisi forte interpungendo sic legatur; *Ἐπευξάμενος, τοῦ Θεοῦ ἐπέτυχον, ἰδεῖν*, &c. vel sic, *Ἐπευξάμενος τοῦ Θεοῦ ἐπιτυχεῖν καὶ ἰδεῖν*. USSER. In loco Pliniano quem Vossius adducit, Cortius negationem omittere mavult, quo facto vis consueta verbi *meruit* retinetur.

Digitized by Google

dendi Romanos declarat, optatque Martyrium ni Romani precibus suis moram ei afferant.

τὰ ἀξιώθεα πρόσωπα, ὡς καὶ πλέον ἠτούμην λαβεῖν, δεδεμένος ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἐλπίζω ὑμᾶς ἀσπάσασθαι, ἐάνπερ θέλημα τοῦ Θεοῦ ᾖ τοῦ ἀξιωθῆναί με εἰς τέλος εἶναι· ἡ μὲν γὰρ ἀρχὴ εὐοικονόμητός ἐστιν, ἐάνπερ χάριτος ἐπιτύχω, εἰς τὸ τὸν κλῆρόν μου ἀνεμποδίστως ἀπολαβεῖν. Φοβοῦμαι γὰρ τὴν ὑμῶν ἀγάπην, μὴ αὐτή με ἀδικήσῃ· ὑμῖν γὰρ εὐχερές ἐστιν, ὃ θέλετε ποιῆσαι· ἐμοὶ δὲ δύσκολόν ἐστιν τοῦ Θεοῦ ἐπιτυχεῖν, ἐάνπερ ὑμεῖς φείσησθέ μου.

1. ἀξιώθεα] Hanc vocem legas supra in Ep. ad Magn. § 2, et in Inscript. Ep. ad Trall. Symeon Metaphrastes in Codd. Paris. habet ἀξιοθέατα, (uti legisse videtur Int. Vet.) in Cod. Laur. ἀξιόθεα.

ib. ὡς καὶ] In vulg. Codd. οὕς. Male prorsus. SMITH. Armenius, in Martyrio, *quantumcunque petii, plus etiam accepi*, ac si legisset ὡς ἠτούμην πλέον καὶ ἔλαβον. PETERMAN. ὡς καὶ—λαβεῖν non agnoscit Syrus. Fragmenti lectionem ita reddit Curetonus: *their faces that are worthy of God, which from a long time I have asked, that I may find in the flesh.*

2. δεδεμένος] Vocem γάρ, quam ex utraque Vers. Vet. et Interpol. addendam esse monuit Vossius, uncinis inclusam Hefelius subdidit in ed. secunda; in quarta autem omisit. Cureton. et Bunsen. exhibent [νῦν] δεδεμένος. Vox ipsa δεδεμένος non agnoscitur in Martyrii Fragmento ap. Cureton. p. 254.

ib. ἀσπάσασθαι,] D. Pearsonus in ora Codicis sui emendavit, ἀσπάζεσθαι. Certissimum autem est, illud legisse utrumque Interpretem. SMITH. Int. Syrus, *to meet you and salute you.* In Fragm. *come and salute you.*

3. θέλημα τοῦ Θεοῦ] τοῦ Θεοῦ omissum volunt Coteler. et Smithus, Int. Vet. obsequuti: quam scripturam tuetur Int. Syrus ap. Cureton. p. 230, *if there be the will that I should be accounted worthy to the end.* Fragment. p. 254, *if there be this will, and I be accounted worthy to bear these things even to the end.* Legitur in Cod. Colbert. Cf. supra, ad Eph. § 15.

4. εἰς τέλος εἶναι·] Junius *iéναι*, absque ulla necessitate. Metaphrastes εἰς τέλος οὕτως εἶναι, prorsus insubide. SMITH.

ib. ἡ μὲν γὰρ] ἡμῶν γὰρ Hornemannus.

ib. εὐοικονόμητός] Apud Medicos, *digestu facilis*; sicut et δυσοικονόμητος, *digestu difficilis.* Ruchat. *le commencement est en bon train.* Wocher. *der Anfang ist glücklich eingeleitet.* quibus adstipulatur Syrus in Epist. *for the beginning is well disposed.* Permire in Fragm. *For, if in the beginning, and if in the end, by the good administration which I have begun I look for-*

Digitized by Google

dignas visione facies; ut et amplius petebam accipere. Ligatus enim in Christo Jesu, spero vos salutare, siquidem voluntas sit ut dignificer in finem esse. Principium quidem enim bene dispensatum est: siquidem gratia mea[c] potiar, ad haereditatem meam sine impedimento lucrari. Timeo enim charitatem[d] vestram ne ipsa me laedat. Vobis enim facile est, quod[e] vultis facere: mihi autem difficile est Deo potiri, siquidem[f] vos non parcitis mihi.

[c] *mea* C. C.
[d] *caritatem* C. C.
[e] *quae* C. C.
[f] *si quidem* C. C.

ward that I may obtain the grace &c.

5. *ἐάνπερ χάριτος*] Metaphrastes, *ἐάνπερ τῆς χάριτος ἐπιτύχω τὸν κλῆρόν μου κ. τ. λ.* Peterman. et Merxius suspicantur Syrum loco *χάριτος* legisse *πέρατος*. Cureton. exhibet, *ἐάνπερ ἐπιτύχω εἰς πέρας* [*εἶναι*]; et mox *ἀνεμποδίστως* [*διὰ τοῦ παθεῖν*] *ἀπολαβεῖν*. Bunsenius vero, et Lipsius, *εἰς πέρας ἐπιτύχω τὸν κλῆρόν μου ἀνεμποδίστως ἀπολαβεῖν τῷ παθεῖν*.

7. *ὑμῖν γὰρ εὐχερές*] Martyrii desiderio flagrans B. Ignatius verebatur, ne Romani, vel precibus ad Deum et homines, vel pecunia, aut per vim eum a supplicio eximerent. Mos quippe erat Christianorum, tantum quantum poterant niti, ut fratres propter fidem captos et damnatos liberarent: quod discimus ex Const. Apost. iv § 9, v §§ 1, 2, ex Luciani Peregrino, [§ 12,] et ex Euseb. H. E. vi 40. Quamvis autem id a Romanis effici nequiverit, amoris est nihilo minus omnia tuta timere. COTEL.

9. *ἐάνπερ ὑμεῖς φείσησθέ μου.*] *Προφάσει φιλίας σαρκίνης*, ut explicationis causa addit Interpolator. Eandem cautionem mox repetit S. Ignatius, *ἐάν περ ὑμεῖς μὴ κωλύσητε*. [§ 4.] Hinc ergo emendanda est vetus versio, delendo particulam negativam, quae abest quoque ap. Metaphrast, et in Cod. quo usus est alter Int. etiam Vet. *tamen potero, si vos pepercerithis mihi.* Pearsonus illam non male retineri posse censet, si debito suo loco in contextu Graeco restituatur. Illum vide fuse disserentem de hac periocha, Vindic. ii 135. SMITH. Conjecturae Pearsoni objicit Ruchatus, lectionem *μὴ ἐπιτυχεῖν*, i. e. *ἀποτυχεῖν*, flagitare *δύσκολον ἂν ἦν* pro *δύσκολόν ἐστι*. Clericus et Smithus, *ὑμεῖς φείσησθέ μου*, cum Cod. Colbert. Particulam negativam ante *φείσησθε*, quam habet Interpolator, quam agnoscunt Int. Vetus, Syrus, et Armenius, uncinis recte incluserat Usserius. Aliter autem Churtono visum est; et Lipsius hanc lectionem, ut duriorem, praeferendam esse censet. In Fragmento ap. Cureton. p. 255, *more especially if your sparing be upon me.* Aldrichius, minime ad fidem Cod. Colbert. *φείσεσθε*.

Digitized by Google

Vehementer illos obtestatur, ne hanc ei gloriam invideant.

Β'. Οὐ γὰρ θέλω ὑμῖν ἀνθρωπαρεσκῆσαι, ἀλλὰ Θεῷ ἀρέσαι, ὥσπερ καὶ ἀρέσκετε. Οὐ γὰρ ἐγώ ποτε ἕξω καιρὸν τοιοῦτον Θεοῦ ἐπιτυχεῖν· οὔτε ὑμεῖς, ἐὰν σιωπήσητε, κρείττονι ἔργῳ ἔχετε ἐπιγραφῆναι. Ἐὰν γὰρ σιωπήσητε ἀπ' ἐμοῦ, ἐγὼ γενήσομαι Θεοῦ· ἐὰν δὲ ἐρασθῆτε τῆς σαρκός μου, πάλιν ἔσομαι τρέχων. Πλέον μοι μὴ παράσχησθε τοῦ σπονδισθῆναι Θεῷ, ὡς ἔτι θυσιαστήριον ἕτοιμόν ἐστιν· ἵνα ἐν ἀγάπῃ

1. Οὐ γὰρ—ἀρέσκετε.] Haec non exprimit Epistolae Versio Syriaca. Fragmenti lectionem ita reddit Curetonus: *But I entreat you, because I have no desire that you should please men, for lo also ye do please.*

ib. ὑμῖν ἀνθρωπαρεσκῆσαι,] *Nolo enim vobis tanquam hominibus placere.* Hanc lectionem perinde contra Grammaticae rationem atque auctoris mentem esse censet Smithus, qui e Metaphrasta et utroque Int. restituit ὑμᾶς, quod in libb. Clerici, Russel. Hefel. et Dresselii legitur. Syr. et Arm. ὑμᾶς agnoscunt. Wocherus, *Nicht menschengefällig will ich seyn vor euch.* Serioris Graecitatis vocabula sunt ἀνθρωπαρέσκειν et ἀνθρωπαρεσκεία. Cf. Lobeck. ad Phrynichum, p. 621.

4. ἐπιγραφῆναι.] Cureton. εὑρεθῆναι. Ruchatus confert Euseb. H. E. ii 25 de Nerone, ἐνέδει δὲ ἄρα τοῖς πᾶσι καὶ τοῦτ' ἐπιγραφῆναι αὐτῷ, ὡς ἂν πρῶτος αὐτοκρατόρων, τῆς εἰς τὸ θεῖον εὐσεβείας πολέμιος ἀναδειχθείη.

ib. Ἐὰν γὰρ] In Cod. Angelico, saec. xi, Dresselius reperiit Ἐὰν οὖν. Particulam γάρ, quinquies intra decem lineas positam, ne semel quidem agnoscit Syrus.

5. ἀπ' ἐμοῦ,] h. e. περὶ ἐμοῦ. Sed altera lectio, vetusta quidem, ut ex nostro Int. liquet, tolerari potest. SMITH.

ib. γενήσομαι] Curetonus, in Epistola, *If ye leave me, I shall be the word of God; but if ye love my flesh, again am I to myself a voice.* In Fragm. *if ye be quiet from me, I am to myself the Word of God; but if ye love my flesh, I am then a Voice.* Bunsenius, Syrum defendens, reddit, *Dei gloriam divulgabo.* Loca in quibus Origenes distinguit inter λόγον et φωνήν indicat Curetonus; Comment. in S. Johan. iv p, 118 ed. Ben. Cf. pp. 85 et 149; in S. Matt. iii pp. 441, 549. Eandem distinctionem servat Johannes Monachus ap. Cureton. pp. 240, 241.

6. πάλιν ἔσομαι τρέχων.] Vet. Int. *vox.* Forte, ut in margine annotavit Usser., *velox. Iterum in hoc stadio,* cujus metam prope attingo, *mihi erit decurrendum:* vel potius, in hoc cursu et itinere adhuc detinebor, nec Romam adibo. SMITH. Interpretatio illa longe melior

Digitized by Google

II. Non enim volo vos hominibus placere, sed Deo[g] placere, quemadmodum et placetis. Neque enim ego habeo aliquando[h] tempus tale Deo potiendi: neque vos, si taceatis, meliori operi habetis[i] inscribi. Si enim taceatis a me, ego ero Dei[k]: si autem desideretis carnem meam, rursus factus sum vox. Plus autem mihi non tribuetis, quam sacrificari Deo, dum adhuc sacrificatorium paratum est: ut, in charitate[l] chorus effecti, cantetis

[g] *sed Deo: quemadmodum* C. C.
[h] *habebo aliquod* C. C.
[i] *haberetis* C. C.
[k] *ergo verbum Dei* C. C.
[l] *caritate* C. C.

est. Toupius infeliciter reponit *ἔσομαι ματαίως τρέχων*, conferens 1 Cor. ix 26, et S. Polyc. ad Philipp. § 9. Curetono, p. 292, uterque Syrus pro *τρέχων* videtur legisse *ἠχώ*, ad mentem Int. Veteris. Bunsenius refingit *πάλιν ἔσομαι ἐμαυτοῦ ἠχώ*, quam loquendi formam nostri temporis usum sapere censet Merxius.

7. *Πλέον μοι μὴ παράσχησθε*] Locus recte constitutus ex MSto quem, in vulg. Codd. corruptum, *πλέον δέ με παρέχεσθε*, Usser. et Pearsonus ex Vet. Vers. hoc modo restituerunt: *πλέον δέ μοι μὴ παρέχεσθε* vel *οὐ παρέξεσθε*. h. e. mihi majus beneficium conferre non potestis. SMITH. Curetonus, *Ye will not give me any thing which is better than this, that I should be sacrificed to God.* Metaphrast. in Codd. Par. et Laur. *πλεῖον δέ μοι παράσχεσθε*. An pro *παρέχεσθε? potius autem mihi praebete, curam date ut immoler.*

ib. *σπονδισθῆναι Θεῷ*,] Imitatur S. Paulum, qui quum Romae morti proximus esset, *ἤδη σπένδομαι* dixit. [II Tim. iv 6.] A *σπένδω σπονδή*: idem igitur est *σπένδεσθαι* et *σπονδίζεσθαι*, quamvis haec vox minus usitata. PEARSON. Cod. Colb. *σπονδιασθῆναι*. Alio sensu, *foedere concilior*, legitur ap. Damascen. Ep. ad Theoph. de Imagin. § 18, *τῷ διαβόλῳ σπονδιζόμενος*. i 639 D ed. Le Quien.

8. *ὡς ἔτι*] Cf. Ep. ad Smyrn. § 9.

ib. *ἵνα——ᾖσητε*] Carmen sc. quale Ecclesiae Deo canebant, quando Martyr aliquis hujus cito labentis vitae certamen pro Christo intrabat: pie orantes, ut Deus daret illi felicem in eo consummationem; inquit hic Faber Stapulensis. USSER. Veteres Christiani carmen canebant in laudem Martyrum, qui feliciter certamen suum consummassent. Sed non id voluit hic Ignatius. Quamvis enim Martyrum memoriae ingenti laudum commemoratione etiam in primitiva Ecclesia celebrarentur; non tamen sanctitas Ignatii patiebatur, ut tale quid a Romanis postularet. Quam ab omni laude, et praeconio sui, alienus fuerit, pluribus in locis satis ostendit. Illud vero rogat, ut concorditer canant Deo, gratiasque illi agant, quod dignus habitus sit, qui martyrii beneficio adficeretur. VOSSIUS.

Digitized by Google

χορὸς γενόμενοι ᾄσητε τῷ Πατρὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὅτι τὸν ἐπίσκοπον Συρίας ὁ Θεὸς κατηξίωσεν εὑρεθῆναι, εἰς δύσιν ἀπὸ ἀνατολῆς μεταπεμψάμενος. Καλὸν τὸ δῦναι ἀπὸ κόσμου πρὸς Θεόν, ἵνα εἰς αὐτὸν ἀνατείλω.

Potius Deum rogent, ut ei ad tantum certamen vires suppeditet.

Γ'. Οὐδέποτε ἐβασκάνατε οὐδένα· ἄλλους ἐδιδάξατε. Ἐγὼ δὲ θέλω, ἵνα κἀκεῖνα βέβαια ᾖ, ἃ μαθητεύοντες ἐντέλλεσθε. Μόνον μοι δύναμιν αἰτεῖσθε ἔσωθέν τε καὶ ἔξωθεν, ἵνα μὴ μόνον λέγω, ἀλλὰ καὶ θέλω· ἵνα μὴ μόνον λέγωμαι Χριστιανὸς, ἀλλὰ καὶ εὑρεθῶ. Ἐὰν γὰρ καὶ εὑρεθῶ, καὶ

1. τῷ Πατρὶ] Syrus legebat Θεῷ τῷ Πατρὶ ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ [τῷ Κυρίῳ]. Cureton. p. 43.

2. τὸν ἐπίσκοπον Συρίας] Quum Antiochia esset caput et metropolis Syriae, ipse autem esset Episcopus Antiochiae constitutus, non immerito se *Episcopum Syriae* appellat. Nam licet Metropolitae nomen ea tempestate non inveniatur, ille tamen Episcopus, qui in metropoli consistebat, aliquod jus habuit in Ecclesias in aliis urbibus metropoli subjectis secundum leges Romanas. Unde postea talis Episcopus Μητροπολίτης, a Latinis *Metropolitanus* dicebatur. PEARSON. Curetonus monet Syrum neque Συρίας neque εὑρεθῆναι legisse: *because He deemed a Bishop worthy that he should be God's.*

ib. εὑρεθῆναι, εἰς δύσιν] Cod. Colbert. hac in periocha accuratissime consentit cum Vet. nostro Int. cujus auctoritas hinc maximi aestimanda est. Facessant ergo omnes conjecturae, ut πορευθῆναι εἰς δύσιν, [quod reponit Junius] et hariolationes Interpol., qui male legendo καλῶν pro καλόν, et alia verba addendo, omnia misere corrupit. Δύσις et ἀνατολή respectu Antiochiae, unde devenerat, et Romae, quo properabat, ob diversam climatum positionem hic opponuntur. De occasu suo in hoc mundo sibi gratulatur S. Ignatius, utpote in altero apud Deum, instar solis aut stellae exoriturus. Hujus loci ampliorem illustrationem vide apud Pearson. Vindic. i 131. SMITH.

3. ἀπὸ ἀνατολῆς] Maestraeus diem obitus sui propinquum designasse Ignatium asserit; quem ab eo vocari *exortum* et *natalem* addit, communi illo more a Christianis recepto, quo dies, quibus Martyres passi fuerant, *Natalitii* appellabantur. Probabilius multo Vedelius Ignatium metaphora a siderum ortu et occasu ducta usum fuisse existimat. Quo referendum et illud Chrysostomi, de eodem Ignatio, tom. v ed. Savil.

Digitized by Google

Patri in Jesu Christo, quoniam[m] Episcopum Syriae dignificavit Deus inveniri, in Occidentem[n] ab Oriente transmittens. Bonum occidere a mundo in Deum, ut in ipso oriar.

[m] *quia* C.C.

[n] *Occidente* C. C.

III. Nunquam invidistis in aliquo: alios edocuistis. Ego autem volo, ut et illa firma sint, quae docentes praecepistis. Solum mihi potentiam petatis ab intra et ab extra, ut non solum dicam, sed et velim; non ut solum dicar Christianus, sed et inveniar. Si enim inveniar, et dici

p. 503, [ii 598 ed. Ben.] *καθάπερ ἥλιός τις ἐξ ἀνατολῆς ἀνίσχων, καὶ πρὸς τὴν δύσιν τρέχων·* et Graecorum in Menaeo suo (ad diem 20 Decembris) Ignatium ita alloquentium, *Τοῖς δρόμοις τῆς πίστεως, ὡς ἥλιος, τὴν γῆν γεναίως διέδραμες, ἀπ' ἄκρων οὐρανοῦ· καὶ δύνας ἀδύτως ἀπὸ γῆς εἰς Χριστὸν, τὸ φῶς συναστράπτει αἰτῷ τῆς ἀφθαρσίας.* USSER.

4. *τὸ δῦναι*] Cureton. p. 230, *that I should set from the world in God, that I may rise in Him in life.* Inter Excerpta ex Homiliis Severi, p. 247, *It is good to set from the world and to rise in Christ.*

6. *ἐβασκάνατε οὐδένα·*] Codd. vulg. et Symeon *οὐδενί·* quod plane idem est. Utrumque enim casum regit verbum. Int. Vet. *ἐν οὐδενί.* Hanc gloriam moriendi pro Christo nemini adhuc invidistis: vos, inquam, qui alios exemplo et hortatibus ad martyrium pro nomine Christi subeundum animare soliti fuistis. SMITH. Formam usitatiorem *ἐβασκήνατε* exhibet Symeon Metaphr. Grammatici veteres distinguunt *βασκαίνειν τινί, invidere,* et *βασκαίνειν τινά, calumniari.* Quam casuum distinctionem sequens Uhlhornius, p. 53, vertit, *Ihr habt nie Jemanden irre geleitet.* Wakius vertit, *Ye have never envied any one;* quemadmodum et Curetonus. Wocherus, *Noch nie habet ihr Jemand beneidet.* Ruchatus ita *παραφράζει*: *Vous n'avez jamais été jaloux du bonheur de qui que ce soit; et jamais la jalousie ne vous a porté à mettre obstacle au bonheur de quelqu'un.* Cf. infra, § 7, *Βασκανία ἐν ὑμῖν μὴ κατοικείτω,* et Galat. iii 1.

7. *Ἐγὼ δὲ—ἐντέλλεσθε.*] Haec non agnoscit Syrus.

8. *μαθητεύοντες*] Sensu speciali. Conf. S. Matt. xiii 52, xxviii 19; Act. xiv 21.

ib. *Μόνον μοι δύναμιν*] Russel. cum Interpol. *Μόνον δύναμιν αἰτεῖσθέ μοι . . .* Curetonus, *αἰτεῖσθέ μοι δοθῆναι.*

9. *ἵνα μὴ μόνον*] *ὅπως μὴ μόνον* Russel. cum Interpolatore.

11. *Ἐὰν γὰρ καὶ εὑρεθῶ,*] Particulam *καί* non agnoscunt Vet. Int. Syr. Armenius. Aliter interpungit Curetonus: *Ἐὰν γὰρ εὑρεθῶ, καὶ λέγεσθαι δύναμαι. Τότε ἔσομαι πιστὸς, ὅταν κ. τ. λ.*

Digitized by Google

λέγεσθαι δύναμαι, καὶ τότε πιστὸς εἶναι, ὅταν κόσμῳ μὴ φαίνωμαι. Οὐδὲν φαινόμενον, αἰώνιον. "Τὰ " γὰρ βλεπόμενα, πρόσκαιρα· τὰ δὲ μὴ βλεπόμενα, " αἰώνια." Ὁ γὰρ Θεὸς ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ἐν Πατρὶ ὢν, μᾶλλον φαίνεται. Οὐ σιωπῆς μόνον τὸ ἔργον, ἀλλὰ μεγέθους ἐστὶν ὁ Χριστιανισμός.

Ferarum dentibus commoli cupit, ut purus Christi panis inveniatur.

Δ'. Ἐγὼ γράφω ταῖς ἐκκλησίαις, καὶ ἐντέλλομαι πᾶσιν, ὅτι ἐγὼ ἑκὼν ὑπὲρ Θεοῦ ἀποθνήσκω, ἐάνπερ ὑμεῖς μὴ κωλύσητε. Παρακαλῶ ὑμᾶς, μὴ εὔνοια ἄκαιρος γένησθέ μοι. Ἄφετέ με θηρίων εἶναι

2. *αἰώνιον.*] *ἀγαθόν* reponi jubent Hefel. et Bunsenius, ex Int. Vet. et Syro. Curetonus, p. 43, exhibet *καλόν*. Armenius uterque *ἀγαθόν* legisse videtur.

ib. *Τὰ γὰρ βλεπόμενα—αἰώνια.*] Hunc versiculum S. Pauli, II Cor. iv 18., a Metaphrasta retentum, non habent Syri, neque Int. Vet. quorum silentium nescio an probet haec verba, utpote recens adjecta, inter glossemata esse censenda.

4. *Ὁ γὰρ Θεὸς κ. τ. λ.*] Hanc reliquam hujus sectionis partem penitus omisit Symeon, priorem sententiam vero Interpolator. S. Ignatius hoc modo, ni fallor, explicandus est. Passionibus Christianorum, qui pro ipsius nomine mortem, tanta cum animi lubentia et constantia, oppetunt, *Christus Deus noster*, licet jam in coelo apud Deum humana natura existens, hominibus *manifestior fit :* vel si malis, qui *in Patre est*, per ineffabilem divinae essentiae communicationem, invicta Martyrum fortitudine, *magis manifestatur*. SMITH. Curetonus, in Epist. p. 230, *For there is nothing which is seen that is good. The work is not* [*a matter*] *of persuasion, but Christianity is great when the world hateth it.* in Fragm. Timothei Alex. p. 243, *There is nothing which is seen that is becoming. For our God, Jesus Christ, being in the Father, is the more seen. The work is not of persuasion, but the Christian is of greatness when he is hated by the world.* Hefelius interpretatur, *Christus post ascensionem suam magis glorificatur.*

5. *Οὐ σιωπῆς—ὁ Χριστιανισμός.*] Ita Cod. Colb. cujus, si Clericum audias, sententia est, Christianam religionem non esse quae timido silentio premi debeat, sed quam *μεγαληγορία* (quod vult Ignatius voce *μεγέθους*) comitetur necesse est, qualem in antecedentibus et sequentibus verbis animadvertere est. Nimis audacter nec tamen feliciter emendat Toupius, qui, ad marginem exemplaris sui, 'Lego *οὐχ ἕδρας ἔργον*, '*οὐδ' ἀμβολᾶς*, ut respexerit 'Bacchylid. et Int. Vet. forsitan '*sessionis.*' Quam quidem lo-

Digitized by Google

possum; et tunc fidelis esse, quando[o] utique mundo non appareo. Nihil apparentia bonum est. Deus enim noster Jesus Christus in Patre existens magis apparet. Non suasionis opus sed magnitudinis est Christianus; quando[p] utique oditur a mundo.

[o] *quum* C. C.

[p] *quum* C. C.

IV. Scribo Ecclesiis, et praecipio[q] omnibus, quoniam[r] volens pro Deo morior; siquidem vos non prohibeatis. Deprecor vos, non concordia intempestiva fiatis mihi. Dimittite me bestiarum

[q] *praecipue* C. C.

[r] *quum* C. C.

cutionem laudatam habes a Dionysio Halic. in libro Περὶ Συνθέσεως Ὀνομάτων. p. 234 ed. Upton. necnon ab Athenaeo, xiv 30. Cum Vossio, ita refingunt Smith. et Ruchatus ex Int. Vet. Οὐ πεισμονῆς τὸ ἔργον ἀλλὰ μεγέθους ἐστὶν ὁ Χριστιανός, μάλιστα ὅταν μισῆται ὑπὸ κόσμου. Cui lectioni proxime accedunt Cureton. et Petermannus: Οὐ πεισμονῆς τὸ ἔργον, ἀλλὰ μεγέθους ἐστὶν ὁ Χριστιανισμὸς, ὅταν μισῆται ὑπὸ κόσμου. Excerpta e Timotheo, ap. Cureton. p. 243, exprimunt lectionem Int. Vet. et Interpolatoris, ὁ Χριστιανός. Metaphrastes habet ὁ Χριστιανὸς· ὅταν μισῆται ὑπὸ κόσμου φιλεῖται παρὰ Θεοῦ. Mire Wakius, *A Christian is not a work of opinion, but of greatness of mind, especially when he is hated by the world.* Wocherus, *Nicht blos in Stilleseyn bestehet das Christenthum, sondern in der (geistigen) Grösse.*

7. Ἐγὼ γράφω] Praesenti utitur, ut se paullo ante scripsisse et adhuc ad varias Ecclesias scribere significet. Omnia quae sequuntur ad Romanos solos pertinent, quod satis etiam elucet ex illis, Μᾶλλον κολακεύσατε τὰ θηρία, nemini praeter Romanos convenientibus. WINDISCHMAN. Vindic. Petrin. p. 68. Conf. infra, § 10 ad init.

ib. ταῖς ἐκκλησίαις,] Russel. cum Interpol. πάσαις ταῖς ἐκκλησίαις, quam lectionem tuentur uterque Syrus et Armenius.

10. εὔνοια] Ita cum Cod. Colbert. Metaphrastes. Int. Vet. in Cod. suo videtur reperisse ὁμόνοια. Mox pro γένησθε Smithus reponit γένηται. Curetonus, p. 230, *I intreat you, be not affected towards me by the love that is unseasonable.* p. 235, *be not in love that is unseasonable.* Bunsen. pro Curetoni [ἐν] εὐνοίᾳ ἀκαίρῳ lubens rescriberet εὐνοίᾳ ἄκαιροι.

ib. Ἄφετέ με] Adeone hospites fuisse in Ecclesiastica Antiquitate viros, qui in litteris consenuerant, ut Ignatio studium effundendi pro Christo sanguinis sui, tamquam rem miram exprobrarent? Eja, vos appello quotquot vel a limine salutastis sacram disciplinam: quid aliud personant Acta et Vitae Martyrum et Sanctorum, Historiae

Digitized by Google

βορὰν, δι' ὧν ἔνεστιν Θεοῦ ἐπιτυχεῖν. Σῖτός εἰμι Θεοῦ· καὶ δι' ὀδόντων θηρίων ἀλήθωμαι, ἵνα καθαρὸς ἄρτος εὑρεθῶ τοῦ Χριστοῦ. Μᾶλλον κολακεύσατε τὰ θηρία, ἵνα μοι τάφος γένωνται, καὶ μηθὲν καταλίπωσι

Ecclesiasticae, Cyprianicae Epistolae, Opera Patrum, quam votum flagitationemque Martyrii, ardorem atque impatientiam moriendi patiendique ad verae Religionis testimonium? Hinc Martyrum, Confessorum, Sanctorum, alii alia fecisse memorantur: precibus suis caeterorumque Christianorum a Deo sibi suisque postulasse Martyrii donum; sese Magistratibus jussu Dei obtulisse, mortem ab iis gratiae loco petiisse, ad fugam non potuisse adigi; e carcere, in quem conclusi fuerant, noluisse exire, quum liceret, quumque rogarentur; judicibus et carnificibus, quod per illos vita excederent, gratias egisse; doluisse quum liberati essent, aut dilati; multaque id genus designasse, quae infinitum sit sermone prosequi. Duo ad exemplum erunt fortia facta Cypriani et Basilii, quantae pietatis, quantae doctrinae Episcoporum! Ille jussit spiculatori aureos dari viginti aut viginti quinque. Hic, testibus Socrate [H. E. iv 26] ac Theodoreto, [H. E. iv 19] dixit Modesto, Praefecto, qui mortem minabatur, 'Utinam te non mu-'tares, minasque exsequereris.' Ex innumeris vero Ecclesiae magistrorum locis pauca producam. 'Voti tunc,' ait Hieronymus in Vita Pauli Eremitae, [§ 2, Opp. ii p. 3 ed. Vallars.] 'Christianis erat, pro 'Christi nomine gladio percuti. 'Verum hostis callidus tarda 'ad mortem supplicia conqui-'rens, animas cupiebat jugu-'lare, non corpora. Et ut ip-'se, qui ab eo passus est, Cy-'prianus ait, [Ep. 56 ed. Fell.] '"Volentibus mori non per-'mittebatur occidi."' In Severo, Lib. ii Sac. Hist. de persecutione Diocletianea sic habetur: 'Quippe certatim glo-'riosa in certamina ruebatur; 'multoque avidius tum mar-'tyria gloriosis mortibus quae-'rebantur, quam nunc Episco-'patus pravis ambitionibus ap-'petuntur.' [p. 140 ed. Drus.] Quae gravis adversus multorum mores querela non latebat doctos Hierarchiae Ecclesiasticae inimicos. De Petro et Paulo quae objiciuntur loca, Act. xii 5 et xxi 13, ad rem nullatenus faciunt, nec adversariorum caussam sublevant. Magis nostram adjuvat Paulus, Phil. i 21 &c. prout a Veteribus explicatur. Quod ad S. Ignatium spectat, satis mentem illius declarat effatum, *ἐγὼ τῶν θηρίων ἐκείνων ὀναίμην*, apud Chrysostomum in ejus Encomio. COTELER.

1. *βορὰν*,] Cod. Colbert. *βορράν*, uti et Codd. Paris. Metaphrastae. Interpolator, *βρῶμα*. Vocem omittunt Cureton. et Bunsenius.

ib. *Σῖτός εἰμι*] Varias lectiones, absque sensus diversitate, colliges ex Interpol., Intt., Actis Ignatii, ac Menaeo Graecorum,

Digitized by Google

esse cibum, per quas est Deo potiri. Frumentum sum Dei: et per dentes bestiarum molar, ut mundus panis inveniar Christi. Magis blandite bestiis, ut mihi sepulchrum fiant, et nihil derelinquant eorum quae corporis mei; ut non dor-

necnon ex Irenaeo, v 28, Euseb. H. E. iii 36. Rufino ibidem. Hieronymus; 'Quumque jam 'damnatus esset ad bestias, ar- 'dore patiendi, quum rugientes 'audiret leones, ait; Frumen- 'tum Christi sum, dentibus 'bestiarum molar, ut panis 'mundus inveniar.' [De Viris Illust. § 16, tom. ii p. 843 ed. Vallars.] COTEL. Ven. Bedam, Comm. in Apoc. xviii, 'Nam 'et B. Ignatius fertur dixisse 'passurus, *Frumentum Dei* '*sum; bestiarum dentibus mo-* '*lar*,' consulto omittere potuit Pearsonus, quod Beda ex Hieronymo, non ex ipsa Ignatii Epistola exscripsisse videtur. Quae vero ex Martyrologio, Bedae nomine quondam edito, exhibet Curetonus, pp. 186, 7, ea non Bedae esse sed recentioris et insulsi sarcinatoris, Simeone Metaphraste junioris, Heuschenius olim vidit. CHURTON. in ed. Vindic. p. 87. Cf. p. 527.

2. ἀλήθωμαι,] Ita dedi cum Pearson. et Cotel. uti legit Int. Vet. ἀλίθωμαι Cod. Colbert. ἀλήθωμαι legebat Syrus, quem sequitur Armenius. Sic Eusebius quoque, H. E. iii 36, hanc sententiam ab Irenaeo, adv. Haer. v 28, adductam, exhibens. Modus conjunctivus Ignatii animum melius exprimit, uti monet Bunsenius. ἀλήθωμαι hic habent Metaphrastae Codd. Paris. et Laur.

3. τοῦ Χριστοῦ.] Versiones Curetoni et Petermanni exprimunt τοῦ Θεοῦ.

ib. Μᾶλλον κολακεύσατε] 'Id 'paene tantumdem est, ac si 'eos roget, ut sui sint carni- 'fices:' exclamat Dallaeus. Quantos igitur excitasset tumultus, si ab Ignatio simile quid factum dictumve fuisset Dionysii Alex. facto, et dicto magni Basilii, quae narrantur ab Eusebio ac Rufino? Scilicet, Dionysius, quum e manibus abducentium eriperetur per Christianos, vociferatus rogavit obtestatusque est hos, coepto desisterent; aut, si quid praeclari efficere vellent, satellites praevenirent, eique caput abscinderent. Basilii vero vox fuit; 'Utinam aliquid mihi es- 'set digni muneris, quod offer- 'rem huic, qui maturius Ba- 'silium de nodo follis hujus 'absolveret.' COTEL. Non tali auxilio eget Ignatius. Hisce et talibus dictis, quae Martyrii studium aequo forsitan vehementius produnt, B. Pater, non sine tumore quodam et jactantia, quibus inflatos fuisse Asianos Quinctilianus notat, Inst. Or. xii 10, testatur se ad omnes cruciatus perferendos alacrem et promptum, pro Christo lubentissime esse moriturum. Curetonus, pp. 230, 235, *With provoking provoke ye the beasts*, quem ad modum et infra, p. 398 l. 2.

Digitized by Google

τοῦ σώματός μου, ἵνα μὴ κοιμηθεὶς βαρύς τινι γένωμαι. Τότε ἔσομαι μαθητὴς ἀληθῶς τοῦ Χριστοῦ, ὅτε οὐδὲ τὸ σῶμά μου ὁ κόσμος ὄψεται. Λιτανεύσατε τὸν Χριστὸν ὑπὲρ ἐμοῦ, ἵνα διὰ τῶν ὀργάνων τούτων θυσία εὑρεθῶ. Οὐχ ὡς Πέτρος καὶ Παῦλος διατάσσομαι ὑμῖν· ἐκεῖνοι ἀπόστολοι, ἐγὼ κατάκριτος· ἐκεῖνοι ἐλεύθεροι, ἐγὼ δὲ μέχρι νῦν δοῦλος. Ἀλλ' ἐὰν πάθω, ἀπελεύθερος Ἰησοῦ, καὶ ἀναστήσομαι ἐν αὐτῷ ἐλεύθερος. Νῦν μανθάνω δεδεμένος μηδὲν ἐπιθυμεῖν [κοσμικὸν ἢ μάταιον.]

Idem Martyrii desi-

Ε'. Ἀπὸ Συρίας μέχρι Ῥώμης θηριομαχῶ, διὰ

1. τοῦ σώματός μου,] Procul dubio excidebat τῶν ante τοῦ, uti legebat Vet. Int. et habent vulg. Codd. quod elegantius videtur; Symeon vero omisit. Ex ratione addita satis liquet, S. Ignatium, quantum in ipso erat, nimiam superstitum in colligendis martyrum reliquiis diligentiam amoliri sategisse. SMITH. Cod. Colbert. μηθέν hic et infra § 5, non μηδέν uti in libb. impr.

ib. κοιμηθεὶς] *mortuus.* Cf. B. Paul. 1 Cor. xv 18. [vii 39.] TOUP. Vide Clem. Rom. Ep. 1 § 44.

ib. γένωμαι.] Vet. Int. quasi εὑρεθῶ, quod praecedit, hic iterum in textu repeteretur. Sed manus ipsius et oculus errasse videntur. SMITH. Interpol. εὑρεθήσομαι. Metaphrastes μὴ βαρὺς γένωμαι.

2. ἔσομαι μαθητὴς] Lactantius de Mort. Pers. § 16, 'Hoc est 'esse discipulum Dei, hoc est 'militem Christi.' PEARSON. Cf. Vindic. ii 9, p. 114. Pro ἀληθῶς, Metaphrastes ἀληθής, et mox τὸ σῶμά μου ἔτι ὁ κόσμος ὄψεται. Int. Vet. legebat ἀληθής, quam lectionem unice veram existimat Smithus. Pro ἔσομαι, uti et mox pro ὄψεται, tempus praesens exprimit Versio Curetoniana.

3. σῶμα] *cadaver.* Cf. S. Luc. xvii 37. BUNSEN. Euseb. ii 26, τὰς πόλεις μεστὰς ἀτάφων σωμάτων.

4. τὸν Χριστὸν] Syrus legebat τὸν Κύριον ἡμῶν.

ib. διὰ τῶν ὀργάνων] *Membra Ignatii a feris lacerata* intelligit Hornemannus. Ruchat. *les dents des bêtes féroces:* melius sane.

5. τούτων θυσία] Interseri debet Θεοῦ, ex fide Vet. Int. Vulg. Codd. habent Θεῷ. Abest vero apud Symeon. qui superflue addit καθαρά. SMITH. Curetonus interserit Θεῷ, Bunsenius Θεοῦ.

ib. ὡς Πέτρος καὶ Παῦλος] Horum meminit, quippe qui ex Sanctis Apostolis soli Christianis Romanis interfuerant. S. Petrus ante S. Paulum nominatur, uti in Clem. Rom. i § 5.

7. ἐλεύθεροι,] *Au dessus de*

Digitized by Google

miens gravis alicui [s] inveniar. Tunc ero discipulus verus Jesu Christi, quando [t] neque corpus meum mundus videbit. Orate Christum pro me, ut per organa ista Dei sacrificium inveniar. Non ut Petrus et Paulus praecipio vobis. Illi Apostoli, ego condemnatus; illi liberi, ego usque nunc servus. Sed si patiar, manumissus fiam Jesu Christi; ut * resurgam liber. Et nunc disco, vinctus, nihil [u] concupiscere.

[s] *alicui gravis* C.C.
[t] *quum* C. C.
* f. et.
[u] *nichil* C. C.

V. A Syria [x] usque Romam cum bestiis pugno,

[x] *Siria* C.C.

l'infirmité humaine, par l'abondante mesure de grace, qu'ils avoient reçue. RUCHAT.

ib. δοῦλος.] Bunsenius, *Ignatius und s. Zeit*, p. 58, colligit Ignatium revera servum fuisse, comprobante Ritschlio, *Alt-Kathol. Kirche*, p. 412, reclamante Baurio, p. 62.

8. Ἀλλ' ἐὰν πάθω,] Metaphrastes, Ἀλλ' ἐὰν θελήσητε.

ib. ἀπελεύθερος,] Vulg. Codd. hic optime consentiunt cum Vet. Int. ἀπελεύθερος γενήσομαι Ἰησοῦ Χριστοῦ. SMITH. Huic lectioni adstipulatur Curetonus. Metaphrastes in Codd. Laur. et Paris. 1490, 1531, ἀπελεύθερος Ἰησοῦ Χριστοῦ. Cf. I Cor. vii 22, ἀπελεύθερος Κυρίου, et Ep. ad Eph. § 8.

10. κοσμικὸν ἢ μάταιον.] Haec verba, nec a Vet. Int. nec a Syro et Armenio agnita, delenda videntur Smith. Hefel. Denzingero, p. 100, Merxio, p. 51. Delevit Dresselius.

11. Ἀπὸ Συρίας] Citatur integra haec sectio ab Euseb. H. E. iii 36, et Hieronymo in Script. Eccl. Catalogo: ex cujus translatione Latina novam Graecam concinnavit interpres ipsius Sophronius. Producuntur ista a Gilda quoque, in Epistola qua castigat Clerum Britanniae, sed ex Rufiniana Eusebii versione. USSER. Eusebii H. E. iii 36 versionem Syriacam videas ap. Curetonum, p. 202, Anglice redditam, p. 236. Hunc locum imitatus est Pseudo-Ignatius in init. Ep. ad Tars. Ἀπὸ Συρίας μέχρι Ῥώμης θηριομαχῶ· οὐχ ὑπὸ ἀλόγων θηρίων βιβρωσκόμενος. Cf. Menolog. Graec. Ὡς Παῦλος δεδεμένος θηρίοις λογίκοις ἐπὶ Ῥώμην ἔτρεχες.

ib. θηριομαχῶ,] Cf. I Cor. xv 32, Εἰ κατὰ ἄνθρωπον ἐθηριομάχησα ἐν Ἐφέσῳ κ. τ. λ. quem locum de certatione cum hominibus belluinis animis et moribus feris explicant. Curetonus, p. 231, *I am cast among beasts*; in versione autem Eusebii, *with beasts do I contend.*

ib. διὰ γῆς καὶ θαλάσσης,] Male haec suggillant quidam, quae recte explicari possunt, praesertim e Philone, p. 1028 B C, [ed. Turneb. et Hoeschel. de Leg. ad Caium, ii p. 583 ed. Mangey.] *terra marique: terra* sc. ab Antiochia ad Seleuciam, et jam nunc Smyrnae; *mari*, a

Digitized by Google

derium amplius et valde emphaticis verbis declarat.

γῆς καὶ θαλάσσης, νυκτὸς καὶ ἡμέρας, δεδεμένος δέκα λεοπάρδοις, ὅ ἐστι στρατιωτῶν τάγμα, οἳ καὶ εὐεργετούμενοι χείρους γίνονται. Ἐν δὲ τοῖς ἀδικήμασιν αὐτῶν μᾶλλον μαθητεύομαι· ἀλλ' οὐ παρὰ τοῦτο δεδικαίωμαι. Ὀναίμην τῶν θηρίων τῶν ἑμοὶ ἡτοι-

Seleucia ad Smyrnam. Vide Baronium A. 109 § 7. PEARSON. Ordine inverso, διὰ θαλάσσης καὶ γῆς, Syrus et Hieronymus. CURETON.

1. νυκτὸς καὶ ἡμέρας,] Sic Chrysostom. καὶ τῷ μήκει τῆς ὁδοῦ, καὶ τῷ πλήθει τῶν ἡμερῶν τὸ φρόνημα καταβάλλειν αὐτοῦ προσδοκῶν. ii 598 B ed. Ben.

ib. δεδεμένος] Custodia et miles una catena ligabantur, ut observavit eruditissimus Lipsius ad Tacitum. [Cf. Act. xii 6.] Recte admodum observatum est Holstenio ad Passionem S. S. Perpetuae et Felicitatis, prae oculis Ignatii fuisse morem bestiarios alligandi ad feras. Sed adversus Epistolam nostram insurgit infinitae vir lectionis Bochartus, in Hierozoico; [I iii 8,] ubi colligit, eam saeculo Constantini fuisse scriptam, ex eo quod vox *leopardi* (inquit) usurpari tunc coeperit; nec reperiatur in Romanis Scriptoribus ante Spartianum, Lampridium, Capitolinum, Vopiscum, Symmachum, &c. Quis vero docuit Bochartum, omnia vocabula eo demum aevo nata esse, quo in libris posita cernuntur? Bene tamen habet, quod, multo ante Constantinum, sub Severo, Scriptor Passionis SS. Perpetuae et Felicitatis non uno in loco *leopardorum* meminerit. Immo et adhuc antiquius esse id appellationis indicatur per haec verba Capitolini de Geta [Ael. Spartiani, p. 260 ed. Boxhorn.]; 'Familiare illi fuit 'has quaestiones Grammaticis 'proponere, ut dicerent singula 'animalia quo modo vocem 'emitterent: velut, agni balant, porcelli grunniunt, palumbes minurriunt, ursi saeviunt, leones rugiunt, *leopardi* 'rictant, elephanti barriunt, 'ranae coaxant, equi hinniunt, 'asini rudunt, tauri mugiunt; 'easque de Veteribus appro-'bare.' Atque etiam verisimile fit, Verrium Flaccum, saeculi Augusto Principe felicis scriptorem, *leopardos* nominasse. Legimus enim apud Festum; '*Bigenera* dicuntur animalia ex 'diverso genere nata, ut *leo*-'*pardus* ex leone et panthera.' De leopardis additur a Bocharto, id vocabulum apud Graecum alium auctorem non exstare, esse mere Latinum, pro quo Graece dicebatur λεοπάρδαλις, quamquam hoc non legerit. Ego, qui dictionum indices nunquam composui, notabam haec in Vita S. Antonii, tom. ii Opp. B. Athanasii p. 458, καὶ ἦν ὁ τόπος εὐθὺς πεπληρωμένος φαντασίας· λεόντων, ἄρκτων, λεοπαρδάλων, ταύρων, καὶ ὀφέων. [§ ix, tom. i P. 2 p. 803 ed. Ben.] COTEL. Hos eosdem locos congessit Pearsonus, pp. 91—94 P. ii Vindic. quae 1672 prodierunt, eodem scilicet anno

Digitized by Google

per terram et per mare, nocte et die; vinctus decem leopardis, quod est militaris ordo: qui et beneficiati deteriores fiunt. In injustificationibus autem ipsorum magis erudior: *sed non propter hoc justificatus sum.* Sortiar bestiis mihi esse

1 Cor. iv 4.

quo Coteler. priorem suam editionem evulgavit. Verba Spartiani, quae Capitolino tribuit Cotelerius, a Pearsono recte allegantur.

2. στρατιωτῶν τάγμα,] Vet. Int. non recte *τάγμα ordinem* transtulit. Τάγμα, *numerus militaris*. Vid. Vales. p. 249. [not. in Euseb. de Vit. Const. iv 52.] Alicubi idem significat in Eusebio quod apud nostrum, *manipulus*. Vid. Libanium in necem Juliani, p. 266 D, [Opp. ii ed. Morell.] ubi eleganter agit de ferocia et truculentia custodum et militum. PEARSON. Smith. et Cotel. ex Eusebio et vulg. Codd. reponunt στρατιωτικόν. Utrumvis legas, glossam sapit tota haec clausula. Dissimili ratione idem quod Bochartus colligit Dallaeus, qui somniat vocem *leopardus* Ignatii aevo fuisse militum certi cujusdam ordinis appellationem vulgarem; Ignatiique simulatorem, ducentesimo post Patris mortem anno, nomen ad antiquitatis speciem retentum interpretando, se nimia diligentia ipsum prodidisse. De Libb. Suppos. p. 313. Conf. Pearson. Vindic. ii 91.

3. εὐεργετούμενοι] Curetonus in Epist. p. 231, *who, even while I do good to them, do evil the more to me.* in Excerpt. ex Euseb. p. 237, *who, when we do good to them, they do evil.*

ib. χείρους γίνονται.] Scilicet quo plus pecuniae a fidelibus acciperent pro relaxatione vexationis, eo acrius ex intervallo S. Martyrem vexabant, quo majorem pecuniae vim extorquerent, et Christianos copiosius emungerent. PEARSON. Vindic. ii 139.

ib. ἀδικήμασιν] Vet. Int. legisse videtur ἀδικαιώμασιν; vel saltem in animo habuit barbaram hanc vocem. SMITH.

4. παρὰ τοῦτο] i. q. διὰ τοῦτο, sive ἐν τούτῳ. Verba haec, ut observat Usserius, Paulinis respondent, 1 Cor. iv 4, ἀλλ' οὐκ ἐν τούτῳ δεδικαίωμαι. Habentur ap. Eusebium, et in caeteris Codd., desunt vero apud Metaphrastam, ut inde, uti ex innumeris aliis, de hujus exscriptoris oscitantia certum faciamus judicium. SMITH. Cf. supra, p. 364 l. 2. Curetonus, *not on this account am I justified to myself.* p. 231.

5. Ὀναίμην] Chrysostomus, in Ignatii nostri Encomio, [§ 5, Opp. ii 599 ed. Ben.] Ἀκούσας ὅτι οὗτος αὐτὸν τῆς τιμωρίας ὁ τρόπος μένει, Ἐγὼ τῶν θηρίων ἐκείνων ὀναίμην, ἔλεγεν. Hieronymus in vita ejusdem, 'Utinam 'fruar bestiis.' USSER. Aliter Pearsonus, *potiar feris potius quam his leopardis.* Ap. Cureton. p. 231, *I rejoice in the beasts* . . . . in Excerpt. ex Euseb. p. 237, *I salute the beasts which are prepared for me.*

Digitized by Google

μασμένων, καὶ εὔχομαι ἕτοιμά μοι εὑρεθῆναι· ἃ καὶ κολακεύσω συντόμως με καταφαγεῖν, οὐχ ὥσπερ τινῶν δειλαινόμενα οὐχ ἥψαντο. Κἂν αὐτὰ δὲ ἄκοντα μὴ θελήσῃ, ἐγὼ προσβιάσομαι. Συγγνώμην μοι ἔχετε· τί μοι συμφέρει ἐγὼ γινώσκω· νῦν ἄρχομαι μαθητὴς εἶναι. Μηθέν με ζηλώσῃ τῶν ὁρατῶν καὶ ἀοράτων, ἵνα Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπιτύχω. Πῦρ καὶ

1. ἕτοιμά] Ap. Euseb. [H. E. iii 36] legitur etiam *σύντομα*. Sed Vossius legit *σύντονα*· neque aliter legisse videtur Rufinus, qui ita transtulit, *quae et ego opto acriores parari*: unde Vossii lectionem probat Valesius. PEARSON. Metaphrastes habet ἕτοιμα. Curetonus *σύντομα*, quod ap. Euseb. Strothius retinuit.

ib. ἃ καὶ κολακεύσω] Blanditiae istae et provocatio bestiarum homines nostros mirum in modum irritarunt; immemores tot exemplorum. Pauca de multis subjiciam ex probatis auctoribus. Germanicus ultro et alacriter in se attraxit et vi adegit bestiam. Epist. Smyrnensium. [§ 3. Vid. infra.] S. Cyprianus moram carnificis urgere tentabat. Pontius Diaconus. Quod convenit cum illis B. Polycarpi, κάλει θηρία· τί βραδύνεις; Trecenti viri, fide armati, se ictu rapidissimo jecerunt in ignem. Act. Pass. S. Cypriani. Agapius ursae, quae adversus ipsum dimissa fuerat, concito cursu obviam occurrit, seque ipsum bestiae devorandum obtulit. Euseb. de Mart. Palaest. Porphyrius flammam, qua circumseptus erat, longius distantem, hinc et inde ore abripuit. Nec disconvenit inter exempla Martyrum et Patrum doctrinam. Vide praesertim Hilarium in Psalm. lxv 10. [Opp. 180 F ed. Ben.] Gregor. Naz. Orat. xxii, et Severum, Epist. ad Aurelium. COTEL. Ruchatus confert. Ep. ad Polyc. § 2, et Const. Apost. i 2, τῇ ἰδίᾳ γυναικὶ μόνον βουλόμενος ἀρεσκεῖν, καὶ ταύτην κολακεύειν ἐντίμως. Addas Mart. Polycarpi § 3, et Pseudo-Clementis Hom. xii 25, ὑπ' ἐλέου κολακευθεῖσα ἐπέπειστο εὐεργέτις γενέσθαι.

2. συντόμως] Hesychius, διὰ βραχέων. Sed alibi, Συνειλημμένα· ἅμα, ὁμοῦ, συντόμως. Optat, ut bestiae non singulatim, sed simul communi laceratione comminuant. PEARSON. *I will provoke them to devour me speedily; and not as that which is afraid of some other man, and does not approach them.* Cureton. p. 231.

3. ἥψαντο.] ἧψατο. Euseb. in edd. Steph. Stroth. et Heinichen.

ib. ἄκοντα μὴ] Ita quoque Euseb. et Metaphrastes, respectu habito ad τὸ θηρίων, quod praecedit, hoc nimirum sensu: '*si* '*vero ferae quasi invitae, et a* '*naturali rabie cohibitae, noluerint.*' Vet. vero Int. et Interpol. ἑκόντα legebant, illud ad B. Martyrem referentes. SMITH.

Digitized by Google

paratis; et oro promptas mihi inveniri: quibus et blandiar cito me devorare; non quemadmodum quosdam timentes non tetigerunt. Sed et, si ipsae volentem non velint, ego vim faciam. Veniam mihi habete: quid mihi confert, ego cognosco. Nunc incipio discipulus esse; nihil me zelare visibilium et invisibilium, ut Jesu Christo fruar. Ignis

4. προσβιάσομαι.] ap. utrumque Syrum, *I will go with violence against them.* In Cod. Laur. Metaphrastes παραβιάσομαι. Dresselio non displicet παραβήσομαι quod in Menologio MSto Bibliothecae Vaticanae invenit.

ib. Συγγνώμην μοι ἔχετε,] Has voces, ab Armen. 1 praetermissas, in Armen. 2 Petermannus reddit, *Veniam facite mihi.* Cureton. in Ep. p. 231, *Know me from myself. What is expedient for me?* In Excerpt. p. 235, *Know me from myself, as to what is expedient for me.* In loco Euseb. p. 237, *Know me from myself. What is expedient for me I know.*

5. νῦν ἄρχομαι—εἶναι.] Haec non agnoscit Syrus. Cf. Ep. ad Eph. § 3. Pearsonus conferri jubet Irenaeum, II xlvii: i. e. ni fallor, hunc locum, ἵνα ἀεὶ μὲν ὁ Θεὸς διδάσκῃ, ἄνθρωπος δὲ διὰ παντὸς μανθάνῃ παρὰ Θεοῦ. II xxviii 3 ed. Massuet.

6. ζηλώσῃ] Legebat Vet. Int. una cum Eusebio ζηλῶσαι, uti Codd. vulg. modo infinitivo: non male quidem, praesertim si subaudiatur particula conjunctiva ὥστε, quae est conjectura Pearsoni. S. Hieronymus videtur legisse ζηλώσας, Rufinus autem ζηλώσαι modo optativo, aut ζηλώσῃ cum Cod. Colbert. ac si voluisset, '*nemo aut homi*'*num, aut Angelorum, sive* '*bonorum, sive malorum, hunc* '*mihi honorem invideat.*' Qui sensus hic optime quadrare videtur. SMITH. Sic Valesius quoque et Toupius. *Nemo mihi invideat hanc gloriam discipuli Christi, nemo me ab ejus complexu divellat.* Syrus ap. Cureton. p. 231, *Let nothing envy me of those that are seen, and that are not seen, that I should be accounted worthy of Jesus Christ.* Armen. 1, *Nunc credo fieri discipulum, non invidere quidquam mihi &c.* Armen. 2, *Nunc incipio fieri discipulus, et studeo non desiderare quidquam, et non beate praedicare visibilia aut invisibilia, ut Jesu Christo occurram.* Hesych. ζηλοῖ· φθονεῖ, ἐρίζει. Haec verba μηθὲν—ἀοράτων desunt in Metaphrasta sec. Codd. Par. et Laur.

7. Πῦρ καὶ σταυρὸς,] Exprimit tormenta Christianis adhiberi solita, et ad quodcunque eorum se paratum esse ostendit. De Diocletiano Lactantius, 'Sede'bat ipse, atque innocentes igne 'terrebat.' [de Mort. Pers. § 14.] Idem, 'Omnis sexus et 'aetatis homines ad exustionem 'rapti.' [ib. § 15.] Chrysostom. in descriptione novissimae persecutionis, tom. v Orat. 42, p. 275 33. [ed. Savil. οὐδεὶς

Digitized by Google

σταυρὸς, θηρίων τε συστάσεις, ἀνατομαὶ, διαιρέσεις, σκορπισμοὶ ὀστέων, συγκοπὴ μελῶν, ἀλησμοὶ ὅλου τοῦ σώματος, κακαὶ κολάσεις τοῦ διαβόλου ἐπ' ἐμὲ ἐρχέσθωσαν· μόνον ἵνα Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπιτύχω.

Morte vitam veram adsequi desiderat.

ς'. Οὐδέν μοι ὠφελήσει τὰ τερπνὰ τοῦ κόσμου, οὐδὲ αἱ βασιλεῖαι τοῦ αἰῶνος τούτου· μᾶλλόν μοι ἀποθανεῖν εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν, ἢ βασιλεύειν τῶν

παρελιμπάνετο κολάσεως τρόπος· πῦρ, καὶ σίδηρος, καὶ θηρίων ὀδόντες, καὶ κρημνοί, καὶ καταποντισμοί, καὶ βαράθρον, καὶ ξύλον, καὶ σταυρός, καὶ κάμινος, καὶ πάντα, ὅσα ὤφθη πώποτε, βασανιστήρια εἰς μέσον ἐφέροντο.] PEARSON.

1. συστάσεις,] Conf. Ep. ad Trall. § 5. Cotel. *concursus.* Wakius, *the companies;* Hefelius, *catervae;* Int. Veteri obsecutus uterque. Cui quidem interpretationi favet Excerpt. Euseb. versio Syriaca, *the collection of beasts*, Cureton. p. 237. Aliter ad hunc locum, pp. 231, 235, *the beasts that are prepared.* Valesius, *impetus:* quem sequuntur Wocherus, *der wilden Thiere wüthende Anfälle;* et Ruchatus, *les attaques de bêtes féroces.* Σύστασις exponitur ap. Plutarch. Vit. Poplic. § 21, tom. i p. 423 ed. Reisk. *apparatus bellicus, qui fit communi sensu.* Ap. Herodian. IV xv 9, VI iii 14, ἐκ συστάσεως ἡ μάχη, *proelium collato pede pugnatum.* Σύστασιν ἔχειν interpretantur *subsistere*, ap. Hippolyt. c. Noetum § 15, Routh. Script. Eccl. Opusc. i 73. τὴν ἐκ τῆς ἀγνοίας σύστασιν, *quidquid ex ignoratione coagmentatum fuerit, ignorantiae statum*, ap. Irenaeum, I xxi 4. Affertur σύστασις etiam pro *numerus militum* 32.

ib. ἀνατομαὶ, διαιρέσεις,] Has voces, ab Euseb. Hieronymo, Rufino, Intt. Vet. et Syro omissas, Vossius, Smith. Hefel. Denzingerus, Lipsius delendas esse monuerunt.

2. σκορπισμοὶ] *Dissipationes.* Ps. xxi 15 Διεσκορπίσθη πάντα τὰ ὀστὰ μοῦ· quod interpretatur Origenes per διασκεδασθῆναι. in Joan. p. 185. [ed. Huet. iv 198 B ed. Ben.] Lucian. 150 1, τὰ μὲν ξύλα πάντα χαμαὶ ἐσκόρπισεν ἀποσεισάμενος. Artemidor. ii 31, [p. 119 ed. Rigalt.] ἐπιδόσεις δὲ δημοσίους ἐπιδιδόναι παρ' ἑαυτοῦ, τοῖς μὲν νοσοῦσι θάνατον προαγορεύει, καὶ τῆς οὐσίας σκορπισμὸν καὶ διάλυσιν. Lactantius de Mort. Persecut. § 21, 'Quo-'rum artus quum dissiparentur.' PEARSON.

ib. συγκοπὴ] Ita quoque legebant S. Hieronymus, Symeon, et uterque Int. numero singulari. Eusebius vero et Graeci Codd. vulg. habent συγκοπαί, quos exprimit Rufinus. SMITH.

ib. ἀλησμοὶ] Ita Cod. Colb. ubi jam ὠστέων, μελλῶν. Metaphrastes in Codd. Par. et Laur. ἀλεσμοί. Eusebii Codd. exhibent ἀλεσμοί et ἀλησμοί. Illam et usitatiorem formam dat Valesius. *Contusiones*, Ruinartus.

3. κακαὶ κολάσεις] Hieronymus

Digitized by Google

et [y] crux, bestiarumque congregationes, dispersiones ossium, concisio membrorum, molitiones totius corporis, malae punitiones Diaboli in me veniant; solum ut Jesu Christo fruar.

[y] *et* deest C. C.

VI. Nihil mihi proderunt [z] termini mundi, neque regna saeculi hujus. Bonum mihi mori propter Jesum Christum, quam regnare super terminos

[z] *proderint* C. C.

[*tota*] *tormenta*, unde apud Sophronium *βάσανοι*, Rufinus *supplicia*. Puta has *κολάσεις* vetustissimis Christianis frequenti sermone usurpatas esse, qualium exempla non pauca memorantur. Hinc Celsus ap. Orig. p. 303, [ed. Spencer. vi § 42, tom. i p. 663 C ed. Ben.] *Ὁ τοῦ Θεοῦ παῖς ἆρα ἠττᾶται ὑπὸ διαβόλου· καὶ κολαζόμενος ὑπ' αὐτοῦ, διδάσκει καὶ ἡμᾶς τῶν ὑπὸ τούτου κολάσεων καταφρονεῖν.* Unde mihi videtur, Christianos ea aetate *punitiones diaboli* memorasse, tanquam a Christo praedictas. Orig. in Joan. 146 D, [ed. Huet. iv p. 157 D ed. Ben.] *διὰ μαστίγων καὶ πνευμάτων πονηρῶν.* Justinus 360, [ed. Morell. Dial. c. Tryph. § 131.] *Κολάσεις μέχρι θανάτου ὑπὸ τῶν δαιμονίων καὶ τῆς στρατιᾶς τοῦ διαβόλου.* Vid. Suid. *ἡμέρα πονηρά.* PEARSON. Euseb. simpliciter *κολάσεις*, quem sequitur Metaphrastes. Syrus. ap. Cureton. p. 231, *hard torments of the devil*; in Excerpt. p. 235, *evil crushings*; in Euseb. p. 237, *the torment of Satan*; in Hom. Severi, p. 247, *ten thousand sorts of torments*. Sensum hujus loci mirum in modum pervertit Grotius, Annot. in Ep. ad Rom. ix 3.

5. *ς'. Οὐδέν*] Cap. 6 deest in versione Syriaca, excepta unica sententia: *ὁ δὲ τοκετός μοι ἐπίκειται*, quam Syrus cum celeberrimis illis verbis e cap. 7 *ὁ ἐμὸς ἔρως ἐσταύρωται* conjungit. Exstat autem cap. 6 paene totum Syriace in Fragmento Timothei Alexandrini, ap. Cureton. p. 243. HEFELIUS.

ib. *μοι ὠφελήσει*] Ita Cod. Colb. Metaphrastes *με*. Sed *ὠφελεῖν* cum dativo construitur etiam ab optimis Scriptoribus. e. g. Aeschyl. Pers. 842, Soph. Antig. 560, Aristoph. Av. 420, Dindorf.; ab Aristotele, et serioris aevi auctoribus saepissime.

ib. *τὰ τερπνὰ*] Ita Metaphrastes quoque. Interpol. autem cum Int. Vet. *πέρατα*, quam lectionem tuentur Smith. et Hilgenfeldius, sequitur Wakius. Cf. Ep. ad Eph. § 3 extr. Armen. 1, *thesaurus*; Armen. 2, *termini*. Mox uterque legisse videtur *ἡ βασιλεία*.

6. *μᾶλλόν*] Ita Cod. Colb. *Rem majoris momenti* interpretatur Clericus. Sed *καλόν* legisse videtur cum Vet. Int. Interpolator et Metaphrasta, et Armen. 1. Timotheus Alex. ap. Cureton. p. 243, *It is better for me*, quemadmodum et Armen. 2. Petermannus in contextu *καλόν*.

7. *εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν*,] Rectius Vet. Int. et Interpol. *διὰ Ἰησοῦν Χριστόν*. Symeon *ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ*. SMITH. Nihil

Digitized by Google

περάτων τῆς γῆς. "Τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος, "ἐὰν κερδήσῃ τὸν κόσμον ὅλον, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ "ζημιωθῇ;" Ἐκεῖνον ζητῶ, τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντα· ἐκεῖνον θέλω, τὸν δι' ἡμᾶς ἀναστάντα· ὁ δὲ τοκετός μοι ἐπίκειται. Σύγγνωτέ μοι, ἀδελφοί· μὴ ἐμποδίσητέ μοι ζῆσαι, μὴ θελήσητέ μοι ἀποθανεῖν, τὸν τοῦ Θεοῦ θέλοντα εἶναι· κόσμῳ μὴ χαρίσησθε. Ἄφετέ με καθαρὸν φῶς λαβεῖν· ἐκεῖ παραγενόμενος, ἄνθρωπος Θεοῦ ἔσομαι. Ἐπιτρέψατέ μοι μιμητὴν εἶναι τοῦ πάθους τοῦ Θεοῦ μου. Εἴ τις αὐτὸν ἐν

correctionis opus. Cf. *εἰς Θεόν* Ep. ad Eph. § 12. *for the sake of Jesus Christ.* Fragment. ap. Cureton. p. 243.

1. *Τί γὰρ ὠφελεῖται*] Locus e Matt. xvi 26, otiose allegatus pro futili apparet additamento. Quod enim ad artificium etsi facillime aliquis potuit duci vocabulis *ὠφελήσει* et *βασιλεύειν—γῆς*, sensui tamen multum abhorret. Satis inepte enim vivida illa Ignatii atque acuta *μᾶλλόν μοι κ. τ. λ.* et *ἐκεῖνον ζητῶ*, quae quam arcta conjuncta sint necessitate nemo non videt, ratione ista interposita dirimuntur atque hebetantur. DUESTERDIECK. Metaphrastes, e S. Marco, viii 36, *καὶ ζημιωθῇ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ*. Locum e N. T. desumtum omittunt Syrus et Armenius, necnon Timotheus Alex. in libro c. Concil. Chalced. ap. Cureton. p. 243, et Excerpt. p. 235.

4. *ἐκεῖνον θέλω,—ἐπίκειται.*] Desiderantur haec apud Metaphrastam.

ib. *ὁ δὲ τοκετός*] Alludit ad illud S. Pauli ad Philipp. i 21, *καὶ τὸ ἀποθανεῖν κερδός*. Int. Vet. refert articulum *ὁ* ad Christum, parum, ut mihi quidem videtur, considerate. Hanc sententiam omiserunt Interpolator et Symeon. SMITH. Ruchatus, *C'est là le gain que je me propose de faire.* Vocis *τοκετός* pro *lucro* sumtae exempla proferre debebat Clericus, qui Smithum sequitur. Cf. Ep. ad Eph. § 19. Syrus, in Epist. p. 231, *The pains of the birth stand over me;* in Fragm. Timoth. Alex. p. 243, *The birth is set over me.* Inter Excerpt. p. 235, *And the pains of death stand.* Hilgenfeldius, *die Geburt zum Wahren Leben.* Toupius, ad oram versionis in exemplari suo, '*Partus, γένεσις*,' ad *τὰ γενέθλια, natalitia martyris*, respiciens, ut viro quidem eruditissimo Roberto Scott videtur.

5. *Σύγγνωτέ μοι,*] In Excerpt. ap. Cureton. p. 235, *Know me from myself*, uti *Συγγνώμην μοι ἔχετε* supra, p. 398 l. 4. In Epist. Syrus omnia omittit inter *μοι ἐπίκειται* et *ὁ ἐμὸς ἔρως* infra p. 464 l. 11.

6. *ζῆσαι,*] Ruchatus confert

Digitized by Google

terrae. Illum quaero, qui pro nobis mortuus est; illum volo, qui propter nos resurrexit. Ille lucrum mihi adjacet. Ignoscite mihi, fratres: non impediatis me vivere, non velitis me mori, Dei volentem esse; per mundum non separetis me, neque per materiam seducatis. Dimittite me purum lumen accipere: illuc adveniens homo * ero. Sinite me imitatorem esse passionis Dei mei. Si quis ipsum

* Deest Dei.

Ciceron. Somn. Scip. § 3, 'Ii 'vivunt qui ex corporum vin-'culis, tanquam e carcere evo-'laverunt; vestra vero quae 'dicitur vita, mors est.'

ib. *μοι ἀποθανεῖν,*] Lege *με*, ut habent vulgati Codd. Symeon, et Vet. Int. S. Martyr, in hisce circumstantiis constitutus, vitam productiorem quasi pro morte habuit. Hunc sensum paene attigit Interpolator, addendo, *θανατὸς γάρ ἐστιν ἡ ἄνευ Χριστοῦ ζωή.* SMITH. Vossius, Hefel. et Dressel. exhibent *με*.

7. *κόσμῳ μὴ χαρίσησθε.*] Rectius legebat Vet. Int. *διὰ κόσμου οὗ με χωρίζησθε*, 'Ne me sejun-'gatis a communione Dei, ul-'teriorem moram in *hoc mundo* 'intercessionibus vestris procu-'rando:' vel, si altera interpunctio sit admittenda, *Dei volentem esse, per mundum non separetis me.* SMITH. Legendum esse puto *χαρίσησθε, me Dei esse volentem mundo tradere nolite.* Haec lectio non solum optimum sensum praebet, sed etiam cum Fragmento Timothei Syriaco concordat, in quo legitur: *nolite efficere, ut in mundo degam.* Cod. Colb. habet *χαρήσησθε, mundo ne gaudeatis*, quod arctiori cum antecedentibus nexu caret. HEFEL. Cf. Act. xxv 11, *οὐδείς με δύναται αὐτοῖς χαρίσασθαι.* In ed. prima Hefel. *χωρίζησθε* dederat, in sec. *χαρήσησθε*, in quarta *χαρίσησθε*. Wakius Int. Vet. sequitur. Chevallier. *Rejoice not in the world.* Wocher. *Habet nicht Lust an der Welt.* Ruchatus legit *χαρίσησθε, ne m'accordez point au monde.* Clericus conjicit *συγχαρήσησθε*. Verba quae in Interpretatione sequuntur agnoscit Timothei Alex. Fragm. ap. Cureton. p. 243, *neither entice me by any thing material.* Armen. 2 quoque vertit ac si legisset *μήθ' ὕλῃ ἐξαπατᾶτε*, quae verba lunulis inclusa in ed. quarta admisit Hefelius.

9. *ἄνθρωπος Θεοῦ*] Vox *Θεοῦ*, ab Int. Vet. praetermissa, non agnoscitur in Excerpt. e Timoth. Alex. ap. Cureton. p. 243, *When I go thither I shall be a man.* Aliter in Fragm. p. 236, *When I am gone thither I shall be perfected in light.*

ib. *μιμητὴν εἶναι*] Hanc lectionem exprimit Versio Syriaca, in Excerpt. e Severo et Timotheo, ap. Cureton. pp. 243, 248, 250. In Severi Fragmento, p. 245, lectio varians, *μαθητὴν εἶναι*, memoratur. Cf. supra, p. 274 l. 3. Fragm. Syr. p. 357, *Permit thou me* &c.

10. *τοῦ Θεοῦ μου.*] Anastasius Sinaïta in *Ὁδηγῷ*, cap. xii, *Ἐά-*

Digitized by Google

ἑαυτῷ ἔχει, νοησάτω ὃ θέλω, καὶ συμπαθείτω μοι, εἰδὼς τὰ συνέχοντά με.

Denuo Romanos obtestatur, ne ad Deum contendenti obstaculo sint.

Ζ'. Ὁ ἄρχων τοῦ αἰῶνος τούτου διαρπάσαι με βούλεται, καὶ τὴν εἰς Θεόν μου γνώμην διαφθεῖραι. Μηδεὶς οὖν τῶν παρόντων ὑμῶν βοηθείτω αὐτῷ· μᾶλλον ἐμοῦ γίνεσθε, τοῦτ' ἔστιν τοῦ Θεοῦ. Μὴ λαλεῖτε Ἰησοῦν Χριστὸν, κόσμον δὲ ἐπιθυμεῖτε. Βασκανία ἐν ὑμῖν μὴ κατοικείτω· μηδ' ἂν ἐγὼ παρὼν παρακαλῶ ὑμᾶς, πείσθητέ μοι· τούτοις δὲ μᾶλλον πείσθητε, οἷς γράφω ὑμῖν. Ζῶν γράφω ὑμῖν, ἐρῶν τοῦ ἀποθανεῖν· ὁ ἐμὸς ἔρως ἐσταύρωται, καὶ οὐκ

σατε μιμητὴν εἶναι πάθους Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ μου. [Immo : Ἐάσατε μιμητὴν γενέσθαι τοῦ πάθους τοῦ Θεοῦ μου. p. 216 ed. Gretser.] Non legebat Vet. Int. in suo Codice Χριστοῦ, nec opus est : videtur addi explicationis causa. Quod vero ad ultima verba, τοῦ Θεοῦ μου, spectat, quum caeteri Codd. et ambo Int. consentiant, miror Symeonem ea omittere aut velle, aut posse, aut audere. SMITH. In Cod. Roe 22 Biblioth. Bodl. Ἐάσατέ με μιμητὴν γενέσθαι τοῦ πάθους τοῦ Θεοῦ μου. uti mihi indicavit doctissimus Cramerus.

2. συνέχοντά με.] Int. Vet. *continent*, potius *constringunt, coarctant*. Phrasis Scripturaria, S. Luc. viii 45, xii 50. PEARSON. In Timothei Alex. Fragm. *those things which encompass me.*

3. Ὁ ἄρχων] In animo habuisse videtur S. Johan. xvi 11, ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου. Cf. II Cor. iv 4.

6. ἐμοῦ γίνεσθε,] Int. Vet. *ipsi autem* &c. Hinc in sua editione reponit Cotel. αὐτοὶ δὲ μᾶλλον ἐμοὶ γένεσθε. Sed τῷ αὐτῷ, ut habet hic Codex, [Colbert.] cum quo consentiunt vulg. Codd. et Symeon, mihi magis placet, et ad antecedentem periochen potius referri videtur : ἐμοί etiam [ut in Metaphrastae Codd. Paris. et Laur.] retineri potest, modo cum Vossio πληθυντικῶς sumatur. Quod quum aliqui non intellexerint, quasi dativo casu singulari positum esset, ob analogiam Grammaticae substituerunt, τουτέστι, τῷ Θεῷ. SMITH. Marklandus monet ex praecedenti βοηθείτω subaudiendum esse βοηθοί post ἐμοῦ, quam vocem excidisse suspicantur Clericus et Bunsenius.

8. Βασκανία] *La jalousie* Ruchat. *Missgunst* Wocher. Eodem sensu hanc vocem posuisse Cyrillum Alex. et saepissime Chrysostomum, φθόνον καὶ βασκανίαν locis pluribus conjunxisse Philonem, docet G. Dindorfius, in nova Thesauri ed. Paris.

Digitized by Google

in seipso habet, intelligat quod volo; et compatiatur mihi, sciens quae continent me.

VII. Princeps saeculi hujus rapere me vult, et eam quae in Deum[a] meum sententiam corrumpere. Nullus igitur[b] praesentium de vobis adjuvet: ipsi autem magis mei fiatis, hoc est, Dei mei. Non loquimini Jesum Christum, et mundum concupiscatis. Invidia in[c] vobis non inhabitet: neque utique ego vos praesens deprecor[d], credere* mihi. His autem magis credite[e] quae scribo vobis. Vivens enim scribo vobis, deside-

[a] *Dominum* C. C.
[b] *ergo* C. C.
[c] *in* deest C. C.
[d] *ego praesens vos deprecor* C. C.
* f. credite.
[e] *Hiis magis vero credite* C. C.

ib. *μηδ' ἂν κ. τ. λ.*] Paullo aliter hanc sententiam, inde obscuratam, legisse videtur Vet. Int. eodem tamen sensu. SMITH. Lege *ὑμᾶς, μᾶλλον πείσθητέ μοι· τούτοις δὲ πείσθητε οἷς.* TOUP.

10. *Ζῶν γράφω*] Addenda est particula *γάρ* ex Int. Vet. aliisque Codd. Corruptissima sunt apud Metaphrast. *ἐξ ὧν γάρ.* SMITH. *γάρ* admisit Hefelius, lunulis inclusit Dresselius.

11. *ὁ ἐμὸς ἔρως ἐσταύρωται,*] Duplicem his verbis sensum tribuerunt Scriptores Ignatio posteriores, aliis per *amorem* intelligentibus *Christum*, aliis pro *concupiscentia rerum mundanarum* accipientibus. Pro priori sensu adduci potest triga antiquorum Scriptorum. Origenes enim in Prol. Comment. in Cant. Canticorum: 'Nec 'puto, quod culpari possit, si 'quis Deum, sicuti Joannes '*charitatem*, ita ipse *amorem* 'nominet. Denique memini 'aliquem Sanctorum dixisse, 'Ignatium nomine, de Christo, '*Meus Amor crucifixus est*; 'nec reprehendi eum pro hoc 'dignum judico.' [Opp. iii p. 30 ed. Ben.] Auctor Libri de Divinis Nominibus, qui sub Dionysii Areopagitae nomine editus est, cap. iv, *Καί τοι ἔδοξέ τισι τῶν καθ' ἡμᾶς ἱερολόγων, καὶ θειότερον εἶναι τὸ τοῦ ἔρωτος ὄνομα τοῦ τῆς ἀγάπης. Γράφει δὲ ὁ θεῖος Ἰγνάτιος, Ὁ ἐμὸς ἔρως ἐσταύρωται.* Denique a Cotel. citatus Theodorus Studita, Serm. Catech. iii, qui et Cod. 130 Barocc. exstat, *ὁ ἐμὸς ἔρως ἐσταύρωται* Χριστός. ubi Χριστός explicatio est. Recentiorum nomina plura sunt, quam ut recenseri possint. Quorum sententiae etiam subscripsit Tentzelius in Dissert., qua in istud S. Ignatii Apophthegma erudite commentatus est. Contra vox *ἔρως* ab aliis pro *rerum mundanarum amore* accipitur, velut ab Halloixio, Quaest. ii de Vita et Opp. Dionysii Areop.; [tom. ii p. 404 ed. Corder.] Natali Alexandro, Hist. Eccles. Saec. i, Diss. xxiii; D. Cavio, in Vita Ignatii. [p. 108.] Quibus olim praeivit Andreas Cretensis, Orat. in S. Georgium, p. 183, ut ex antecedentibus istius loci verbis colligitur. Uterque sensus sane

Digitized by Google

ἔστιν ἐν ἐμοὶ πῦρ φιλόϋλον, ὕδωρ δὲ ζῶν, καὶ λαλοῦν ἐν ἐμοὶ, ἔσωθέν μοι λέγον, "Δεῦρο πρὸς τὸν Πατέρα." Οὐχ ἥδομαι τροφῇ φθορᾶς, οὐδὲ ἡδοναῖς τοῦ βίου τούτου. Ἄρτον Θεοῦ θέλω, ἄρτον οὐράνιον, ἄρτον

pietati S. Ignatii, posterior tamen sequentibus ejus verbis magis congruit. Voce ἔρως autem Ignatius ideo usus est, quia *ἐπιτεταμένη ἀγάπη ἔρως λέγεται, dilectio vehementior dicitur amor*, Gregor. Nyss. Hom. xiii in Cant. Canticorum. [Opp. i 664 B Paris. 1638.] GRABIUS. Partes Antiquorum, qui haec verba de Christo crucifixo interpretantur, quam Neotericorum, qui de vanis hujus mundi cupiditatibus illa intelligi debere censent, tueri mallem. Illos Graeci communissime sequuntur, ut ex Menaeo ad 20 Decemb. de S. Ignatii die natali patet: Ὡς τετρωμένος ἔρωτι ἀγάπης τοῦ Κυρίου σου, Ὁ ἐμὸς ἔρως, ἐβόας, Χριστὸς ἐσταύρωται θέλων. SMITH. Armen. 1, *Amor meus crux est, meum desiderium crucifixum est, et non est apud me alius aestus amoris*. Priora verba bis vertit, primum ad textum Syriacum, deinde ad Graecum textum, quae versio proculdubio ex margine in textum irrepsit. Dixerim eum legisse καλόν pro λαλοῦν. PETERMAN. Ruchat. et Hilgenfeldius Origenem sequentes, *Jesum Christum* intelligunt; *cupidinem mundanam* Wocher. Uhlhorn. et Curetonus; minus recte. Haec verba legas in Epistolae versione Syriaca, et in Fragm. Dionysii ap. Cureton. pp. 231, 242.

1. πῦρ φιλόϋλον,] *Amans mundum et res mundi*. TOUP. Ignis materialis est φιλόϋλος; *amans materiae;* qua, nempe, alitur. Sed spiritualis ignis, quo urebatur Ignatius, materiae, h. e. rerum corporearum, amans non erat. Quod est nonnihil coactum, ut et sequentia, de aqua in eo loquente. Sed sancti viri sermo refertus est ejusmodi violentis adlusionibus. CLERICUS. Cum Cod. Colb. conveniunt Symeon et Menaeum Graecorum ad 20 Decembris. Sed longe praeferenda videtur vulgat. Codd. et Vet. Int. lectio, luxata quidem, sed quae absque vel unius literulae mutatione restitui possit: h. e. si, ut optime pro solita illius ἀγχινοίᾳ suggerit Pearsonus, legamus una voce φιλοῦντι pro φιλοῦν τι, i. e. ἐρῶντι· ubi distinctio adhiberi debet. Hac vero neglecta, Int. Vet. participium dativi casus, quod cum pronomine ἐμοί convenit, in duas voces dividens, posteriorem contra regulas Grammaticae cum sequente ὕδωρ (quo novam, eamque oppositam, sententiam incipere particula adversativa satis clare ostendit) plane aliud agens, perperam connectit. SMITH. Vossius ex Interpolatore punctorum notatione leviter immutata, reponit φιλοῦν τι ὕδωρ, *ignis qui in me est non amat aquam*, i. e. *refrigerium*. Pearsonum sequitur Curetonus in notis ad Vers. Syr. *and there is no fire in me for another love.*

ib. ὕδωρ δὲ—Πατέρα."] Haec

Digitized by Google

rans mori. Meum desiderium crucifixum est; et non est in me ignis amans aliquam aquam: sed vivens et loquens est in me, intus me dicit; "Veni "ad Patrem." Non delector cibo corruptionis, neque delectationibus vitae hujus. Panem Dei

S. Joh. iv 10, vii 38, 39.

S. Johan. vi 32, 35, 48, 51.

non agnoscit Int. Syrus. In Homil. 65 Severus exprimit *ἔσωθεν—ἐμὸν Πατέρα.*" Cureton. p. 247.

ib. *ὕδωρ δὲ ζῶν, καὶ λαλοῦν ἐν ἐμοί,*] Sic cum Cod. Colb. Metaphrastes, et Graeci in Menaeo, *ζῶν μᾶλλον καὶ λαλοῦν, Δεῦρο πρὸς τὸν Πατέρα· ὕδωρ τὸ ἁλλόμενον, τὸ ἐκ ζωῆς εἰς ζωήν.* Vulg. *ὕδωρ δὲ ζῶν, ἁλλόμενον ἐν ἐμοί*.. quae lectio Cotel. Pearson. et Smitho perplacet, ut nimirum Ignatius respexisse intelligatur ad S. Johan. iv 14. Jortinum si audias, *Remarks on Ecclesiastical History*, i p. 354, B. Pater hanc dicendi formulam sumsit a superstitione Ethnicorum, qui aquis fontium quorundam (e quibus sine dubio fuit Daphnensis prope Antiochiam) vim attribuerint bibenti mentem fatidicam reddendi; quas propterea *vocales* sive *loquentes* passim appellaverint: e. g. Statius, Sylv. I ii 6, V v 2; Anacreon, Od. xiii 7, *λάλον πιόντες ὕδωρ.* Aliter Frommannus, qui in Prolusione peculiari de hoc loco conscripta et Coburgi 1758 edita, ejusmodi allusiones ad profanorum auctorum dictiones a scribendi genere Ignatiano alienas esse putat; atque in Servatoris verbis, S. Johan. vii 38, dictionem *ὑδῶρ ζῶν* reperit; indidemque B. Patrem *τὸ ὕδωρ λαλοῦν* desumsisse suspicatur. Intelligit igitur per *ὕδωρ λαλοῦν* Spiritum Sanctum monitorem, sive, quod eodem redit, indicium de instanti morte a Spiritu Sancto Ignatio factum. Frommanno adstipulantur Hefelius in ed. tertia, Sprenger. Thesaur. Rei Patrist. i 470, et Hilgenfeldius, feliciter adducens Irenaeum, III xvii 2.

2. *ἔσωθέν*] *Ab intus, ab intra; ἐκ κοιλίας*, S. Johan. vii 38. PEARSON.

ib. *Δεῦρο*] S. Matt. xix 21. Beza, *adesdum*. S. Johan. xi 43, Act. vii 3. PEARSON.

3. *Οὐχ ἥδομαι*] Armen. 1, *Non desiderat senectus lac, et non voluptates mundi hujus.* Armen. 2 tantummodo habet, *Non desidero corruptibilem vitam hanc.* Reliqua hujus sententiae desunt. PETERMAN.

4. *Ἄρτον Θεοῦ*] Multa hic, quae occurrunt quoque apud Metaphrast. et in vulg. Codd. manifestam sapiunt interpolationem. Sed explicationibus, utut piis et orthodoxis, textus non erat temerandus. An hoc innuere velit S. Ignatius, se, omnibus eduliorum corruptioni obnoxiorum delectamentis, hujusque vitae voluptatibus ejuratis, non alium cibum et potum desiderare, praeter Eucharisticum; cui haec magnifica elogia maxime conveniunt? nec id si Baronio concederetur, video fidem Christianam inde quidquam damni passuram esse. Non autem nimis rigide ad regulas Graecae eloquentiae exigendus est stylus Ignatia-

Digitized by Google

ζωῆς, ὅς ἐστιν σὰρξ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, τοῦ γενομένου ἐν ὑστέρῳ ἐκ σπέρματος Δαβὶδ καὶ Ἀβραάμ· καὶ πόμα Θεοῦ θέλω τὸ αἷμα αὐτοῦ, ὅ ἐστιν ἀγάπη ἄφθαρτος, καὶ ἀένναος ζωή.

Η'. Οὐκ ἔτι θέλω κατὰ ἀνθρώπους ζῆν· τοῦτο δὲ ἔσται, ἐὰν ὑμεῖς θελήσητε. Θελήσατε, ἵνα καὶ ὑμεῖς θεληθῆτε. Δι' ὀλίγων γραμμάτων αἰτοῦμαι ὑμᾶς· πιστεύσατέ μοι. Ἰησοῦς δὲ Χριστὸς ὑμῖν ταῦτα φανερώσει, ὅτι ἀληθῶς λέγω, τὸ ἀψευδὲς στόμα, ἐν ᾧ ὁ Πατὴρ ἐλάλησεν ἀληθῶς. Αἰτήσασθε περὶ ἐμοῦ, ἵνα ἐπιτύχω. Οὐ κατὰ σάρκα ὑμῖν ἔγραψα, ἀλλὰ κατὰ γνώμην Θεοῦ. Ἐὰν πάθω, ἠθελήσατε· ἐὰν ἀποδοκιμασθῶ, ἐμισήσατε.

nus: quippe aliquid dandum est martyrii candidato, dum totus in contemplatione rerum spiritualium et coelestium defigebatur, si ejusmodi novis phrasibus uteretur, quae tamen facili ac bona interpretatione, prout aequum postulat, leniri possint. Iniquissimum ergo foret, si quis hac de causa in eum morose animadvertere velit, eo quod sanguinem Christi, vino Eucharistico repraesentatum, *τὴν ἀγάπην ἄφθαρτον* appellaverit; quum sanguis ille pretiosus, in cruce effusus, dici mereatur fundamentum charitatis Dei erga fideles in aeternum duraturae. An vero potius dicendum sit, S. Ignatium, sacramentalibus hisce locutionibus utentem, hoc tantum innuere, se jam, omnibus mundanis vanitatibus spretis abjectisque, morti propinquum, unicum hoc cupere, ut ad praesentiam Christi humana natura in coelis regnantis admitteretur, illic aeterna visionis Dei beatitudine fruiturus? Quae interpretatio, magis quam altera, ad mentem enthei Scriptoris congruere mihi quidem videtur. Vide vero Is. Casaubonum hac de re latius et doctissime disserentem, Exercit. xvi ad Annal. Eccl. Baronii, cap. 39. SMITH. De Sacramento Eucharistiae explicant Grabius et Wocherus; de communione quam per fidem Christiani habent cum Domino, hic agi putat Ruchatus; de ipsius Dei fruitione in coelo per martyrium, Usserius, Halloix. et Waterlandus, *Review of the Doctrine of the Eucharist*, cap. vi.

ib. *ἄρτον οὐράνιον, ἄρτον ζωῆς,*] Has voces ab Int. Vet. omissas, Syrus. ut videtur, non legebat. *The bread of God I seek, which is the flesh of Jesus Christ; and His blood I seek, a drink which is love incorruptible.* Petermannus, ad mentem Intt. Armen. exhibet *Ἄρτον Θεοῦ θέλω, ὅς ἐστιν*

Digitized by Google

volo; quod est caro Jesu Christi, ejus qui ex genere David: et potum volo sanguinem ipsius; quod est charitas incorruptibilis.

VIII. Non amplius volo secundum homines vivere: hoc autem erit, si vos velitis. Velite autem, ut et vos acceptemini. Per paucas literas deprecor vos: credite mihi. Jesus autem Christus vobis manifestabit haec, quoniam [f] vere dico; non mendax os, in quo Pater vere locutus est. Petite pro me, ut attingam. Non secundum carnem vobis scripsi; sed secundum sententiam Dei. Si patiar, voluistis; si reprobus efficiar, odivistis.

[f] *quia* C. C.

σὰρξ Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαβίδ· καὶ πόμα θέλω τὸ αἷμα αὐτοῦ, ὅ ἐστιν ἀγάπη ἄφθαρτος.

1. *ὅς ἐστιν*] Cod. Paris. *ὅ ἐστιν*.

ib. *τοῦ Υἱοῦ—Ἀβραάμ·*] Haec quoque non agnoscit Int. Syrus.

2. *ἐν ὑστέρῳ*] *in posteriori tempore*. Int. Vet. non agnoscit haec verba, quae habentur a Metaphrasta. Junius conj. *γενομένου ἐν ὑστέρᾳ*, i. q. *κατὰ σάρκα*.

3. *πόμα Θεοῦ*] Vocem Θεοῦ non agnoscunt Int. Vet. Syrus, Armenius.

4. *ἀγάπη ἄφθαρτος,*] His verbis Syrus durissime adnectit Ἀσπάζεται ὑμᾶς κ. τ. λ. MERX. Vide p. 410 l. 7.

ib. *καὶ ἀέναος ζωή.*] Has voces, ab Intt. Vet. Syro et Armen. 1 praetermissas, rejicit Lipsius. Curetonus suspicatur librarium nostrum ex Ep. ad Polyc. § 2, *ἀφθαρσία καὶ ζωὴ αἰωνίος*, assumsisse.

5. Η'. *Οὐκ ἔτι*] Caput octavum et noni pars major apud Syrum non leguntur.

ib. *κατὰ ἀνθρώπους*] *κατ' ἄνθρωπον*, phrasis Apostolica. PEARSON.

6. *θελήσητε.*] Ita quoque Symeon; sed Vetus Int. et vulg. codd. *θέλητε*, rectius. SMITH. Cod. Colb. recte se habet: non *θελήσατε*, uti in Aldrichii libro.

ib. *Θελήσατε, ἵνα*] Symeon *θελήσατε οὖν, ἵνα*—sed vulg. Codd. plane omittunt, et versiculum Gal. ii 20 interpolant, qui non solum in Cod. Colb. et ap. Vet. Int. ut vides, sed etiam ap. Symeonem abest. SMITH.

7. *Δι' ὀλίγων γραμμάτων*] *Breviter*: sicut *πηλίκοις γράμμασιν*, Gal. vi 11, plerique interpretantur, *quam copiose*. Vid. infra Ep. ad Polyc. § 7. Pro *αἰτοῦμαι* Vossius mallet *παρακαλῶ*.

11. *ἵνα ἐπιτύχω.*] Leg. *ἐπιτύχω Θεοῦ. Οὐ κατὰ*...TOUP.

12. *ἠθελήσατε·*] i. e. *amatis*

Digitized by Google

Ecclesiam Syriae precibus ipsorum commendat, et Ecclesiarum, per quas transiit, studia in se laudat.

Θ'. Μνημονεύετε ἐν τῇ προσευχῇ ὑμῶν τῆς ἐν Συρίᾳ ἐκκλησίας, ἥτις ἀντὶ ἐμοῦ ποιμένι τῷ Θεῷ χρῆται· μόνος αὐτὴν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐπισκοπήσει, καὶ ἡ ὑμῶν ἀγάπη. Ἐγὼ δὲ αἰσχύνομαι ἐξ αὐτῶν λέγεσθαι· οὐδὲ γὰρ ἄξιός εἰμι, ὢν ἔσχατος αὐτῶν, καὶ ἔκτρωμα· ἀλλ' ἠλέημαί τις εἶναι, ἐὰν Θεοῦ ἐπιτύχω. Ἀσπάζεται ὑμᾶς τὸ ἐμὸν πνεῦμα, καὶ ἡ ἀγάπη τῶν ἐκκλησιῶν τῶν δεξαμένων με εἰς ὄνομα Ἰησοῦ Χριστοῦ, οὐχ ὡς παροδεύοντα· καὶ γὰρ αἱ μὴ προσήκουσαί μοι, τῇ ὁδῷ τῇ κατὰ σάρκα, κατὰ πόλιν με προῆγον.

Concludit, commen-

Ι'. Γράφω δὲ ὑμῖν ταῦτα ἀπὸ Σμύρνης δι' Ἐφε-

me. MARKLAND. Conf. Ep. ad Magn. § 3.

ib. *ἐὰν ἀποδοκιμασθῶ,*] *Si reprobus efficiar, si repudier,* Marc. viii 31. PEARSON. Si a morte liberabor, quasi hoc honore quem tanto animi cum fervore ambio prorsus indignus. SMITH.

1. *ἐν Συρίᾳ*] Ergo non tantum in urbe, sed in provincia Syriae jurisdictionem habuit Ignatius: ut de Polycarpo loquitur Hieronymus. PEARSON. Cf. supra, p. 374 l. 6.

2. *τῷ Θεῷ*] i. e. Christo: ut ex immediate sequentibus clarissime liquet. Male ergo habet Interpolator, *τῷ Κυρίῳ, τῷ εἰπόντι, ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλός.* Hac enim superflua explicatione enervat testimonium, quod ubique in his Epistolis ingerit S. Ignatius, de Divinitate Christi. SMITH.

3. *ἐπισκοπήσει,*] Vet. Int. forte legebat *ἐπισκοπήσαι* modo optativo, et *αὐτός* pro *αὐτήν.* SMITH.

4. *ἡ ὑμῶν ἀγάπη.*] Phrasis S. Ignatio familiaris. Frustra addit Interpol. *εἰς αὐτόν·* charitas enim quam implorat, ad Antiochenos, potius quam ad Christum, debet referri. SMITH.

ib. *ἐξ αὐτῶν λέγεσθαι·*] Hutherus, p. 53, intelligit *ἐκ τῶν ποιμένων* vel *ἐπισκόπων.*

5. *ὢν ἔσχατος κ. τ. λ.*] Imitatur S. Paulum, I Cor. xv 8, 9. PEARSON. Verba *καὶ ἔκτρωμα* non reddidit Armen. 1, et pro *αὐτῶν* legisse videtur *τῶν ἀποστόλων αὐτῶν.* PETERMAN.

6. *ἠλέημαί τις εἶναι*] I Cor. vii 25, *ἠλεημένος ὑπὸ Κυρίου πιστὸς εἶναι.*

7. *Ἀσπάζεται*] Haec, ad capitis finem, si voces *οὐχ ὡς παροδεύοντα* excipias, agnoscit librarius Syrus.

ib. *ἡ ἀγάπη τῶν ἐκκλησιῶν*] Vide in Ep. ad Philad. [§ 11] *ἡ ἀγάπη τῶν ἀδελφῶν·* et ad Trall. §§ 3, 13, *ἡ ἀγάπη Σμυρναίων.* SMITH.

8. *εἰς ὄνομα*] *ὡς ὄνομα* Curetonus.

Digitized by Google

IX. Mementote in oratione vestra ejus quae in Syria [g] Ecclesiae, quae pro me pastore Deo utitur. Solus ipse [h] Jesus Christus vice Episcopi sit, et vestra charitas. Ego autem erubesco ex ipsis dici. Non enim sum dignus, existens extremus ipsorum, et abortivum; sed misericordiam consecutus sum aliquis esse, si Deo fruar. Salutat vos meus spiritus, et charitas Ecclesiarum, quae receperunt me in nomine Jesu Christi [i], ut non transeuntem. Etenim non advenientes mihi in via quae secundum carnem, secundum civitatem me praecesserunt.

X. Scribo autem [k] vobis haec a Smyrna [l] per

[g] *Siria* C.C.

[h] *ipsi* C.C.

[i] *Domini Jesu Christi* C.C.

[k] *igitur* C.C.

[l] *Smirna* C.C.

9. *οὐχ ὡς παροδεύοντα·*] Int. Vet. quasi legisset *ὡς οὐ*. Sed videtur esse error exscriptoris. *Non tanquam advenam, illas praetergredientem, sed tanto cum amore ac si essem illarum Episcopus.* SMITH. Has voces a Syro, utpote non intellectas, si Uhlhornio audias, omissas, Armenius uterque agnoscit.

ib. *αἱ μὴ προσήκουσαί μοι,*] Int. Vet. male. Potius, *ad me non spectantes; ad meam jurisdictionem non spectantes.* Interpres male putavit Ignatium per urbes illas peditem Smyrnam usque pervenisse. Sed cogita. Hic enim locus accuratam explicationem postulat, ut cum passione conspiret. PEARSON. Aliter Hefelius, *quae non ad viam sitae erant.* Particulam *μή* non agnoscit Syrus, neque Chrysostomus in Hom. in S. Ignat. *Αἱ γὰρ κατὰ τὴν ὁδὸν πόλεις συντρέχουσαι πάντοθεν ἤλειφον τὸν ἀθλητήν.*

10. *τῇ κατὰ σάρκα,*] Has voces Ruchatus librarii adsumentum esse censet, et in versione praetermittit. Rectius Hefelio *ἡ ὁδὸς ἡ κατὰ σάρκα, via terrestris*, videtur opponi viae illi, qua Ignatius per martyrium ad Deum pervenire sperabat. Versionem Syriacam ita exprimit Curetonus, *For even those who were near to the way in the flesh preceded* [*or came to meet me*] *me in every city.* pp. 231, 323.

11. *προῆγον.*] Προάγειν ut *προπέμπειν*, Tit. iii 13, dum ille mari, isti terra. PEARSON.

12. *Γ. Γράφω κ. τ. λ.*] Loco hujus cap. Syrus §§ 4, 5 Ep. ad Trall. versioni suae addidit; e capite vero nostro nil elegit, nisi verba ultima: *Ἔρρωσθε εἰς τέλος ἐν ὑπομονῇ Ἰησοῦ Χριστοῦ* [*Θεοῦ ἡμῶν*]. HEFELIUS. Inter *προῆγον* et *Πολλὰ φρονῶ* Curetonus inserit [*λοιπὸν οὖν ἐγγὺς εἰμι τοῦ προσελθεῖν εἰς Ῥώμην.*] *Now therefore being about to arrive shortly in Rome I know many things in God.*

Digitized by Google

dans nonnullos ipsorum benevolentiae.

σίων τῶν ἀξιομακαρίστων. Ἔστιν δὲ καὶ ἅμα ἐμοὶ σὺν ἄλλοις πολλοῖς Κρόκος, τὸ ποθητόν μοι ὄνομα. Περὶ τῶν προελθόντων με ἀπὸ Συρίας εἰς Ῥώμην εἰς δόξαν τοῦ Θεοῦ, πιστεύω ὑμᾶς ἐπεγνωκέναι, οἷς καὶ δηλώσατε ἐγγύς με ὄντα· πάντες γάρ εἰσιν ἄξιοι τοῦ Θεοῦ καὶ ὑμῶν· οὓς πρέπον ὑμῖν ἐστὶν κατὰ πάντα ἀναπαῦσαι. Ἔγραψα δὲ ὑμῖν ταῦτα τῇ πρὸ ἐννέα καλανδῶν Σεπτεμβρίων, [τουτέστιν Αὐγούστου εἰκάδι τρίτῃ]. Ἔρρωσθε εἰς τέλος, ἐν ὑπομονῇ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἀμήν.

1. Ἔστιν δὲ] In his Armen. 1 multum deflectit a Textu Graeco : *Sunt mecum et alii multi fratres dilecti.* Armen. 2 omisit vocem πολλοῖς. PETERMAN.

2. σὺν ἄλλοις πολλοῖς] Cf. Ep. ad Trall. § 12.

ib. Κρόκος,] Praepone particulam καί, ut habent Vet. Int. et Symeon. Crocus ab Ephesiis ad illi, versus illam urbem tendenti, occurrendum mittebatur. SMITH.

3. Περὶ τῶν προελθόντων με] Verisimillimum est, quosdam Christianos, relicta circa idem tempus Antiochia, recta via Romam petiisse. Hos novos hospites, vere pios probosque, quos Romanorum benevolentiae impensissime commendat, edoceri vult, se non longe ab ista urbe abfuturum. Non enim dubitandum erat, quin illi e Syria fratres, Romam longe maturius pertingentes, de Ecclesiarum Syriacarum statu, et praesertim de S. Ignatio ad bestias damnato, sigillatim certos reddidissent. Haec a Vet. Int. confunduntur, qui προσελθόντων cum Interpol. aut συνελθόντων cum Symeone, addito pronomine μοί, legisse videtur. Quid autem de suis praecursoribus scribat S. Ignatius, quum minime intellexerit Metaphrastes, totum illud penitus omisit, hisce tantummodo retentis : Ἔστι δὲ σὺν ἄλλοις πολλοῖς ἅμα ἐμοὶ καὶ Κρόκος, τὸ ποθητόν μοι ὄνομα τῶν συνελθόντων ἀπὸ Συρίας εἰς δόξαν Θεοῦ. Ἔγραψα κ. τ. λ. Verum si προσελθόντων retineatur, Vet. Int. versio, quae in ed. Usseriana, inserta parenthesi, (*quibus et manifestatis*) perplexa et vix cujuspiam boni sensus capax vi-

Digitized by Google

Ephesios digne beatos. Est autem et simul mecum cum aliis multis et Crocus, desideratum mihi nomen. De advenientibus mecum a Syria[m] in Romam, ad gloriam Dei, credo vos cognovisse; quibus et manifestatis prope me existentem. Omnes enim sunt digni Deo et vobis: quos decens est vos secundum omnia quietare. Scripsi autem vobis haec, in ea quae ante IX Kalendas Septembris[n]. Valete in finem, *in sustinentia Jesu Christi.*

[m] *Syria* C. C.

[n] *Septembrias* C. C. Apoc. i 9.

detur, hoc modo restitui potest: *De advenientibus* (h. e. *παρὰ τῶν παρελθόντων*, ut bene conjectatur Pearsonus) *mecum a Syria*, (qui simul egressi mecum ex Antiochia, compendiosiorem viam sectati sunt) *in Romam ad gloriam Dei, credo vos cognovisse*, viz. quicquid ad Ecclesias istas, quicquid ad me spectat: *quibus et manifestatis* (proculdubio pro *manifestabitis*, ita enim scribi oportuit) *prope me existentem.* SMITH. Armen. 1 omisit verba *πιστεύω——ὑμῶν*, ac videtur legisse *οὓς κατὰ πρέπον πάντας ἀνεπαύσατε*, vel *ἀναπαύσατε*. Armen. 2 omisit *καὶ ὑμῶν*. PETERMAN.

7. *Ἔγραψα δέ*] *δέ* non legitur apud Metaphrastam.

ib. *τῇ πρὸ ἐννέα*] Augusti igitur vicesimo quarto die Smyrnae scripsit Ignatius ad Romanos, apud quos postea passus est. Metaphrastes, *Σεπτεμβρίου*, nulla necessitate. *Kalendae Septembres* recte dicitur. Graeci solebant mensibus Romanorum uti. Vide Reines. p. 984, et alios. PEARSON. Conf. Mart. Ign. § 7, et Mart. Polyc. § 21.

8. [*τουτέστιν——τρίτῃ*].] Rectius *τετάρτῃ*. Haec autem verba, quae optimo jure, ut glossema manifestum, Smith. Clericus, Hefel. Dressel. Duesterdieck. et Arndtius rejiciunt, a Metaphrasta et Int. Vet. praetermissa, agnoscit uterque Armenius.

9. *Ἔρρωσθε εἰς τέλος,*] *Be ye perfectly safe.* Cureton.

10. *Ἀμήν.*] Vox *Ἀμήν* ex Ignatii calamo certe non exiit: nullius Recensionis brevioris Epistolae fini appositum reperitur. DRESSEL.

Digitized by Google

ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΥΣΙΝ ΙΓΝΑΤΙΟΣ.

ΙΓΝΑΤΙΟΣ, *ὁ καὶ Θεοφόρος, ἐκκλησίᾳ Θεοῦ Πατρὸς καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῇ οὔσῃ ἐν Φιλαδελφίᾳ τῆς Ἀσίας, ἠλεημένῃ, καὶ ἡδρασμένῃ ἐν ὁμονοίᾳ Θεοῦ, καὶ ἀγαλλιωμένῃ ἐν τῷ πάθει τοῦ* 5 *Κυρίου ἡμῶν ἀδιακρίτως, καὶ ἐν τῇ ἀναστάσει αὐτοῦ, πεπληροφορημένῃ ἐν παντὶ ἐλέει· ἣν ἀσπάζομαι ἐν αἵματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἥτις ἐστὶν χαρὰ αἰώνιος καὶ παράμονος, μάλιστα ἐὰν ἐν ἑνὶ ὦσιν σὺν τῷ ἐπισκόπῳ, καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις,* 10 *ἀποδεδειγμένοις ἐν γνώμῃ Ἰησοῦ Χριστοῦ, οὓς κατὰ*

1. ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΥΣΙΝ] Interpres, *Ad Philadelphicos*: potius *Philadelphenses*. Male posteriores, *Ad Philadelphenos*. Steph. *ὁ πολίτης Φιλαδελφεύς*. S. Hieronymus in Ignatio: 'inde 'egrediens, scripsit ad *Phi*-'*ladelpheos*.' [de Viris Illust. § 16.] Nam cives Philadelphiae Asiaticae *Φιλαδελφηνοί* non dicebantur, sed tantum Philadelphiae Syriacae. Josephus, init. lib. xx Antiq. Stephan. de Urb. *Φιλαδελφία πόλις Λυδίας ... Θεοδόσιος ἐπίσκοπος Φιλαδελφίας Λυδίας. ... Τρίτη Φιλαδελφία ἐπιφανὴς πόλις Συρίας*. PEARSON. Codex Caiensis, EPISTOLA IGNATII PHILADELPHICIS Quinta. Int. Vet. in vulg. quoque, *ad Philadelphicos*. Pearsonus statuit cives Philadelphiae Asiaticae non *Philadelphenos* dictos fuisse, sed tantum Philadelphiae Syriacae. Quae distinguendi ratio quibus argumentis probetur, nescio. Tacit. Ann. ii 47, et Plin. H. N. v 29, *Philadelphenos*. Haec Epistola ap. Int. Syrum non legitur; in Versione Armen. exstat.

4. *τῆς Ἀσίας*,] Ut ab iis distinguat, quae extra Asiam, immo ut ostendat eandem esse ad quam scripsit S. Johannes, Apoc. i 4, 11, iii 7. Ecclesiae in Asia eae sunt, i 11, Ephesus, Smyrna, Pergamus, Thyatira, Sardis, Philadelphia, Laodicaea. Ad tres ex his scripsit Ignatius. Trallenses etiam memorat *τῆς Ἀσίας*. PEARSON.

Digitized by Google

AD PHILADELPHENOS.

IGNATIUS, qui et Theophorus [a], Ecclesiae Dei Patris et Jesu Christi, quae est in Philadelphia Asiae, habenti propitiationem, et firmatae in concordia Dei, et exultanti in passione Domini Jesu Christi inseparabiliter, et in resurrectione ipsius certificatae in omni misericordia: quam saluto in sanguine Jesu Christi, qui est gaudium aeternum, et incoinquinatum, maxime si in uno sumus * cum Episcopo, et eis qui cum ipso Presbyteris et Diaconis, manifestatis in sententia Jesu Christi, quos

[a] *Theophorus* C. C.

* f. sint.

Philadelphia in Lydia cum aliis undecim urbibus terrae motu collapsa est A. D. 17. Plinius, Hist. Nat. v 18, memorat Philadelphiam in regione Decapolitana, quae a Josepho, Bell. Jud. III iii 3, in Peraea collocatur.

ib. ἠλεημένῃ, καὶ ἡδρασμένῃ] Ita recte Codd. ἐλεημένῃ καὶ ἡδρασμένῃ Pacaeus. ἐλεημένῃ καὶ ἑδρασμένῃ Usser. et Vossius. ἠλεημένῃ καὶ ἑδρασμένῃ Coteler.

6. ἀδιακρίτως,] i. e. *quae inseparabilis adhaeret passioni Christi.* HEFEL. καί post hanc vocem omittit Vossius.

7. ἐν αἵματι] Ruchatus exponit, quam saluto ut membrum verum Ecclesiae Catholicae, corporis mystici Domini, propter fidem quam in sanguine Jesu Christi habet. Aliter Hefelius, quam saluto in Christo, Salvatore nostro, qui sanguinis effusione Salvator noster est factus.

9. παράμονος,] *Gaudium stabile, et quod, nullis vicissitudinibus quae menti aegritudinem inducere solent obnoxium, perpetuo manet.* Vulg. Int. habet, *singulare*, vera et grammatica vocis notatione non intellecta. Vet. Int. *incoinquinatum*: ac si legisset ἄμωμος. [? πανάμωμος.] Occurrunt enim haec verba conjunctim in Ep. ad Magn. § 7, ἐν τῇ χαρᾷ τῇ ἀμώμῳ. Identidem reddit hanc vocem in Ep. ad Trall. [§ 1] ἄμωμον διάνοιαν. SMITH.

11. ἐν γνώμῃ] h. e. διὰ γνώμης, *juxta sententiam* et ordinationem *Christi* per Apostolos factam. SMITH. Cf. Ep. ad Magn. § 15, ἐν τιμῇ.

Digitized by Google

τὸ ἴδιον θέλημα ἐστήριξεν ἐν βεβαιωσύνῃ, τῷ Ἁγίῳ αὐτοῦ Πνεύματι.

Episcopum Philadelphenorum eximiis laudibus prosequitur.

Α'. Ὃν ἐπίσκοπον ἔγνων, οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ, οὐδὲ δι' ἀνθρώπων, κεκτῆσθαι τὴν διακονίαν τὴν εἰς τὸ κοινὸν ἀνήκουσαν, οὐδὲ κατὰ κενοδοξίαν, ἀλλ' ἐν ἀγάπῃ Θεοῦ Πατρὸς καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, οὗ καταπέπληγμαι τὴν ἐπιείκειαν, ὃς σιγῶν πλείονα δύναται τῶν μάταια λαλούντων· συνευρύθμισται γὰρ ταῖς ἐντολαῖς, ὡς χορδαῖς κιθάρα. Διὸ μακαρίζει μου ἡ ψυχὴ τὴν εἰς Θεὸν αὐτοῦ γνώμην, ἐπιγνοὺς ἐνάρετον καὶ τέλειον οὖσαν, τὸ ἀκίνητον αὐτοῦ καὶ τὸ ἀόργητον αὐτοῦ ἐν πάσῃ ἐπιεικείᾳ Θεοῦ ζῶντος.

Ut ei adhaereant,

Β'. Τέκνα οὖν φωτὸς [καὶ] ἀληθείας, φεύγετε

1. τῷ Ἁγίῳ] Bunsenius restituendum censet ex Int. Vet. τοῦ Ἁγίου αὐτοῦ Πνεύματος.

3. Ὃν ἐπίσκοπον] Sensus mancus videtur, nisi legamus Τὸν ἐπίσκοπον ὑμῶν. Ita habet Interpol. cum additamento, Θεασάμενος ὑμῶν τὸν ἐπίσκοπον. SMITH. Petermannus haud infeliciter verba Inscriptionis, καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ κ. τ. λ. tanquam in parenthesi posita accipit, ita ut initium Epistolae ad praecedentia σὺν τῷ ἐπισκόπῳ respiciat. Mihi quidem olim in mentem venerat Ὧν. Neque spiritum neque accentum habet haec vox in MSto, ubi vocales ο et ω saepissime permutantur. Librarius noster in init. hujus Ep. exscribendo summam incuriam exhibet. e. g. in § 1, habet τἀόργητον, ταὶεντολαις, εἰς τὸν κοινόν.

ib. οὐδὲ δι' ἀνθρώπων,] B. Paulum imitatur, ad Gal. i 1, ἀπόστολος οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων, οὐδὲ δι' ἀνθρώπου.

4. τὴν διακονίαν] Armenius cum versione Usser. legit τὴν οἰκονομίαν. PETERMAN.

ib. εἰς τὸ κοινὸν] Ita recte Libb. impr. et Interpolator. In Codd. Laur. et Casan. τὸν κοινόν.

5. ἀνήκουσαν,] Vide infra Polycarpi Ep. ad Phil. § 13.

ib. κενοδοξίαν,] Cf. Ep. ad Magn. § 11.

7. καταπέπληγμαι] Vet. Int. *obstupui*, h. e. *valde admiratus sum*. PEARSON. Sic Plutarch. Apophth. Reg. Opp. Moral. i 564 ed. Wyttenb. πάντων δὲ τὸ φρόνημα τοῦ ἀνδρὸς καταπλαγέντων. Diod. Sic. Excerpt. de Virtutibus et Vitiis, ii 617 ed. Wessel. καταπλήττεσθαι καὶ θαυμάζειν τὴν ἀρετήν. Alio prorsus sensu in Ep. ad Polyc. § 3.

ib. ἐπιείκειαν,] *modestiam*. PEARSON. Cf. D. Paul. ad Philipp. iv 5.

Digitized by Google

secundum propriam voluntatem firmavit in firmitudine Sancti Spiritus ipsius *.

*Al. Sancto ipsius Spiritu.

I. QUEM Episcopum cognovi, non a seipso neque per homines possedisse administrationem in commune convenientem, neque secundum inanem gloriam, sed in charitate Dei Patris et Domini Jesu Christi; cujus obstupui mansuetudinem, qui silens plura potest his qui vana loquuntur. Concordes enim estis mandatis, ut chordis [b] cithara. Propter quod beatificat mea anima eam quae in Domini ipsius sententiam; cognoscens virtuosam et perfectam existentem, immobile ipsius et inirascibile in omni mansuetudine Dei viventis.

[b] *cordis* C. C.

II. Filii igitur lucis et veritatis, fugite parti-

ib. *ὃς σιγῶν*] Cf. Ep. ad Eph. §§ 6, 15. Episcopi modestiam laudat, qui se mitem erga immorigeros gessit, et tacuisse visus est; isthoc tamen silentio potentior, potestate episcopali tempore commodo majori cum fructu usurus, quam ii qui effraeni verborum profusione, aures et mentes Christianorum conturbant. SMITH. Ruchatus confert Macarium: *Βίος ἄνευ λόγου πλεῖον ἐνεργεῖν πέφυκεν ἢ λόγος ἄνευ βίου. Ὁ μὲν γὰρ σιγῶν ὠφελεῖ, ὁ δὲ καὶ νοῶν ἐνοχλεῖ· εἰ δὲ καὶ λόγος καὶ βίος συνδραμοῦνται εἰς ἓν, φιλοσοφίας ἁπάσης ἀποτελοῦσιν ἄγαλμα.* Apophthegm. Opusc. pp. 234, 5.

8. *συνευρύθμισται*] Interpol. *συνήρμοσται*, quae vox occurrit in Ep. ad Eph. § 4. Hic vero casibus inversis, *ὡς χορδαῖς κιθάρα*, quia de solo Episcopo loquitur, quem cum populo suo convenientem repraesentat. Perperam ergo reddit Vet. Int. SMITH. Armenius, *Patiens est et consentiens mandatis divinis, sicut chordae citharae*, ac si legisset *ὡς χορδαὶ κιθάρᾳ*. PETERMAN. Cod. Laur. recte se habet, non *συνευρίθμισται*, sicut in Aldrichii editione. Falsus erat Smithus, eo quod interpretationem Pearsonianam, *concordis enim est*, lectionem esse Cod. Caiensis existimavit.

11. *τέλειον*] Ita Codd. non *τελείαν*, uti in libb. impressis. Τέλειος communis generis est plerumque apud scriptores Atticos.

ib. *τὸ ἀόργητον αὐτοῦ*] Vocem *αὐτοῦ* secundum Intt. Lat. et Interpolatorem, expunxit Petermannus.

13. *Τέκνα*] Ὡς ab Interpolatore praemissam non agnoscit Armenius.

Digitized by Google

rejectis falsis doctoribus, monet;

τὸν μερισμὸν, καὶ τὰς κακοδιδασκαλίας· ὅπου δὲ ὁ ποιμήν ἐστιν, ἐκεῖ ὡς πρόβατα ἀκολουθεῖτε· πολλοὶ γὰρ λύκοι ἀξιόπιστοι ἡδονῇ κακῇ αἰχμαλωτίζουσιν τοὺς Θεοδρόμους· ἀλλ' ἐν τῇ ἑνότητι ὑμῶν οὐχ ἕξουσιν τόπον.

unitati studeant,

Γ'. Ἀπέχεσθε τῶν κακῶν βοτανῶν, ἅστινας οὐ γεωργεῖ Ἰησοῦς Χριστὸς, διὰ τὸ μὴ εἶναι αὐτοὺς φυ-

ib. φωτὸς [καὶ] ἀληθείας,] Particulam *καί* inserendam esse ex Int. Vet. cum Smitho et Galland. duxi: ita locum interpretantur Armenius, Wakius, Ruchat. et Wocherus. Interpol. post μερισμόν frustra interserit τῆς ἑνότητος.

1. κακοδιδασκαλίας·] Verbum κακοδιδασκαλεῖν habes ap. Clem. Rom. ii § 10.

ib. ὅπου δὲ] Ita cum Cod. Laur. et Int. Vet. Edd. ante Dresselium, qui scripturam Cod. Casanatensis ὅπου μέν praetulit.

ib. ὁ ποιμήν] Armenius, *et ubicunque sit pastor orthodoxus, eum sequimini sicut crucem sanctam.* PETERMAN.

3. λύκοι] S. Paulus, Act. xx 29, λύκοι βαρεῖς. Eusebius in praef. H. E. Auctor. Resp. ad Quaest. 4, [ad calcem Opp. Just. M. p. 443 ed. Ben.] Δι' ἣν αἰτίαν λύκοι βαρεῖς ὑπὸ τοῦ Ἀποστόλου ὠνομάσθησαν οἱ τῶν αἱρέσεων ἀρχηγοί. Rhodon vocavit Marcionem λύκον Ποντικόν. [Euseb. H. E. v 13] Ita Nazianz. Orat. xxxiv, p. 537, [tom. i ed. Paris. 1609,] Λύκος Ἀραβικός, καὶ ἀλλόφυλος. Cyril. Hierosol. Catech. vii, [p. 63 C Paris. 1631.] συναγελάζου τοῖς προβάτοις, φεῦγε τοὺς λύκους, τῆς ἐκκλησίας μὴ ἀναχώρει. PEARSON.

ib. ἀξιόπιστοι] Putaret aliquis legendum esse ἀναξιόπιστοι· sed haereticos intelligit, qui, quum fide digni maxime videntur, tum fallunt. Aristides de Oratione Politica, p. 654, [inter Rhetor. Ald. Ven. 1508,] ἀξιοπιστίας δὲ καὶ τὸ ἐπικαταψεύδεσθαι, &c. Hi sunt, Ep. ad Trall. § 6, κατ' ἀξίαν πιστευόμενοι. Gloss. *Tetricus, durus, severus.* Αὐστηρός, σοβαρός, ἀξιόπιστος. De haereticis Epiphanius, Haer. xix, τὸ πεπλασμένον σοβαρόν, καὶ πρὸς ἀπάτην ἕτοιμον. Ita apud Euseb. Pseudo-Prophetae describuntur, ii 20, ex Josepho, et v 16. De Themisone Montanista antiquus Auctor apud Euseb. H. E. v 18, ὅτι δὲ καὶ Θεμίσων, ὁ τὴν ἀξιόπιστον πλεονεξίαν ἠμφιεσμένος, quem locum nullus Interpretum intellexit. PEARSON. Ἀξιόπιστος non tantum accipitur de illis, qui fide digni sunt; sed etiam de iis, qui tales videntur. Ita quoque Lucianus Alexandro ψευδομάντει adtribuit orationem πιθανὴν καὶ ἀξιόπιστον, καὶ ὑποκριτικὴν τοῦ βελτίονος. [§ 5, Opp. v p. 67 ed. Bipont. de *animae temperatura* autem loquitur Lucianus.] VOSSIUS. Expressius in Ep. ad Polyc. [§ 3] οἱ δοκοῦντες ἀξιόπιστοι εἶναι.

Digitized by Google

tionem, et malas doctrinas: ubi autem Pastor est, illic ut oves sequimini. Multi enim lupi fide digni Act. xx 29. delectatione mala captivant in Deum cursores: sed 2 Tim. iii 6. in unitate vestra non habent locum.

III. Recedite a malis herbis, quas non colit Jesus Christus: propter non esse ipsas planta- S. Matt. xv 13.

SMITH. Armenius paullum a Textu Graeco deflectit: *qui inflati (superbientes) cogitant pessima, et cupiunt pervertere cursus festinantium in viis Dei.* PETERMAN. Bunsenius exhibet ἄγριοι, ἄπιστοι. Cotel. *fide digni habiti.* Aliter prorsus Ruchatus, *loups qui méritent d'être reconnus pour tels.* Interpol. λύκοι κωδίοις ἠμφιεσμένοι· *pellibus ovium induti;* respiciens proculdubio ad S. Matt. vii 15. Vocem ἀξιόπιστος saepe per ironiam adhiberi docet Dorvillius in Charit. p. 555.

ib. ἡδονῇ κακῇ] Impurarum cupiditatum permissu et indulgentia: quod Gnosticis aliisque haereticis exprobrarunt Apostoli et antiquissimi Ecclesiae Scriptores. SMITH. Nescio an hic locus quodammodo alteri lectioni opituletur, supra p. 366 l. 3.

ib. αἰχμαλωτίζουσιν] II Tim. iii 6. Hoc expressit Irenaeus in Praefatione de haereticis sui temporis: Διὰ τῆς πανούργως συγκεκροτημένης πιθανότητος παρεισάγουσι τὸν νοῦν τῶν ἀπειροτέρων, καὶ αἰχμαλωτίζουσιν αὐτούς· [§ 1, p. 2 ed. Massuet.] et paullo post, αἰχμαλωτίζουσιν ἀπὸ τῆς ἀληθείας τοὺς μὴ ἑδραίαν τὴν πίστιν... διαφυλάσσοντας. [I iii 6, p. 18.] PEARSON.

4. Θεοδρόμους·] Minus feliciter Hefelius, *qui ad Deum currunt.* Rectius Cotel. et Holstenius, *qui in Dei stadio currunt.* Cf. I Cor. ix 24, et Clem. R. i §§ 6, 7. Christiani, uti monet Smithus, voluptatum praestigiis irretiti, flaccescunt et praeda fiunt hosti animarum. Vocabulum Θεοδρόμος, si Suicerum excipias, non agnoscunt Lexica. Cognatum quidem Θεοδρομῶν expositum videas ap. Suidam et Phavorinum. Alio sensu usus est Ignatius in Ep. ad Polyc. § 7. Plura dabit Schwarzius in Observ. de Θεοδρόμοις Ignatii, in Miscell. Lips. Nov. i 223.

ib. ἀλλ' ἐν τῇ ἑνότητι] Ita in Cod. Laur. ubi, Salvinii cura ac diligentia freti, articulum deesse affirmant Aldrichius et Russelius.

ib. οὐχ ἕξουσιν] Int. Vet. et Armenius οὐκ ἔχουσιν legebant, quam lectionem veram esse suspicor, nam Cod. Laur. exhibet οὐκ ἕξουσιν. Cf. Rom. xv 23, μηκέτι τόπον ἔχων.

6. Ἀπέχεσθε κ. τ. λ.] Vet. Int. *Recedite.* An legit ἀπέρχεσθε? sed et ita vertit in Epist. ad Trall. § 6. PEARSON. Cf. Ep. ad Trall. § 21.

7. διὰ τὸ——Πατρός.] Haec verba non agnoscit Armenius.

ib. αὐτοὺς φυτείαν] αὐτάς ex Int. Vet. et Interpolatore legendum autumant Vossius aliique, quibus adstipulatur Hefelius. Cod. Aug. quoque sec.

Digitized by Google

τείαν Πατρός. Οὐχ ὅτι παρ' ὑμῖν μερισμὸν εὗρον, ἀλλ' ἀποδιυλισμένον. Ὅσοι γὰρ Θεοῦ εἰσὶν καὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ, οὗτοι μετὰ τοῦ ἐπισκόπου εἰσίν· καὶ ὅσοι ἂν μετανοήσαντες ἔλθωσιν ἐπὶ τὴν ἑνότητα τῆς ἐκκλησίας, καὶ οὗτοι Θεοῦ ἔσονται, ἵνα ὦσιν κατὰ 5 *Ἰησοῦν Χριστὸν ζῶντες. Μὴ πλανᾶσθε, ἀδελφοί μου· εἴ τις σχίζοντι ἀκολουθεῖ, βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομεῖ· εἴ τις ἐν ἀλλοτρίᾳ γνώμῃ περιπατεῖ, οὗτος τῷ πάθει οὐ συγκατατίθεται.*

Pacaeum habuit *αὐτούς*. Similem metaphoram de haereticorum doctrina habes in Ep. ad Trall. § 6.

1. Οὐχ ὅτι] Ex hoc loco et e §§ 7, 8 Whistonus conjecit, Ignatium ipsum aliquamdiu Philadelphiae commoratum fuisse; sed verisimilius est, legatos tantum Philadelphensium ad ipsum Troade degentem venisse. More suo Ignatius ita loquitur, ac si in legatis totam Ecclesiam Philadelphensem conspexisset. HEFELIUS. Etsi quomodo factum sit, ut in oppidum illud pervenerit Ignatius, a recta ad Troadem via satis distans quidem, haec res parum liquet, neque vero ex ipsa Epistola necessitate quadam consequens est; sed, quum nave veheretur Ignatius Seleucia ad Troadem, Smyrnam tantum appulsum esse eum suspicor, quo misissent legatos Ephesini, Magnesiani, Tralliani; in Troade autem recepisse videtur legatos Philadelphenorum, Epistolamque rursus ad illos scripsisse. DUESTERDIECK. Whistonum secuti sunt Dressel. et Hilgenfeldius.

2. ἀποδιυλισμένον.] Scribo ἀποδιυλισμόν. Nihil certius. VOSSIUS. Vet. Int. *abstractionem*, quae licet mala versio sit, [*excolationem* Cotel.] veram tamen lectionem indicat. Idem enim in epigraphe Ep. ad Rom. ἀποδιυλισμένοις reddidit *abstractis*. Legit igitur ἀποδιυλισμόν, quod rectum, *separationem factam*, *defaecationem*, *percolationem*, quod Interpol. exprimere non potuit, ideoque prudens omisit; et ejus Interpres in epigraphe Epist. ad Rom. ἀποδιυλισμένοις reddidit *ablutis*. Hic autem ablutionem reddere non potuit. διυλιζόντες S. Matt. xxiii 24. Clemens Alex. Paed. i 96, *Gnostici*, inquit, *vocabant meliorum recordationem* διυλισμὸν τοῦ πνεύματος, *percolationem spiritus*. Quam ipse sic interpretatur, διυλισμὸν δὲ νοοῦσι, τὸν ἀπὸ τῆς ὑπομνήσεως τῶν ἀμεινόνων, τῶν χειρόνων χωρισμόν. [p. 117 ed. Potter.] Idem Christianos dicit διυλιζομένους βαπτίσματι. [ibid.] ἔν τε πόνοις καὶ ταλαιπωρίαις ψυχὴ γενομένη, εἰς διυλισμὸν αὐτῆς. Ita Valentiniani ap. Iren. I xi, [I xiv 8, p. 73 ed. Massuet.] unde Clemens explicandus est. PEAR-

Digitized by Google

tionem Patris. Non quoniam apud vos partitionem inveni; sed abstractionem. Quotquot enim Dei sunt et Jesu Christi, isti cum ipso* sunt: et quotquot utique poenitentes veniunt in unitatem Ecclesiae, et isti Dei erunt; ut sint secundum Jesum Christum viventes. Non erretis, fratres mei. Si quis schisma facientem sequitur, regnum Dei non haereditat: si quis in aliena sententia circumambulat, iste passioni non concordat.

* l. Episcopo, ut ad Eph. § 3, ad Smyrn. § 8.

SON. Singulari ratione hanc vocem interpretatus est Armenius, qui totam sententiam ita vertit: *Non quod schismata existunt in vobis, sed clamor* seu *jubilatio.* PETERMAN. Cf. etiam Excerpt. e Script. Prophet. ad calcem Opp. Clem. Alex. p. 991 ed. Potter. *σημεῖον γοῦν ... τοῦ καὶ πνεύματα ἀκάθαρτα συμπεπλεγμένα τῇ ψυχῇ διυλίζεσθαι ἀπὸ τῆς γενέσεως τῆς καινῆς τε καὶ πνευματικῆς.* Wakius vertit, *all manner of purity.* Holstenius, *animum purum et defaecatum.* Wocher. *eine geläuterte Reinheit.* Hilgenfeld. *eine Lauterung der Gemeinde von haeretischen Elementen.* Kistius retinet *ἀποδιυλισμένον*, jubetque subaudire *μερισμόν.*

4. *μετανοήσαντες*] Vid. infra p. 428 l. 15. Haec de haereticis et schismaticis dicta, non adeo adjuvant Catholicam doctrinam contra Montanistarum errorem, ut omnino necesse fuerit ea in illa controversia adhiberi. Ostendunt vero nobis ex Tertulliano viri docti, objecta fuisse Montano multo clariora non pauca: v. gr. historiam de Johanne Apostolo et de juvene quodam, ap. Euseb. H. E. iii 23 ex Clem. Alex. Epistolam Clem. Rom. §§ 7, 8, 9, 51, &c. finem Dialogi cum Tryphone a Justino Martyre conscripti, et multa Irenaei loca. COTEL.

5. *ἐκκλησίας, καὶ οὗτοι*] Ita MSS. Vossius *καί*, quod in exscribendo omiserat, mox ex Int. Vet. inserendum monuit.

6. *Μὴ πλανᾶσθε,—κληρονομεῖ·*] Hunc locum inter Excerpta varia legas ap. Cureton. p. 249 ... *he who cleaveth to him who rendeth the Church.*

8. *ἐν ἀλλοτρίᾳ γνώμῃ*] *In falsa doctrina.* *ἀλλοτρία γνώμη* idem est quod *ἑτεροδοξία.* VEDELIUS. Cf. Ep. ad Trall. § 6, *ἀλλοτρίας βοτάνης, ἥτις ἐστὶν αἵρεσις.* Ep. ad Rom. Inscr. *ἀλλοτρίου χρώματος.*

9. *οὐ συγκατατίθεται.*] Vet. Int. *non concordat.* Potius, *non credit, non praebet assensum.* *Λύσεις τοιαῦται συγκατάθεσιν ἐπισπώμεναι.* Origen. in Johan. 76 A, [ed. Huet. Opp. iv p. 82 ed. Ben.] *πιστευόντων συγκατάθεσις*, p. 86 D. [ib. p. 93 ed. Ben.] PEARSON. *Non consentit* huic veritati, Christum unimirum sanguine suo fundasse Ecclesiam, quam schismate convellit et evertere conatur. In-

Digitized by Google

et una Eucharistia utantur.

Δ'. Σπουδάσατε οὖν μιᾷ εὐχαριστίᾳ χρῆσθαι· μία γὰρ σὰρξ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἓν ποτήριον εἰς ἕνωσιν τοῦ αἵματος αὐτοῦ· ἓν θυσιαστήριον, ὡς εἷς ἐπίσκοπος, ἅμα τῷ πρεσβυτερίῳ, καὶ διακόνοις τοῖς συνδούλοις μου, ἵνα ὃ ἐὰν πράσσητε κατὰ Θεὸν πράσσητε.

Amorem erga illos declarat, et preces illorum expetit; ipsos etiam Prophetas in Christum

Ε'. Ἀδελφοί μου, λίαν ἐκκέχυμαι ἀγαπῶν ὑμᾶς, καὶ ὑπεραγαλλόμενος ἀσφαλίζομαι ὑμᾶς· οὐκ ἐγὼ δέ, ἀλλ' Ἰησοῦς Χριστός, ἐν ᾧ δεδεμένος φοβοῦμαι μᾶλλον, ὡς ἔτι ὢν ἀνάρπαστος. Ἀλλ' ἡ προσευχὴ ὑμῶν εἰς Θεόν με ἀπαρτίσει, ἵνα ἐν ᾧ κλήρῳ ἠλεήθην, ἐπι-

terpol. οὗτος οὐκ ἔστι Χριστοῦ, οὔτε τοῦ πάθους αὐτοῦ κοινωνός· perperam omnino, nec ad mentem sensumque S. Martyris. SMITH. Perperam etiam Wocherus, *der hat am Leiden (Christi) keinen Theil.* Paullum obscurius Wakius, *he agrees not with the passion of Christ.* Ruchatus, *un tel* [homme] *n'ajoute point foi à la passion* [du Seigneur.] Fragm. Syr. ap. Cureton. p. 233, *hath not consented to the passion of Christ.* Συγκατατίθεσθαι, sensu *probare, assentiri*, usurpant Plato in Gorgia, § 122, et Plutarchus, de Repugn. Stoic ad finem. Cf. II Cor. vi 16, τίς δὲ συγκατάθεσις ναῷ Θεοῦ μετὰ εἰδώλων;

1. Σπουδάσατε] Ita Codex uterque. Libb. impr. sequuntur Vossium, qui tacite reposuit Σπουδάζετε. Hefelius conferri jubet ἑτοιμάσατε, Act. xxiii 23. Non sine jure suspicantur Viri doctissimi idem eo tempore accidisse quod in Ecclesia Corinthiaca D. Paulus, I Ep. xi 17–22, reprehendit.

ib. εὐχαριστίᾳ] De gratiarum actione Int. Vet. et Fragm. Syr. Melius, ut abunde docet σάρξ et ποτήριον in contextu, de Coena Domini Usser. et Coteler. qua quidem significatione hanc vocem positam habes apud Justin. Mart. Apol. i § 66, Καὶ ἡ τροφὴ αὕτη καλεῖται παρ' ἡμῖν Εὐχαριστία. p. 83 ed. Ben. apud Irenaeum, adv. Haer. IV xviii 5, Ὡς γὰρ ἀπὸ γῆς ἄρτος προσλαμβανόμενος τὴν ἔκκλησιν τοῦ Θεοῦ, οὐκέτι κοινὸς ἄρτος ἐστίν, ἀλλ' Εὐχαριστία, κ. τ. λ. p. 251 ed. Massuet.; apud Origen. c. Celsum, viii, Opp. i p. 784 ed. Ben. Ἔστι δὲ καὶ σύμβολον ἡμῖν τῆς πρὸς τὸν Θεὸν εὐχαριστίας, ἄρτος Εὐχαριστία καλούμενος. Hefelius conferri jubet Rothium, *Anfänge* p. 470, Muenscherum, *Lehrbuch. d. Dogmengesch.* i 496, et J. E. Pfeifferum de Ignatio, Communioni privatae adverso. Erlang. 1764.

2. μία γὰρ σὰρξ—ὡς εἷς ἐπίσκοπος,] Cf. Cornelii Ep. ad Cyprianum, ap. Routh. Rel. Sac. iii 19, 'Nec enim ignora-

Digitized by Google

IV. Studete igitur una gratiarum actione uti. Una enim caro Domini nostri Jesu Christi, et unus calix in unionem sanguinis ipsius, unum altare, et * unus Episcopus, cum Presbyterio et Diaconis conservis meis; ut quod facitis, secundum Deum faciatis.

* f. ut.

V. Fratres mei, valde effusus sum diligens vos, et superexultans corroboro vos: non ego autem, sed Jesus Christus, in quo vinctus timeo magis, ut adhuc imperfectus [e]. Sed oratio vestra me perficiet, ut in qua haereditate propitiationem

[e] *adhuc existens imperfectus.* C. C.

' mus unum Deum esse et unum ' Christum esse Dominum, quem ' confessi sumus, unum Spiritum ' Sanctum, unum episcopum in ' catholica ecclesia esse debere.'

7. *ἀγαπῶν*] Ita recte se habet MS. non *ἀγαπᾶν*, sicut ex Salvinio dedit Aldrichius. Armenius, *valde ligatus sum amori vestro.*

10. *ἀνάρπαστος.*] Hoc vocabulum satis bene Ignatio convenire ostendunt Vossius et Pearsonus. Nam eos qui ex provinciis revocabantur, et violenter quodammodo retrahebantur proprie *ἀναρπάστους* dixere Veteres. Josephus, Antiq. Jud. XIV viii 4, p. 662 ed. Hudson. *Δικαίως δὲ ἔλεγεν Ἀριστόβουλον μὲν εἰς Ῥώμην ἀνάρπαστον γεγονέναι.* al. Codd. *ἀνάσπαστον.* Dixerit itaque Ignatius sese quidem esse ligatum et abductum e provincia sua, nondum tamen certum esse de fine suo, et propterea nondum perfectum. Ego autem non dubito quin vera lectio sit *ἀναπάρτιστος, nondum perfectus,* sicut viris illis doctissimis, Hefelio et Arndtio visum est. *ἀναπάρτιστος* habet Interpol. atque ita proculdubio legebant Int. Vet. et Armenius. Proxime sequitur *ἀπαρτίσει*; infra § 9 habemus *ἀπάρτισμα*; et in Ep. ad Eph. § 3 locum parallelum, *εἰ γὰρ καὶ δέδεμαι κ. τ. λ.* Wakius, *ἀνάρπαστος* vertit, *as being yet only in the way to suffering.* Wocherus, *ἀναπάρτιστος, als noch unvollendet;* Ruchatus, *comme n'étant point encore accompli.*

ib. *ἡ προσευχὴ ὑμῶν*] Conf. p. 300 l. 8 p.

11. *εἰς Θεόν*] Haec verba non reperiuntur apud Int. Vet. et Armenium. PETERMAN.

ib. *ἀπαρτίσει,*] Vox a Philosophis usurpata, ut a Phavorino synchrono, quem saepissime corripit Phrynichus, ut minus Atticum. *Ἀπηρτισμένον, ἀπήρτικα, καὶ τὰ ἀπὸ τούτων ἅπαντα σόλοικα.* PEARSON. Lobeck. ad Phryn. p. 447 docet vocem *ἀπαρτίζειν* apud Hippocratem, Aristotelem, aliosque, reperiri.

ib. *ἠλεήθην,*] Interpolator *ἐκλήθην.* Armenius, *ita ut dignus fiam portionis hujus, et in ea requiescam.*

Digitized by Google

sperasse et ab eo salutem consequutos fuisse.

τύχω· προσφυγὼν τῷ εὐαγγελίῳ ὡς σαρκὶ Ἰησοῦ, καὶ τοῖς ἀποστόλοις ὡς πρεσβυτερίῳ ἐκκλησίας. Καὶ τοὺς προφήτας δὲ ἀγαπῶμεν, διὰ τὸ καὶ αὐτοὺς εἰς τὸ εὐαγγέλιον κατηγγελκέναι, καὶ εἰς αὐτὸν ἐλπίζειν, καὶ αὐτὸν ἀναμένειν· ἐν ᾧ καὶ πιστεύσαντες ἐσώθησαν ἐν ἑνότητι Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὄντες ἀξιαγαπητοὶ καὶ ἀξιοθαύμαστοι ἅγιοι, ὑπὸ Ἰησοῦ Χριστοῦ μεμαρτυρημένοι, καὶ συνηριθμημένοι ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τῆς κοινῆς ἐλπίδος.

Nec tamen Judais-

ς'. Ἐὰν δέ τις Ἰουδαϊσμὸν ἑρμηνεύῃ ὑμῖν, μὴ

ib. ἐπιτύχω·] Salvinius conjicit, Θεοῦ ἐπιτύχω, προσφυγὼν τῷ ἐπισκόπῳ ὡς τῷ εὐαγγελίῳ.

1. προσφυγὼν] Pearson. et Smith. mallent προφύγωμεν, ut cum sequenti ἀγαπῶμεν melius conveniret. Toupius reponit προσφύων vel προσφύωμεν. Lessingius totum locum ita refingit: προσφυγὼν τῷ Ἐπισκόπῳ ὡς σαρκὶ Ἰησοῦ, καὶ τοῖς Πρεσβυτέροις τῆς Ἐκκλησίας ὡς Ἀποστόλοις· καὶ τοὺς Διακόνους δὲ ἀγαπῶ ὡς προφήτας Χριστὸν καταγγέλλοντας. *Theolog. Nachlass.* pp. 124, 187, probante Muenschero, qui conferri jubet Ep. ad Smyrn. § 8, et Const. Apost. ii 30. *Handbuch der Christl. Dogmengeschichte*, i p. 290 ed. 1802.

ib. τῷ εὐαγγελίῳ——καὶ τοῖς ἀποστόλοις] h. e. ad Novum Testamentum. Sic enim locuti sunt vetustissimi Christiani. Καὶ τοὺς προφήτας, h. e. Vetus Testamentum a Prophetis scriptum. PEARSON. Niemeyerus in Fries. et Schroeter. *Oppositionsschrift*, i 2 p. 14, hunc locum ita explicat. Εὐαγγέλιον est summa vitae et actorum Jesu; ἀπόστολοι, narrationes Apostolorum de Christo. Sensus: adhaereo iis, quae Christus praedicavit et fecit, quasi adhuc ipse viveret; adhaereoque narrationibus Apostolorum, quasi ipsi adhuc ut quondam presbyterium Ecclesiae constituerent. Sed et Prophetas V. T. recipio, quippe qui Jesum annuntiaverint. Cf. quoque Rothium, *Anfänge*, p. 732, et Gieseler. *über d. Entstehung der schriftl. Evangelien* p. 157, qui ante Niemeyerum monuerat εὐαγγέλιον nostri loci non de scripto Evangelio esse accipiendum. HEFELIUS. Cum Pearsono stant Usserius et Westcottus, *Introduction to the Study of the Gospels*, p. 386.

ib. ὡς σαρκὶ Ἰησοῦ,] Hieronymus, vel quisquis author fuit Comment. illorum in Ps. cxlvii, 'Ego corpus Jesu, Evangelium 'puto: S. Scripturas, puto doc-'trinam ejus.' [tom. vii Append. p, 385 ed. Vallars.] Vid. Clem. Alex. Paedag. i 6, [pp. 121—126 ed. Potter.] Origen. in Levit. Hom. 7, [§ 5, tom. ii

Digitized by Google

habuero, potiar; confugiens Evangelio ut carni Jesu, et Apostolis ut Presbyterio Ecclesiae. Sed et Prophetas diligamus; propter et ipsos in Evangelium annunciasse, et in Christum sperare, et ipsum expectare: in quo et credentes salvati sunt, in unitate Jesu Christi existentes digne dilecti, et digne admirabiles sancti, a Jesu Christo testificati, et connumerati in Evangelio communis spei.

VI. Si autem [*quis*] Judaïsmum interpretetur

p. 225 ed. Ben.] et Euseb. Caesar. lib. iii [§ 12] Eccles. Theologiae, c. Marcellum Ancyranum. USSER. *ut ad Christum adhuc viventem, et ad Apostolos, quasi adhuc gubernarent.* HEFEL. Cf. Pearson. Vindic. ii 14, p. 586 ed. Churton.

2. *ἀποστόλοις ὡς πρεσβυτερίῳ*] Apostolos vocat presbyteros Ecclesiae. Sic S. Petrus se presbyterum vocat, 1 Ep. v 1. Sic quidem etiam putant S. Johannem se presbyterum vocare, II Ep. 1, III 1. Apostoli sunt presbyteri Ecclesiae universalis, non particularis. Dicuntur autem Apostoli presbyteri Ecclesiae universalis, per allusionem ad ordinem qui erat olim in Ecclesiis particularibus. Quemadmodum enim in Ecclesia aliqua particulari primus erat Episcopus, cui postea immediate suberant presbyteri, sic in Ecclesia universali primus est Christus princeps Episcoporum, proximum locum tenent Apostoli tanquam presbyteri. VEDELIUS.

3. *τοὺς προφήτας*] Infeliciter Eichhornius aliique exponunt de Doctoribus Christianis, quales Eph. iv 11 memorantur. Cf. infra, § 9, et Ep. ad Magn. § 8, ad Smyrn. § 7.

4. *κατηγγελκέναι*,] Sic infra § 9, *κατήγγειλαν εἰς αὐτόν*. sc. *Χριστόν*. *because they were the heralds of the Gospel.* Westcott. Cf. infra p. 436 l. 4.

ib. *εἰς αὐτὸν ἐλπίζειν*,] Vossius et Smithus mallent *εἰς Χριστόν*, quemadmodum legisse videntur Armenius et Int. Vet. Lessius monet *τό* subaudiendum esse ante *ἐλπίζειν* et *ἀναμένειν*, ita ut hi infinitivi de *κατηγγελκέναι* pendeant.

6. *ἀξιαγαπητοὶ*] Armenius, *et illi digni sunt amore propter pura opera, quos testificatur Dominus noster Jesus Christus fideles reputari in Evangelio, quod est spes nostra.*

8. *συνηριθμημένοι*] '*Prophetae* 'cum Apostolis *in Evangelio* '*connumerati*:' utpote de quibus utrisque insigne testimonium illic reliquit Christus. SMITH. Leg. *συνηρυθμημένοι*, ut § 1. MARKLAND. Conf. Ep. ad Magn. § 8.

10. *Ἰουδαϊσμὸν*] Cf. Ep. ad Magn. §§ 8, 9, 10.

ib. *ἑρμηνεύῃ*] Vet. Int. *inter-*

Digitized by Google

mum admittendum esse, cujus doctores columnis sepulchralibus similes sunt.

ἀκούετε αὐτοῦ. Ἄμεινον γάρ ἐστιν παρὰ ἀνδρὸς περιτομὴν ἔχοντος Χριστιανισμὸν ἀκούειν, ἢ παρὰ ἀκροβύστου Ἰουδαϊσμόν. Ἐὰν δὲ ἀμφότεροι περὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ μὴ λαλῶσιν, οὗτοι ἐμοὶ στῆλαί εἰσιν καὶ τάφοι νεκρῶν, ἐφ' οἷς γέγραπται μόνον ὀνόματα ἀνθρώπων. Φεύγετε οὖν τὰς κακοτεχνίας καὶ ἐνέδρας τοῦ ἄρχοντος τοῦ αἰῶνος τούτου, μήποτε θλιβέντες τῇ γνώμῃ αὐτοῦ ἐξασθενήσητε ἐν τῇ ἀγάπῃ· ἀλλὰ πάντες ἐπὶ τὸ αὐτὸ γίνεσθε ἐν ἀμερίστῳ καρδίᾳ. Εὐχαριστῶ δὲ τῷ Θεῷ μου, ὅτι εὐσυνείδητός εἰμι ἐν ὑμῖν, καὶ οὐκ ἔχει τις καυχήσασθαι, οὔτε λάθρα οὔτε φανερῶς, ὅτι ἐβάρησά τινα ἐν μικρῷ ἢ ἐν μεγάλῳ· καὶ πᾶσι δὲ, ἐν οἷς ἐλάλησα, εὔχομαι ἵνα μὴ εἰς μαρτύριον αὐτὸ κτήσωνται.

Quomodo, Spiritu impellente, praesens il-

Ζ'. Εἰ γὰρ καὶ κατὰ σάρκα μέ τινες ἠθέλησαν πλανῆσαι, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα οὐ πλανᾶται, ἀπὸ Θεοῦ

pretetur: nimis stricte et dilute. Ἑρμηνεύειν majus aliquid significat. Celsus ap. Orig. iii 146, [ed. Spencer. § 58, I 485 ed. Ben.] οὐδὲ δυνήσονται τοῖς παισὶν ἑρμηνεύειν ἀγαθόν. PEARSON. Codd. habent ἑρμηνεύῃ ἡμῖν, errore manifesto ex ῃ immediate praecedente, quem in Laur. tacite correxit Vossius.

2. περιτομὴν ἔχοντος] Multi enim Judaei Christianam fidem amplexi sunt, contra quos Judaeum disputantem introduxit Celsus non diu post mortem Ignatii; et Origenes, qui toto saeculo et amplius post Celsum scripsit, male respondit, ii 56. PEARSON. Pax Ecclesiae Philadelphensis a quibusdam turbabatur, qui se Judaeos profitebantur. Conf. Apoc. iii 9. Vide infra § 8.

ib. Χριστιανισμὸν] Quaere, an ut Antiochiae primo nomen Χριστιανός, ita ab Ignatio [Antiochiae Episcopo] primum usurpata vox Χριστιανισμός? PEARSON.

3. ἀκροβύστου] S. Paulus saepe ἀκροβυστία utitur, nunquam ἀκρόβυστος. Sed illi dicitur ὁ ἐν ἀκροβυστίᾳ, I Cor. vii 18, et ita ἀκρόβυστος opponitur τῷ περιτεμνομένῳ sive περιτετμημένῳ. PEARSON.

4. στῆλαί] *Columnae sepulchrales.* Ut in Euseb. H. E. ii 23, Thucyd. i 93, ii 43, Herodot. vii 228.

5. τάφοι νεκρῶν, κ. τ. λ.] Simile illud Laberii de seipso;

Sepulcri similis nihil nisi nomen retineo.

Seneca, Epist. 55, 'Nunquam 'aliter hanc villam Vatia vivo

Digitized by Google

vobis, non audiatis ipsum. Melius est enim a viro circumcisionem habente Christianismum audire, quam ab habente praeputium Judaïsmum. Si autem utrique de Jesu Christo non loquantur, isti mihi columnae sunt et sepulchra [f] mortuorum; in quibus scripta sunt solum nomina hominum. Fugite igitur malas artes, et insidias principis saeculi hujus [g]; ne forte tribulati sententia ipsius, infirmemini in charitate. Sed et omnes in id-ipsum fiatis, in impartibili corde. Gratias autem ago Deo meo, quoniam bonam habens conscientiam ego sum in vobis; et non habet aliquis [h] gloriari, neque occulte neque manifeste, quoniam gravavi aliquem in parvo vel in magno. Sed omnibus [i] in quibus locutus sum oro, ut non in testimonium ipsum possideant.

[f] *sunt illi sepulchra* C. C.

[g] *et principis hujus seculi insidias* C. C.

[h] *alias* C. C.

2 Cor. xi 9.

[i] *Sed et omnibus* C. C.

VII. Si enim et secundum carnem me quidam voluerunt seducere; sed Spiritus non seducitur,

'praeteribam, quam ut dice-'rem; *Vatia hic situs est.*' VOSSIUS. Eodem modo haereticos cippis et titulis mortuorum comparat Hieronymus, lib. ii Comment. in Osee, cap. x. [tom. vi 105, 6, ed. Vallars.] USSER. Mox perperam Interpol. *ὀνόματα νεκρῶν ἀνθρώπων.* Cf. Ep. ad Smyrn. § 5.

6. *κακοτεχνίας*] Vid. not. in Ep. ad Polycarpum, § 5. Clem. Alex. Strom. vi 10, *εἰς προφυλάξιν τῶν κακοτεχνούντων λόγων.*

8. *ἐξασθενήσητε*] Ita recte Interpolator. Codd. in quibus *αι* saepissime pro *ε* scribuntur, exhibent *ἐξασθενήσεται*, cujus lectionis vitiorum alterum retinent Voss. Usser. Smith. Dresselius, dum reponunt *ἐξασθενήσετε*. Vocem *ἐξασθενῆσαι* usurpat Irenaeus, c. Haer. I ii 3, p. 10 ed. Massuet.

12. *ἐβάρησά τινα*] i. e. nemini jugum Judaismi imponere studui. Cf. II Cor. xii 13. HEFELIUS.

14. *εἰς μαρτύριον*] '*Ut illud* 'quod dixi non cedat in testimo-'nium contra ipsos.' SMITH. Cf. Ep. ad Trall. § 12.

ib. *κτήσωνται.*] Cod. Laur. pro *κτήσωνται*, quam veram esse lectionem probant Cod. Casan. Vet. Int. et Interpolator, habet *κτίσωνται*, eodem errore quem notavi in Ep. ad Smyrn. § 10.

16. *πλανῆσαι,*] *Esse deceptorem.* MARKLAND. Cf. II Tim. iii 13, Apoc. xii 9.

ib. *τὸ Πνεῦμα*] Spiritus S. in corde Ignatii habitans. Vid. Tillemont. *Mémoires*, ii 193.

Digitized by Google

lis unitatem et imitationem Christi inculcaverit.

ὃν· οἶδεν γὰρ "πόθεν ἔρχεται, καὶ ποῦ ὑπάγει," καὶ τὰ κρυπτὰ ἐλέγχει. Ἐκραύγασα μεταξὺ ὢν, ἐλάλουν μεγάλῃ φωνῇ· "Τῷ ἐπισκόπῳ προσέχετε, καὶ τῷ "πρεσβυτερίῳ, καὶ διακόνοις." Οἱ δὲ †πτέσαντές† με, ὡς προειδότα τὸν μερισμόν τινων, λέγειν ταῦτα· μάρτυς δέ μοι ἐν ᾧ δέδεμαι, ὅτι ἀπὸ σαρκὸς ἀνθρωπίνης οὐκ ἔγνων. Τὸ δὲ Πνεῦμα ἐκήρυσσεν, λέγων τάδε· "Χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου μηδὲν ποιεῖτε· "τὴν σάρκα ὑμῶν ὡς ναὸν Θεοῦ τηρεῖτε· τὴν "ἕνωσιν ἀγαπᾶτε· τοὺς μερισμοὺς φεύγετε· μιμηταὶ "γίνεσθε Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὡς καὶ αὐτὸς τοῦ Πατρὸς "αὐτοῦ."

Nihil per contentionem faciendum: in Christo acquiescendum.

Η'. Ἐγὼ μὲν οὖν τὸ ἴδιον ἐποίουν, ὡς ἄνθρωπος εἰς ἕνωσιν κατηρτισμένος. Οὗ δὲ μερισμός ἐστιν καὶ ὀργὴ, Θεὸς οὐ κατοικεῖ. Πᾶσιν οὖν μετανοοῦσιν ἀφίει ὁ Κύριος, ἐὰν μετανοήσωσιν εἰς ἑνότητα Θεοῦ, καὶ συνέδριον τοῦ ἐπισκόπου. Πιστεύω τῇ χάριτι Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὃς λύσει ἀφ' ὑμῶν πάντα δεσμόν· παρα-

1. *πόθεν——ὑπάγει*] Notanda sunt haec verba ex Evangelio S. Johannis, ut videtur, adducta sub initium saeculi Ecclesiae secundi. Vid. Routh. Rel. Sacr. i 410.

3. *μεγάλῃ φωνῇ·*] Coteler. Pearson. Smith. Petermannus subjungunt *Θεοῦ φωνῇ*, quae verba hic praetermissa fuisse a librario suspicantur. Quam quidem pleniorem lectionem Fragmenti Syr. Curetonus p. 234 praestat, et Interpolator tueri videtur, *ἐλάλουν μεγάλῃ φωνῇ, οὐκ ἐμὸς ὁ λόγος, ἀλλὰ Θεοῦ*. Verbum *βοᾶν* saepe de Philosophis firmiter pronuntiantibus poni docet Wyttenbach. ad Platon. Phaed. § 52.

4. *Οἱ δὲ †πτέσαντές† με,*] Omnino rescribendum est, *οἱ δ' ὑποπτεύσαντές με*, &c. ut et Pseudo-Ignatius et Vet. Int. legerunt. VOSSIUS. Hanc correctionem admiserunt Hefel. Dressel. Petermannus. Salvinius conj. *πιστεύσαντες*, s. *ὑποπτεύσαντες*. Absurde et contra sensum auctoris, judice Smitho, in Ep. ad Hearnium. Smithus ipse, *ὑπώπτευσαν*; Cotel. vel *ὑπώπτευσαν* vel *ὑπωπτεύσαντο*. Fragm. Syr. ap. Cureton. p. 233, *And there are some who imagine respecting me.* Armenius, *Et sunt quidam qui cogitaverunt de me quomodo cognita habuerim dissidia quorundam.*

5. *προειδότα*] Infeliciter Wa-

Digitized by Google

a Deo existens. Novit enim unde venit, et quo vadit, et occulta redarguit. Clamavi in intermedio existens, locutus sum magna voce, Dei voce: "Episcopo attendite, et Presbyterio, et "Diaconis." Quidam autem suspicati sunt[k] me, ut praescientem divisionem quorundam, dicere haec: testis autem mihi in quo vinctus sum, quia a carne humana non cognovi. Spiritus autem praedicavit, dicens haec: "Sine Episcopo "nihil faciatis; carnem vestram, ut templum Dei, "servate; unitatem diligite: divisiones fugite; "imitatores estote Jesu Christi, ut et ipse Patris "ipsius."

S. Johan. iii 8.

[k] *sunt* deest C. C.

1 Cor. iii 16, vi 19.

VIII. Ego quidem igitur[l] proprium faciebam, ut homo in unitatem perfectus. Ubi autem divisio est et ira, Deus non habitat. Omnibus igitur poenitentibus dimittit Deus; si poeniteant in unitatem Dei, et concilium Episcopi. Credo gratiae Jesu Christi, qui solvet a vobis omne vinculum.

[l] *Ego igitur quidem* C. C.

kius, *as foreseeing the division that should come among you;* quemadmodum Ruchatus quoque et Grassius. Providentiam autem Ignatius nullo modo sibi adrogat. Vel Philadelphiae jam ipse fuerat, ut monet Wocherus, vel de conversatione eorum nuntios quosdam acceperat.

8. λέγων] Ita Codex uterque. Salvin. et Smithus, Vossium secuti, jubent rescribi λέγον ex Interpolatore, quam lectionem admiserunt Hefel. et Dresselius. Mire Crednerus, "λέγων, "*Wenn ich sage; Andere* λέγον." Ignatius, ut videtur, S. Johannem imitatur, xvi 13, ἐκεῖνος, τὸ Πνεῦμα.

ib. μηδὲν ποιεῖτε·] Hisce verbis explicit hujus Epistolae Fragmentum Syriacum.

9. τὴν σάρκα——τηρεῖτε·] Cf. Clem. Rom. Ep. ii § 9.

14. κατηρτισμένος.] *destinatus*, Dressel. *compositus*, Holsten. *? fully qualified for maintaining unity.*

15. ἀφίει] Interpolatoris lectionem ἀφίησιν meliorem censet Vossius.

18. ὑμῶν] Ita recte Cod. Laur. non ἡμῶν, uti in Aldrichii libro.

ib. δεσμόν·] Interpol. addit ἀδικίας. *der unfreie Judaismus*, Hilgenfeldius. *die Häretiker, die für das Leben der Gemeinden eine Fessel waren*, Uhlhorn.

ib. παρακαλῶ δὲ] Transitus hic fit ad eos refutandos, qui tunc

Digitized by Google

καλῶ δὲ ὑμᾶς μηδὲν κατ' ἐριθείαν πράσσειν, ἀλλὰ κατὰ Χριστομαθίαν. Ἐπεὶ ἤκουσά τινων λεγόντων, ὅτι ἐὰν μὴ ἐν τοῖς ἀρχαίοις εὕρω, ἐν τῷ εὐαγγελίῳ οὐ

judaïzabant, nihilque admittere voluerunt ex Evangelio depromtum, nisi quod ex lege Judaïca probari potuit. Monet igitur fideles, ut ab altercatione cum talibus haereticis abstineant, nihilque faciant κατ' ἐριθείαν, (Suid. ἐριθεία, ἡ διὰ λόγων φιλονεικία, ubi vane et contentiose serra ducitur. *Ambitus*, κενοδοξία, ἐριθεία,) sed ut omnia faciant κατὰ Χριστομάθειαν, *secundum eam doctrinam, quam a Christo iidem didicerant.* Opponit enim, per quandam ἀνάκλασιν, Χριστομάθειαν contra ἐριθείαν, ut tanquam Χριστοῦ μαθηταί illius doctrinam amplecterentur; vel eam, quam ἀπὸ Χριστοῦ μαθητῶν, *a discipulis Christi*, vel ipsi hauserant, vel ab iis traditam acceperant. Hanc cautionem urget ab experientia. Novit enim, quod tales haeretici, quando cum ipso disputabant, dicere solebant: quales erant, qui primo Antiochiae populum docebant Legem adimplere; et sine dubio illic etiam postea eandem doctrinam praedicabant, et in Asia. Cerinthus enim illic potissimum versatus est. Ἐγένετο δὲ οὗτος ὁ Κήρινθος ἐν τῇ Ἀσίᾳ διατρίβων, κἀκεῖσε τοῦ κηρύγματος τὴν ἀρχὴν πεποιημένος. Epiphan. [Haer. xxviii § 1, tom. i p. 110 ed. Petav.] Idem de Ebione, Οὗτος μὲν οὖν ὁ Ἐβίων, καὶ αὐτὸς ἐν τῇ Ἀσίᾳ εἶχε τὸ κήρυγμα [καὶ Ῥώμῃ. Haer. xxx § 18, tom. i p. 142.] Ipse igitur, cum hujusmodi haereticis saepe congressus, in litem et jurgium incidit. Idem igitur consilium dat de Ebionis et Cerinthi discipulis, qui tunc in Asia dispersi erant. PEARSON.

1. μηδὲν κατ' ἐριθείαν] Phrasis Paulina, ad Philipp. ii 3. Ἐριθεία et ζῆλος copulantur in Ep. S. Jacobi iii 16, II Cor. xii 20, et Gal. v 20. Mirari licet quod Crednerus alteram significationem vocis ἐριθεία maluerit; μισθαρνίαν nempe, *mercedis acceptionem, mercenariorum indolem.*

2. Χριστομαθίαν.] Hac voce carent Lexica. Alteram formam, Χριστομάθειαν, ex Interpolatore exhibet Suicerus, eamque admisit Hefelius in ed. quarta.

3. ἐὰν μὴ——εὕρω,] Hoc dicebat Ignatius, ut ne Philadelphenses sese a Judaeis, Vet. tantum Test. laudantibus, decipi paterentur; quod liquet ex cap. 6. Nec ad alios pertinet quod hic habet, se audivisse *quosdam dicentes, Nisi invenero in antiquis* (nempe, vaticiniis) *Evangelio non credo;* et quum dixisset, *Scriptum* in iis *esse, respondisse eos,* (non) *proponi* (nempe, in V. T. Evangelium). *Mihi vero,* inquit, *pro antiquis* (vaticiniis) *est Jesus Christus: illibata antiqua* (dogmata) *crux ejus et mors et resurrectio et fides, quae per eum est:* hoc est, Doctrinam Christianam esse loco antiquitatis quam Judaei jactabant: et revera crucem

Digitized by Google

Deprecor autem vos, nihil secundum contentionem facere[m], sed secundum Christi disciplinam. Quia audivi quosdam dicentes; "Quoniam si non

Philipp. ii 3.

[m] *secundum contentionem nihil facere* C. C.

Christi, mortem, resurrectionem et fidem quae ei debetur, esse incorrupta atque antiqua dogmata. Scio Vossium et Cotel., ex auctoritate Pseudo-Ignatii et sequentibus, non *ἀρχαίοις* hic velle legi, sed *ἀρχείοις*, *archivis*. Sed caret omnino ea lectio, ut mihi quidem videtur, sensu; nam in quibusnam *archivis* debuerunt esse Evangelia? Non in Judaïcis, neque in Ethnicis. In Christianis sine dubio fuerunt, quum in Ecclesiis hoc saeculo legi solerent, ut liquet ex prima Justini Apologia. Non erat ergo, cur quisquam negaret se posse credere Evangelio, nisi in Archivis esset. Sed poterant dicere Judaei, se ei fidem non habere, nisi id quod habet in *ἀρχαίοις*, *antiquis* libris, nempe Prophetarum, in iis inveniretur. Quod pluribus ostendimus in H. E. saec. II xxvi. CLERICUS. Versionem Armen. sic reddit Petermannus, *si in scriptis prioribus non laudibus celebratur Evangelium non credimus ei.*

ib. *ἐν τοῖς ἀρχαίοις*] Οἱ *ἀρχαῖοι*, ut opinor, sunt קדמים *veteres* rabbini sive magistri ac doctores Hebraeorum, qui aliquot annis ante Domini nostri adventum claruerunt; quorum *παραδόσεις* et *διδάγματα* Judaei, et qui cum ipsis insaniere, pro oraculis habuerunt. BULL. Jud. Eccl. Cath. vii 9, tom. vi p. 208 ed. Burton. Hilgenfeldius conferri jubet Joseph. Antiq. X x 6, *ὡς ἐν τοῖς ἀρχαίοις εὑρίσκω βιβλίοις*. Pro MSS. lectione, *ἐν τοῖς ἀρχαίοις*, quam tuetur Int. Vet. quam sensus, ut mihi quidem videtur, postulat, Voss. Cotel. et Smithus, ex sequentibus, necnon ex Interpol., reponunt *ἀρχείοις*, quasi haereticorum sententia quam hic protulit S. Ignatius haec esset, codices istos Evangeliorum quos tractarent Catholici novitios esse, ideoque nullius auctoritatis. Emendationem Vossii probant Semlerus, *Abhandlung von freier Untersuchung des Canon*, iii 8, Halae, 1773; Orellius, Selecta Patt. Capp. ad Εἰσηγητικήν Sacram pertinentia. P. i 14, Turici, 1820; Gieselerus, *über die Entstehung &c. der schriftl. Evangelien*, 162; Rothius, *Anfänge*, p. 339; Arndtius, *Stud. u. Krit.* 1839. p. 182. Et sic hunc locum interpretantur Wakius (*in the Originals;*) et Wocherus. Codicis scripturam sequuntur Hefelius, in ed. tertia, Ruchatus, et Unterkircherus; eandemque veram esse lectiodem contendunt Lessius, *über die Religion*, i 532; Griesbachius, Opusc. Acad. ii 66–68.; Muenscherus, *Handbuch der Christl. Dogmengeschichte.* i 290, Marburg, 1802; Credner, *Beiträge zur Einleitung in d. Bibl. Schriften*, i 15 Halae, 1832; Uhlhornius, p. 284; Duesterdieck. p. 56. not; Niemeyerus, *Oppositionsschrift*, i 2, p. 21.

Digitized by Google

πιστεύω· καὶ λέγοντός μου αὐτοῖς, "ὅτι γέγραπται," ἀπεκρίθησάν μοι, "ὅτι πρόκειται." Ἐμοὶ δὲ ἀρχεῖά

1. γέγραπται,"] Sensu praegnanti, Scriptoribus Sacris et Ecclesiasticis usitato, *ἐν ταῖς γραφαῖς scriptum est.* e. g. S. Matt. iv 4, 10, xxi 13, S. Marc. xiv 27, Rom. viii 36, Gal. iv 22, 27.

2. "ὅτι πρόκειται."] Pseudo-Ignatius verba haec, forsan quod non caperet, more suo omisit. Vet. autem Int. et ipse quidem reddidit; ita tamen, ut non magis Latina, quam Graeca, possint intelligi. Si addideris particulam negativam, habebis sensum loco convenientissimum. Οὐ πρόκειται hic est, *οὐ παράκειται*, ut saepe. [*παρακειμένων* pro *προκειμένων*, perperam dabant libri ante Schweigh. Polyb. XXVIII xi 3.] VOSSIUS. *πρόκειται*, i. e. *prius scriptum invenitur.* Vox saepissime usitata. Athen. p. 646. [xiv 14.] Μνημονεύει αὐτῶν Ἔφιππος ἐν Κύδωνι· πρόκειται τὸ μαρτύριον. Interp. *Eorundem meminit et Ephippus: testimonium exstat in Cydone.* Minus recte: *Eorundem meminit Ephippus in Cydone: testimonium in superioribus habetur*, sive *ante citatum et productum est.* nempe p. 642. [xiv 12.] PEARSON. Correctionem Vossianam probat Aldrichius. Pearsonus, teste Smitho, margini sui codicis adscripserat *ἴσως ὅτι* pro *οὗ τι*. Ittigius, H. E. Capp. Sel. ii 97, docet Vossium ad calcem Variarum ejus Obss. ex hoc loco Ignatii collegisse, intra A. D. 98, quo Josephus suos Antiq. Jud. libros absolvit, et A. D. 121, quo Ignatius juxta ejus calculum passus est, Hebraea S. Codicis exemplaria depravari coepisse. Locum ita denuo explicavit: Judaei regesserunt *ὅτι πρόκειται*, (quae vox juxta Hesych. nonnunquam idem significat ac *παράκειται*) quasi dicerent: *Non est scriptum in Hebraeis exemplaribus, sed tantum in versione adjacente;* vel si *πρόκειται* in notiori significatione pro re ubique obvia et omnium oculis exposita accipiatur, *vulgo quidem legitur*, h. e. in versione LXX, non item in Hebr. Codd. Quibus posterioribus Vossii cogitationibus priores illas sapientiores fuisse diserte pronuntiat Ittigius. Interpol. sec. Cod. August. *οὐ γὰρ πρόκειται τὰ ἀρχεῖα τοῦ πνεύματος*· sec. Cod. Nydprucc. *οὐ γὰρ προκρίνεται τὰ ἀρχεῖα τοῦ πνεύματος.* Quibus subjicit, *σκληρὸν τὸ πρὸς κέντρα λακτίζειν, σκληρὸν τὸ Χριστῷ ἀπιστεῖν, σκληρὸν τὸ ἀθετεῖν τὸ κήρυγμα τῶν ἀποστόλων*· unde suspicatur Bullus, Interpol. vocem *πρόκειται* hoc sensu intellexisse, *abjicitur, rejicitur ut res vilis nulliusque pretii.* Routhius, Reliq. Sac. ii 328, ita reddit, *veris ac germanis Scripturis adjectum est:* quem interpretandi modum tuetur ex Hesychio; Προκείμενα· παρακείμενα. et Πρόκειται· παράκειται. et ex Epiphan. de Mensuris et Pond. § 8, Πάλιν δὲ ἐντῷ ἑβδομηκοστῷ πρώτῳ ψαλμῷ, 'Καὶ ἔντιμον τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐνώπιον 'αὐτοῦ·' ἀντὶ δὲ τούτου πρόκειται, 'Καὶ ἔντιμον τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐν 'ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ.' Holstenius

Digitized by Google

" in veteribus[n] invenio, in Evangelio non credo :" et dicente me ipsis[o], " Quoniam scriptum est ;" responderunt mihi, " Quoniam praejacet." Mihi

[n] *si in veteribus non* C. C.

[o] *ipsis* deest C. C.

vertit, *responderunt mihi, id omnibus patere.* Lessius, *über die Religion*, i 533, *itaque propositum est*, i. e. *credere.* Griesbachio si audias, πρόκειται idem est ac γέγραπται ; *quum ad quaedam Scripturae oracula provocarem, illi sacrorum librorum exemplaria praesto esse respondebant.* Crednerus interpretatur, *so ist die Sache ausgemacht, so hat es seine Richtigkeit.* Hugius, *Einleitung in die Schriften d. N. T.* i p. 110, 1826, *dieses verdient den Vorzug ;* atque hoc quidem probari video Heringio in Dissert. peculiari, *es ist eher da gewesen, es ist älter, und hat wegen seines Alterthums, oder eheren Daseyns, den Vorzug.* qui conferri jubet Tertull. de Praescr. § 31, ' Ita ' ex ipso ordine manifestatur ' id esse Dominicum et verum, ' quod sit prius traditum ; id ' autem extraneum et falsum, ' quod sit posterius immissum.' Optime, ni fallor, Ruchatus vertit, *c'est cela qui est en question ;* quem vocis πρόκειται sensum ut tueatur, ad Clem. Alex. Strom. vii 1, p. 829 ed. Potter. provocat; πρόκειται παραστῆσαι ἡμῖν, μόνον τὸν γνωστικὸν ὅσιόν τε καὶ εὐσεβῆ· ad Origen. c. Marcion. § 3, i. e. ad Dial. de Recta in Deum Fide Origeni falso adscriptum ; tom. i p. 836 ed. Ben. τέως περὶ αἰσθητῶν πρόκειται ἡμῖν τὸ λέγειν· necnon ad Plutarch. de Placit. Philos. 1 1, πρόκειται ἡμῖν τὰ φυσικὰ θεωρῆσαι. Opp. Mor. iv 348 ed. Wyttenb. Quibus locis addas, Orig. c. Cels. iii 1, τρίτον τοῦτον ἐνιστάμεθα λόγον, ἐν ᾧ πρόκειται ἀγωνίσασθαι πρὸς ἃ ἐκτίθεται ὡς ἀπὸ ἰδίου προσώπου. et, quae feliciter comparat Arndtius, Aristot. Top. ii 4, 7, Analyt. Prior. ii 11, 4, Herod. iii 83. Cum Ruchato stat Uhlhornius, *das ist es ja eben was bewiesen werden muss.* Wocherus, *es bleibt noch dahingestellt.* Unterkircherus, *antworteten sie mir, sie wären damit beschäftiget darüber nachzuforschen.* Wakius, *they answered what lay before them in their corrupted copies.* Chevallier. *It is found written before ;* [*in the Law*] ad mentem Bulli, qui locum nostrum ita explicat, Jud. Eccl. Cath. vii 9, tom. vi p. 208, ' Haereticos Ig- ' natio, contra ipsos ex Novi ' Testamenti Scripturis dispu- ' tanti, respondisse, sententiam ' suam prius (antequam scilicet ' Scripturae istae editae fuerunt) ' statutam ac stabilitam fuisse, ' nempe ὑπὸ τῶν ἀρχαίων.' Stosch. de Can. Nov. Test. p. 67, interrogationis notam apponit ; *nunc publice ita propositum est ?* in exemplari sc. publica Ecclesiae auctoritate recepto. Artemidorus, i Inscr. πολλάκις προετράπην ἐπὶ τὴν πραγματείαν τὴν προκειμένην ὁρμῆσαι, et infra, Ἰτέον δὴ λοιπὸν ἐπὶ τὸ προκείμενον. Polybius verbum προκεῖσθαι saepius usurpat : tum sensu proprio, de locis, *ante situm esse, in anteriore parte situm esse ;* tum metaphorico, *propositum,*

Digitized by Google

ἐστιν Ἰησοῦς Χριστὸς, τὰ ἄθικτα ἀρχεῖα ὁ σταυρὸς αὐτοῦ καὶ ὁ θάνατος, καὶ ἡ ἀνάστασις αὐτοῦ, καὶ ἡ πίστις ἡ δι' αὐτοῦ· ἐν οἷς θέλω ἐν τῇ προσευχῇ ὑμῶν δικαιωθῆναι.

Bonum est Vetus Testamentum, melius Novum Foedus.

Θ'. Καλοὶ καὶ οἱ ἱερεῖς· κρεῖσσον δὲ ὁ ἀρχιερεὺς ὁ πεπιστευμένος τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, ὃς μόνος πεπίστευται τὰ κρυπτὰ τοῦ Θεοῦ· αὐτὸς ὢν θύρα τοῦ Πατρὸς, δι' ἧς εἰσέρχονται Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ, καὶ οἱ προφῆται, καὶ οἱ ἀπόστολοι, καὶ ἡ

destinatum esse. Cf. Heb. xii 1, *τὸν προκείμενον ἡμῖν ἀγῶνα . . . 2. τῆς προκειμένης αὐτῷ χαρᾶς.* Addas II Cor. viii 12, S. Jud. 7.

ib. *ἀρχεῖά*] Lege *Ἐμοὶ δὲ ἀρχαῖοί ἐστιν Ἰησοῦς Χριστός· mihi autem Antiqui est* [vel *sunt*] *Jesus Christus.* Sic Poeta ap. Plin. in Epistolis : [iv 27]

Unus Plinius est mihi *Priores,*

i. e. pro *Antiquis,* ut hoc loco Ignatii. MARKLAND. Hefel. et Hilgenfeldius mallent *ἀρχαῖα,* cui quidem lectioni favere forsitan videtur Tertullianus, de Praescript. § 21, 'Originali- 'bus Fidei ;' § 37, 'Origines fir- 'mas ab ipsis auctoribus ;' de Carne Christi § 2, 'Originalia 'instrumenta Christi.' At summo jure statuit Uhlhornius lectionem Codicis utriusque praeferendam esse.

1. *τὰ ἄθικτα*] [Codd. *ἄθηκτα.*] Cyrilli Lex. *Ἄθηκτον· ἀψηλάφητον,* ubi pariter legendum *ἄθικτον. θήγειν· ἅψασθαι,* pro *θίγειν* In omnibus enim libris MSS. et Inscriptionibus *η* saepe pro *ι* ponitur ex vulgari vitiosa Graecorum pronunciatione. *Ἄθικτον, intactum, inviolatum, purum.* Hesych. *Θιγμάτων· μιασμάτων.* Sunt enim quae vel tactu violantur, aut etiam inquinantur. PEARSON. *Mihi autem* ipse *Jesus Christus* supplet vicem omnium *Archivorum ;* nec opus est aliis *Archivis* quam publica Christianorum *fide in Christum,* in ipsius passionem, quam in *cruce* subiit, et *mortem,* et ab inferis *resurrectionem.* Haec sunt nostra *Archiva ἄθικτα, illibata,* ab impuris haereticorum glossis *intacta.* SMITH. Leg. *ἄτηκτα, non liquescentia,* aut diffluentia, sicut legalia haberi debent, sed semper durantia ; uti Heb. xii fin. VENEMA, H. E. Saec. ii 37. Verba *τὰ ἄθικτα ἀρχεῖα* non agnoscit Armenius.

2. *καὶ ἡ ἀνάστασις αὐτοῦ,*] Haec verba praetermisit Salvinius ; ideoque in Aldrichii libro non leguntur.

3. *ἡ πίστις ἡ δι' αὐτοῦ·*] Internum Spiritus Sancti testimonium intelligit Duesterdieckius, p. 57 ; Doctrinam Christianam, Hefelius.

5. *Καλοὶ καὶ οἱ ἱερεῖς·*] Locus hic valde insignis est, quo distinctio ponitur inter Sacerdotes et summum Sacerdotem. Summus autem Sacerdos attribuitur Christo, Hebr. iv 14, Clem. R.

Digitized by Google

autem principium est Jesus Christus; inapproximabilia principia crux ipsius et mors [p], et resurrectio ipsius, et fides quae per ipsum: in quibus volo in oratione vestra justificari.

[p] *ipsius crux et mors* C. C.

IX. Boni et sacerdotes, melius autem Princeps sacerdotum, cui credita sunt sancta sanctorum, cui soli credita sunt occulta Dei; qui ipse est janua Patris, per quam ingrediuntur Abraham et [q] Isaac et Jacob, et Prophetae, et Apostoli, et Ecclesia.

Heb. iii 1, vi 20. Heb. ix 11, 12. S. Johan. x 7, 9.

[q] *et* deest C. C.

[Ep. i 58.] Orig. in Matt. 410 D, [ed. Huet. tom. iii p. 711 ed. Ben.] *ἐλθόντος ἀληθινοῦ ἀρχιερέως, ὁ συμβολικὸς ἀρχιερεὺς ἐπαύσατο.* Cf. Hom. i in Jerem. § 12, iii p. 132 ed. Ben. Euseb. H. E. i 3.] PEARSON. *Ἱερεῖς* de Presbyteris Christianis explicat Cotelerius; de Christianis Philadelphenis, Rothius, *Anfänge*, i 732. Rectius, ut opinor, Pearson. Smith. Markland. Hefel. Dressel. Arndtius, Huther. Uhlhornius Sacerdotes Leviticos, i. e. oeconomiam veterem, intelligunt; quibus Ignatius Christum ipsum opponit, videlicet novum Foedus.

ib. *κρεῖσσον*] Videtur potius legendum *κρείσσων*, sed nihil mutandum, quia *κρεῖσσον* legebat. Int. PEARSON. Salvin. conj. *κρείσσων*, uti apud Interpolatorem; atque ita legi debere pertendit Marklandus, nisi pro *καλοί* legamus *καλόν*. Vulgatam nescio an tueantur S. Matt. xii 41, 42, S. Luc. xi 31, *πλεῖον Σολομῶντος ὧδε*.

6. *ὁ πεπιστευμένος τὰ ἅγια*] Nihil clarius quam hic intelligi Christum. Vulgatus vero Ignatius depravavit, more suo, omnia haec, et Episcopis ea adtribuere voluit. VOSSIUS. Ut summus Sacerdos Judaeorum solus ingressus est Sancta Sanctorum, ita Christus *ἀρχιερεὺς διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος εἰσῆλθεν ἐφάπαξ εἰς τὰ ἅγια*. Hebr. ix 11, 12. Cf. iv 14, x 21, S. Polycarp. Ep. ad Philipp. [§ 12.] SMITH.

7. *αὐτὸς ὢν θύρα*] Christus ipse se *januam* vocavit, Jo. x 7, 9, et ipsis Apostolicis temporibus haec vox saepe usurpata est: unde illa ad Jacobum Justum, *Ἀπάγγειλον ἡμῖν, τίς ἡ θύρα τοῦ Ἰησοῦ σταυρωθέντος*; ut refert Hegesippus apud Euseb. H. E. ii 23. Ipse est qui aperit *ostium* verbi, II Cor. ii 12, Coloss. iv 3, Act. xiv 27, *θύρα τῆς πίστεως*. PEARSON. Cf. Clem. Alex. Strom. i § 7, p. 339 ed. Potter. *πολλῶν τοίνυν ἀνεῳγμένων πυλῶν ἐν δικαιοσύνῃ, αὕτη ἦν ἐν Χριστῷ, ἐν ᾗ μακάριοι πάντες οἱ εἰσελθόντες*, et Strom. iv § 16, p. 609, *ὅτι μὲν οὖν μίαν σωτηρίαν λέγει ἐν Χριστῷ τῶν δικαίων καὶ ἡμῶν κ. τ. λ.* nempe justorum qui ante Christum vixerunt, et Christianorum quibus eadem est per Christum ad salutem via. Cf. Annot. in Hegesippi Fragmenta, ap. Routh. Reliq. Sacr. i 234 sq.

9. *οἱ προφῆται, καὶ οἱ ἀπόστολοι,*] D. Paulus ad Eph. iii 5,

Digitized by Google

ἐκκλησία· πάντα ταῦτα εἰς ἑνότητα Θεοῦ. Ἐξαίρετον δέ τι ἔχει τὸ εὐαγγέλιον, τὴν παρουσίαν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τὸ πάθος αὐτοῦ, καὶ τὴν ἀνάστασιν. Οἱ γὰρ ἀγαπητοὶ προφῆται κατήγγειλαν εἰς αὐτόν· τὸ δὲ εὐαγγέλιον ἀπάρτισμά ἐστιν ἀφθαρσίας. Πάντα ὁμοῦ καλά ἐστιν, ἐὰν ἐν ἀγάπῃ πιστεύητε.

Quum pacem consequuta sit Ecclesia Antiochena, par esse, ut misso le-

Ι΄. Ἐπειδὴ κατὰ τὴν προσευχὴν ὑμῶν, καὶ κατὰ τὰ σπλάγχνα ἃ ἔχετε ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ἀπηγγέλη μοι εἰρηνεύειν τὴν ἐκκλησίαν τὴν ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας, πρέπον ἐστὶν ὑμῖν, ὡς ἐκκλησίᾳ Θεοῦ, χει-

τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις αὐτοῦ καὶ προφήταις. D. Petrus, Ep. II iii 2, ὑπὸ τῶν ἁγίων προφητῶν, καὶ τῆς τῶν ἀποστόλων ἡμῶν ἐντολῆς.

1. εἰς ἑνότητα Θεοῦ.] Scopus tum Prophetarum, tum Apostolorum etc. idem est, nempe unio humani generis cum Deo. HEFEL. Pearsonus suspicatur Int. Vet. legisse πίστεως. Nihil autem mutandum. Interpol. εἰς ἑνότητα τοῦ ἑνὸς καὶ μόνου ἀληθινοῦ Θεοῦ.

ib. Ἐξαίρετον δέ τι] Sic infra ad Smyrn. § 7, προσέχειν δὲ τοῖς Προφήταις, ἐξαιρέτως δὲ τῷ Εὐαγγελίῳ.

2. τὴν παρουσίαν] Armenius, *Adventum*, i. e. *Incarnationem*. Cf. Euseb. H. E. i 6, iii 20.

ib. τοῦ Κυρίου ἡμῶν] Pro Κυρίου Interpol. habet Σωτῆρος, quam vocem inserendam vult Cotelerius. Utramque vocem reddunt Int. Vet. et Armenius.

4. κατήγγειλαν εἰς αὐτόν·] Excidisse videtur vox πιστεύειν, vel ἐλπίζειν, ut § 5. MARKLAND. S. Barnabas, § 5, "Prophetae "ab ipso habentes donum, *in* "*illum prophetaverunt*."

5. ἀπάρτισμά ἐστιν ἀφθαρσίας.] S. Luc. xiv 28, ἀπαρτισμός. PEARSON. An morum, an immortalitatis per resurrectionem, quando corruptibile fiet incorruptibile? Evangelium enim exquisitiores vitae instituendae regulas proponit; et ubique resurrectionis et vitae immortalis in altero mundo fidem ingerit, et quasi saepius inculcando perficit. Forte etiam ἀπάρτισμα ἀφθαρσίας idem est ac ἀπάρτισμα ἄφθαρτον, i. e. integra puraque completio eorum quae praedixerunt Prophetae, de quibus immediate ante locutus est S. Ignatius. SMITH. Melius forsitan Heringius, *perfecta doctrina* quae semper manebit, post quam nihil amplius revelabitur. Pertinentia quaedam affert Crednerus e Recogn. Clement. Scriptore, i 59. 'Non 'ideo credendum esse Jesu, 'quia de eo Prophetae prae'dixerint, sed ideo magis cre'dendum esse Prophetis, quod 'vere Prophetae sint, quia eis 'Christus testimonium reddat. 'Nam praesentia et adventus

Digitized by Google

Omnia haec in unitatem fidei *. Praecipuum autem aliquid habet Evangelium, praesentiam Salvatoris Domini nostri Jesu Christi, passionem ipsius, et [r] resurrectionem. Dilecti enim Prophetae annunciaverunt in ipsum; Evangelium autem perfectio [s] est incorruptionis. Omnia simul bona sunt, si in charitate creditis.

* f. Dei.

[r] *et* deest C. C.

[s] *perfectae* C. C.

X. Quia secundum orationem vestram, et secundum viscera misericordiae quae habetis in Christo Jesu, annunciatum est mihi pacem habere Ecclesiam quae est in Antiochia Syriae [t], decens est vos, [t] *Siriae* C. C.

'Christi illos vere Prophetas 'fuisse designat. Decebat [al. 'Dicebat] enim non ab infe-'rioribus majori, sed a majore 'inferioribus fidei testimonium 'dari.'

6. Πάντα] Omnia in Novo, omnia in Veteri quoque Testamento. Armenius, *Ambo simul unita bona sunt credentibus.* om. ἐν ἀγάπῃ.

7. πιστεύητε.] Ita Codd. MSS. Int. Vet. tuetur lectionem Vossianam, πιστεύετε, quam libb. impr. exhibent.

8. Ἐπειδὴ] Hanc MSS. lectionem retinet Usserius. Cotel. et Smithus cum Voss. exhibent Ἐπεὶ δέ.

ib. καὶ κατὰ τὰ σπλάγχνα] καὶ omisit Vossius.

10. εἰρηνεύειν] Ex hac et Ep. ad Smyrn. § 11 [Cf. ad Polyc. § 7] cognoscimus Ignatium, priusquam minorem Asiam reliquisset, de pace Ecclesiae Antiochenae reddita certiorem factum fuisse. Quod hoc tempore contigisse, dum Trajanus Antiochiae adhuc moratus de bello Parthico gerendo consilium caperet, ita nos docuit in xi Chronicorum libro Jo. Malala, Ἐν τῷ δὲ διατρίβειν Τραϊανὸν βασιλέα ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας, βουλευόμενον τὰ περὶ τοῦ πολέμου, ἐμήνυσεν αὐτὸν Τιβεριανὸς, ἡγεμὼν τοῦ πρώτου Παλαιστινῶν ἐθνοῦς, ταῦτα. Deinde, recitatis Tiberiani ad Imperatorem literis, quid illae apud eum effecerint, sic enarrat; καὶ ἐκέλευσεν αὐτῷ ὁ αὐτὸς Τραϊανὸς παύσασθαι τοῦ φονεύειν τοὺς Χριστιανούς, ὁμοίως δὲ καὶ τοῖς πανταχοῦ ἄρχουσι τοῦτο ἐκέλευσεν, μὴ φονεύειν τοῦ λοιποῦ τοὺς λεγομένους Χριστιανούς· καὶ ἐγένετο ἔνδοσις μικρὰ τοῖς Χριστιανοῖς. USSER. Literas Tiberiani infra videsis Actis Ignatii subjectas. In Usserii sententiam it Pearsonus, vid. not. in Ep. ad Polyc. § 7. Cotelerius autem profitetur suspectam sibi rem totam facere Eusebii silentium.

ib. τῆς Συρίας,] Vid. not. in Ep. ad Smyrn. § 11.

11. χειροτονῆσαι] *Constituere quempiam e Diaconis, ut hac legatione fungatur:* juxta laxiorem istius vocis significationem. SMITH. Reposuit hic Pseudo-Ignat. ἐπίσκοπον. Quod

Digitized by Google

gato eidem felicitatem gratulentur.

ροτονῆσαι διάκονον εἰς τὸ πρεσβεῦσαι ἐκεῖ Θεοῦ πρεσβείαν, εἰς τὸ συγχαρῆναι αὐτοῖς ἐπὶ τὸ αὐτὸ γενομένοις, καὶ δοξάσαι τὸ ὄνυμα. Μακάριος ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ, ὃς καταξιωθήσεται τῆς τοιαύτης διακονίας, καὶ ὑμεῖς δοξασθήσεσθε. Θέλουσιν δὲ ὑμῖν οὐκ ἔστιν ἀδύνατον ὑπὲρ ὀνόματος Θεοῦ· ὡς καὶ αἱ ἔγγιστα ἐκκλησίαι ἔπεμψαν ἐπισκόπους, αἱ δὲ πρεσβυτέρους καὶ διακόνους.

Indicat, quinam fidelium sibi adsint, et gratias agit, quod benigne ab illis habiti fuerint.

ΙΑ'. Περὶ δὲ Φίλωνος τοῦ διακόνου ἀπὸ Κιλικίας, ἀνδρὸς μεμαρτυρημένου, ὃς καὶ νῦν ἐν λόγῳ Θεοῦ ὑπηρετεῖ μοι ἅμα Ῥέῳ Ἀγαθόποδι ἀνδρὶ ἐκλεκτῷ, ὃς ἀπὸ Συρίας μοι ἀκολουθεῖ, ἀποταξάμενος τῷ βίῳ,

tamen opus non erat. Nam non minus ad tales πρεσβείας eligebantur Diaconi, quam aut Episcopi, aut Presbyteri; ut adparet ex iis, quae statim subdit Ignatius, quum dicit, quasdam Ecclesias Antiochiam misisse Episcopos, alias Presbyteros, alias vero Diaconos. Quin saepius tale ad ministerium eligebantur Diaconi, quam aut Presbyteri, aut Episcopi. Neque enim illi ita commode ab Ecclesiis suis poterant abesse. Praeterea, quum istiusmodi πρεσβεῖαι munera sint ὑπηρετικά, magis ea videntur propria fuisse Diaconorum. VOSSIUS. Act. xiv 23, χειροτονήσαντες αὐτοῖς πρεσβυτέρους.

2. συγχαρῆναι] Perperam ap. Pseudo-Ignatium legitur, συγχωρηθῆναι. VOSSIUS.

ib. ἐπὶ τὸ αὐτὸ γενομένοις,] *in unum congregatis*, Cotel. et Toup. Cf. Ep. ad Eph. §§ 5, 13. Pessime Int. Vet. cujus hallucinatio eo notabilior, quod Smithum impulisse videtur ad conjecturam parum felicem, minime necessariam, qua γενόμενον reponit, hoc scilicet sensu, *ob tranquillitatem illis redditam*.

3. τὸ ὄνομα.] Addidit alter Ignatius τοῦ Θεοῦ, quod non erat opus; ut ex similibus locis adparet. VOSSIUS. Cf. not. in Ep. ad Smyrn. § 12, et ibid. § 11, κατὰ θέλημα. Cf. D. Johann. Ep. III 7, ὑπὲρ γὰρ τοῦ ὀνόματος ἐξῆλθον.

5. Θέλουσιν δὲ] A Graecis deflectit Fragm. Syr. ap. Cureton. p. 234, *Ye also shall give praise, on account of your being willing*.

6. οὐκ ἔστιν ἀδύνατον] Pessime Interpolator, οὐ πᾶσιν ἀδύνατον. Frustra emendavit Junius, παντάπασιν· nec sensum expiscari potuerunt aut ille aut Usser. qui ex vera lectione Cod. Med. quam confirmat Vet. Int. facile fluit. SMITH.

ib. αἱ ἔγγιστα ἐκκλησίαι] Curetonus, *like those holy Churches*.

9. Περὶ δὲ Φίλωνος κ. τ. λ.] Pseudo-Ignatius ita haec acce-

Digitized by Google

ut Ecclesiam Dei, ordinare Diaconum ad intercedendum illic Dei intercessionem; in congaudere ipsis in idipsum factis, et glorificare nomen. Beatus in Jesu Christo, qui dignificabitur tali ministratione[u]: et vos glorificabimini. Volentibus autem vobis non est impossibile, pro nomine Dei; ut et quaedam propinquae Ecclesiae[x] miserunt Episcopos, quaedam autem Presbyteros et Diaconos.

[u] *in tali ministratione* C. C.

[x] *Ecclesiae propinquae* C. C.

XI. De Philone autem Diacono a Cilicia, viro testimonium habente, qui et nunc in verbo Dei ministrat mihi cum Reo Agathopode viro electo, qui a Syria[y] me sequitur, abrenuncians saeculo, qui

[y] *Siria* C. C.

pisse videtur, tanquam si Philo testimonium a Cilicibus consecutus fuerit. Sed si verum sit, quod legitur in Ep. ad Tarsenses, illum fuisse Tarsi Diaconum, non dubito, quin illud, *ἀπὸ Κιλικίας*, referendum sit ad praecedens, non autem ad id quod sequitur. VOSSIUS. Manifestum est Philonem e Cilicia oriundum, non in Cilicia, sed cum Ignatio in Troade, ut perhibent, fuisse, quum hanc Epist. exararet: ita Hebr. xiii 24, *οἱ ἀπὸ τῆς Ἰταλίας* homines sunt Itali, eo ipso tempore quo Epistola ad Hebraeos conscripta fuit, extra Italiam cum istius Epistolae Scriptore, alibi, quo in loco non liquet, versantes. Cf. S. Matt. xv 1, [Marc. vii 1,] Act. xvii 13. ORELLIUS.

10. *μεμαρτυρημένου,*] Ut paullo post, *ἀνδρὶ ἐκλέκτῳ*. Haec proprie de Diacono dicuntur, Act. vi 3, x 22, xxii 12, I Thess. ii 12, I Tim. v 10, III Ep. S. Johan. 12. PEARSON. Stylus S. Martyris hic mire confusus videtur. Neque enim vinctus et militibus circumseptus elegantiae et accurationi sententiarum vacare potuit. SMITH. Vossius autem reddit *viri martyris vel confessoris*.

11. *Ῥέῳ Ἀγαθόποδι*] Armenius, ac si legisset *ἅμα Ῥέῳ ἀδελφῷ καὶ Ἀγαθόποδι*. PETERMAN. *Ῥέῳ*· Codex uterque, unde inter duo nomina *καί* excidisse suspicatur Dresselius. Punctum vero nihil argumenti praebet, a librariis suffixum saepius nulla ratione sensus aut structurae habita: e. g. in Cod. Laur. post *ἀντιλέγοντες* p. 462 l. 3, post *πράσσων* p. 466 l. 6. Cf. not in Ep. ad Smyrn. § 10, et ad Clem. R. i § 59. Interpolator sec. Usser. habet *Γαΐῳ καὶ Ἀγαθόποδι*, sec. Pacaeum *Γανΐᾳ καὶ Ἀγαθόποδι*. Grabius conjicit eundem fuisse cum illo ad quem Valentinus literas dedit a Clem. Alex. laudatas; Strom. iii § 7, p. 538 ed. Potter. Vid. Spicil. Patt. ii 53. Cf. Vossii Responsionem ad ea quae in notis ad Ignatii Epistolas reprehendit cl. D. Blondellus, ad calcem Pearsoni Vindic. p. 645 ed. Churton.

Digitized by Google

οἳ καὶ μαρτυροῦσιν ὑμῖν· κἀγὼ τῷ Θεῷ εὐχαριστῶ ὑπὲρ ὑμῶν, ὅτι ἐδέξασθε αὐτοὺς, ὡς καὶ ὑμᾶς ὁ Κύριος. Οἱ δὲ ἀτιμάσαντες αὐτοὺς λυτρωθείησαν ἐν τῇ χάριτι τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Salutationes.

Ἀσπάζεται ὑμᾶς ἡ ἀγάπη τῶν ἀδελφῶν τῶν ἐν Τρωάδι, ὅθεν καὶ γράφω ὑμῖν διὰ Βούρρου, πεμφθέντος ἅμα ἐμοὶ ἀπὸ Ἐφεσίων καὶ Σμυρναίων, εἰς λόγον τιμῆς. Τιμήσει αὐτοὺς ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, εἰς ὃν ἐλπίζουσιν σαρκὶ, ψυχῇ, πίστει, ἀγάπῃ, ὁμονοίᾳ. Ἔρρωσθε ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, τῇ κοινῇ ἐλπίδι ἡμῶν.

2. ἐδέξασθε] Armenius ac si legisset ἐδεξάμην. PETERMAN.

3. Οἱ δὲ ἀτιμάσαντες] Act. v 41, ὅτι ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ κατηξιώθησαν ἀτιμασθῆναι.

ib. λυτρωθείησαν] *Ipsis condonet gratia Christi.* SMITH.

5. ἡ ἀγάπη τῶν ἀδελφῶν] Vide supra notata p. 358 l. 4.

6. Βούρρου,] Cf. Ep. ad Smyrn. § 12, ad Eph. § 2. Interpolator ad hunc locum exhibet Βούργου.

7. εἰς λόγον τιμῆς.] *honoris*

Digitized by Google

et testificantur vobis; et ego Deo gratias ago pro vobis, quoniam[z] recepistis ipsos, ut et vos Dominus. Qui autem inhonoraverunt[a] ipsos, liberentur in gratia Jesu Christi.

Salutat vos charitas multorum qui in Troade; unde et scribo vobis per Burrum, missum mecum ab Ephesiis et Smyrnaeis[b] in verbum honoris. Honoret et[c] ipsos Dominus Jesus Christus; in quem sperent carne, anima, spiritu, fide, charitate, concordia. Valete in Christo Jesu, communi spe nostra.

[z] *quia* C. C.
[a] *inhonorarent* C. C.
[b] *Smirnaeis* C. C.
[c] *et* deest C. C.

ergo. MARKLAND. Cf. Ep. ad Smyrn. § 10. Interpres Vetus ita vertit ut sensu omnino careat.

8. Τιμήσει] Forte Τιμήσαι, Smithus, in curis secundis, versione Int. Vet., ni fallor, adductus.

9. ψυχῇ, πίστει,] Inter has voces Usser. Cotel. et Smith. inserendum volunt πνεύματι ex Int. Vet. et Interpol.

Epigraphe, ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΥΣΙΝ ΙΓΝΑΤΙΟΣ, quam, Vossium secuti, exhibent Cotel. et Smithus, deest in Cod. MSto.

Digitized by Google

ΣΜΥΡΝΑΙΟΙΣ ΙΓΝΑΤΙΟΣ.

ΙΓΝΑΤΙΟΣ, *ὁ καὶ Θεοφόρος, ἐκκλησίᾳ Θεοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ ἠγαπημένου Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἠλεημένῃ ἐν παντὶ χαρίσματι, πεπληρωμένῃ ἐν πίστει καὶ ἀγάπῃ, ἀνυστερήτῳ οὔσῃ παντὸς χαρίσματος, θεο-* 5

1. ΣΜΥΡΝΑΙΟΙΣ] Omnium frequentissime ab antiquioribus citata reperitur haec ad Smyrnaeos Epistola: Eusebio nimirum, Hieronymo, Theodoreto, Ephraemio Antiocheno, Maximo, Jo. Damasceno, &c. USSER. Versio Syriaca non exstat. Fragmenta nonnulla edidit Curetonus.

2. Θεοῦ Πατρὸς] Interpol. nihil habuit quod huic loco adjiceret, praeter nomen *Altissimi;* quae vox etiam inserta est Ep. ad Romanos. Notandum autem est S. Ignatium signanter vocare *Ecclesiam Patris et Christi;* quibus verbis explicare videtur S. Paulum, qui vocare solet ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ. I Cor. i 2, x 32, xi 16, 22, xv 9, II Cor. i 1. Sed in Ep. I et II ad Thess. τῇ ἐκκλησίᾳ.... ἐν Θεῷ Πατρὶ καὶ Κυρίῳ Ἰησοῦ Χριστῷ. PEARSON.

3. Ἰησοῦ Χριστοῦ,] Interpolator hic inseruit Υἱοῦ αὐτοῦ, sed sine ulla necessitate. Nam ὁ ἠγαπημένος *dilectum Filium* significat, praecipue ubi ad Deum respectus habetur: ut Eph. i 6, εἰς ἔπαινον δόξης τῆς χάριτος αὐτοῦ ἐν ᾗ ἐχαρίτωσεν ἡμᾶς ἐν τῷ ἠγαπημένῳ. PEARSON.

ib. ἠλεημένῃ] Vet. Int. *habenti propitiationem:* minus apposite. Melius vulg. *misericordiam consecutae:* ut Rom. xi 30, 31. Sed quum addatur ἐν παντὶ χαρίσματι, ostendit quid consecuta fuerit Ecclesia Smyrnaeorum per misericordiam qua donata est, nempe varia Dei dona. Ut S. Paulus de seipso, I Cor. vii 25, ὡς ἠλεημένος ὑπὸ Κυρίου πιστὸς εἶναι. Sic igitur interpretor ἠλεημένῃ ἐν παντὶ χαρίσματι, *omne donum per misericordiam Christi consecutae.* PEARSON. Cod. Laur. ἠλεημένῃ, non ἐλεημένῃ, uti Vossius.

4. πεπληρωμένῃ κ. τ. λ.] Modus hic loquendi haud quidem usitatus est, tamen Apostolicus. Eph. v 18, Rom. xv 14. Quod quum non animadverteret Interpol. in πεπληροφορημένῃ nulla necessitate convertit. Sic Clemens R. [Ep. i § 2] καὶ πλήρης Πνεύματος Ἁγίου ἔκχυσις ἐπὶ πάντας ἐγίνετο. PEARSON.

5. ἀνυστερήτῳ] Int. Vet. *in-*

Digitized by Google

AD SMYRNAEOS.

IGNATIUS, qui et Theophorus [a], Ecclesiae Dei Patris et dilecti Jesu Christi, habenti propitiationem in omni charismate, impletae in fide et charitate, indeficienti [b] existenti omni charismate, Deo-

[a] *Theophorus* C. C.

[b] *et caritate indeficienti, omni* C. C.

deficienti. Vulg. *infraudatae:* potius, *indefectae;* et satis haec eleganter. *Indefectae* passive. Phaedrus, I xxi, [3] 'defectus 'annis et desertis viribus.' De Sejano, Paterculus, ii 116, 'Non 'merito, sed materia adipiscen-'di triumphalia *defectus* est:' et c. 120 ait, 'Varum magis 'Imperatoris *defectum* consilio, 'quam virtute destitutum mili-'tum.' Ad rem ipsam quod spectat, S. Ignatius sequitur Apostolum, I Cor. i 7, ὥστε ὑμᾶς μὴ ὑστερεῖσθαι ἐν μηδενὶ χαρίσματι. Sic ipse ad Polycarpum [§ 2] ἵνα μηδενὸς λείπῃ, καὶ παντὸς χαρίσματος περισσεύῃς. Hic igitur Ignatius declarat, Ecclesiam Smyrnaeorum non tantum omnia dona per misericordiam Dei accepisse, sed et ea conservasse, et quum scriberet, nullo eorum destitutam fuisse. Quod quidem antiquitati harum Epistolarum haud parum patrocinatur. Nam quod de Corinthiis dictum est a S. Paulo, ut de Smyrnaeis etiam affirmaretur tot annis postea, insigne illius Ecclesiae praeconium fuit. Post Ignatii tempora legimus in aliquibus Ecclesiis aliqua charismata perdurasse. De dono Prophetiae Justinus in Dialogo, [§ 82] παρὰ γὰρ ἡμῖν καὶ μέχρι νῦν προφητικὰ χαρίσματά ἐστιν. De dono prophetico aliisque nonnullis adhuc in Ecclesia manentibus, Irenaeus, II lvi lvii, [xxxi § 2, xxxii § 4, pp. 164, 166 ed. Massuet.] praecipue ad conversionem Gentium. De dono prophetico, et sanationis, et ejectionis Daemonum, ad sua usque tempora durante, Origenes, i. c. Celsum, p. 34 et alibi. [ed. Spencer. i § 46, i p. 361 ed. Ben.] PEARSON.

ib. θεοπρεπεστάτῃ] Interpres uterque, *Deo decentissimae.* Origenes in Exhortatione ad Martyrium Θεοπρεπέστατε Ἀμβρόσιε, [§ 1, i p. 274 ed. Ben.] et Dionysius Alex. apud Euseb. H. E. vi 41, καὶ νῦν ὁ Θεοπρεπέστατος σὺν ἡμῖν ἐστὶ Διόσκορος. De Christo ipso Origenes adv. Cels. iii, [§ 14, i p. 456 ed. Ben.] Θεοπρεπέστατος, καὶ ἀληθῶς Θεόθεν πρὸς ἡμᾶς κατελθών. PEARSON. Ita Cod. Laur. non εὐπρεπεστάτῃ, uti in Aldrichii libro. Cod. Casan. θεοπρεπεστάτης.

Digitized by Google

πρεπεστάτῃ καὶ ἁγιοφόρῳ, τῇ οὔσῃ ἐν Σμύρνῃ τῆς Ἀσίας, ἐν ἀμώμῳ πνεύματι καὶ λόγῳ Θεοῦ πλεῖστα χαίρειν.

Gaudere se significat,

Α'. ΔΟΞΑΖΩΝ Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Θεὸν, τὸν

1. ἁγιοφόρῳ,] Ecclesia recte *ferax sanctorum* dicitur, quia sanctis referta est, eosque quasi parere videtur. Sic Ephesii dicuntur ἁγιοφόροι. [ad Eph. § 9.] PEARSON.

ib. τῆς Ἀσίας,] Apoc. i 4, 11. Ad Episcopos quinque urbium Asiaticarum scribit Ignatius. Erasmus vult plures Ecclesias in Asia quam septem non fuisse, quum Johannes Apocalypsin scripsit. Sed quaere. Undecim urbes Asiae certant apud Tacit. Ann. iv [§ 55] pro templo Tiberii. Urbes autem ad Commune Asiae pertinentes erant tredecim. Quatuor vero ex hisce quinque nomen Ἀσίας adjungit Ignatius, quarum tres memorantur inter Septem Asiae Ecclesias Apocalypticas; quintam autem, ut distinguat ab urbe ejusdem nominis satis celebri in eadem Asia sita, illa appellatione omissa, aliter describit, viz. ἐν Μαγνησίᾳ τῇ πρὸς Μαιάνδρῳ. Eodem igitur sensu hic intelligenda est *Asia*, quo locuti sunt Apostoli, Petrus, Paulus, et Johannes. Scriptores alii has urbes, sigillatim recensitas, aut Lydiae, aut Aeolidi aut Ioniae adscribunt, non Asiae. Lydia autem Aeolidem et Ioniam complectebatur, et Asiam proprie dictam constituebat: Ἀσία τὸ πρότερον ἐκαλεῖτο ἡ Λυδία. De qua re videndus omnino Aristides in προσφωνητικῷ Σμυρναϊκῷ, tom. i p. 475. [p. 271 ed. Jebb.] Smyrna urbs sub Tiberio omnium pulcherrima, ut testatur Strabo, hujus Asiae metropolis. Vid. Marm. Oxon. p. 47. [ed. Prideaux.] PEARSON. Infra, § 11, ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας.

2. ἐν ἀμώμῳ κ. τ. λ.] Haec ad posteriora pertinent, ut ex aliis Salutationibus patet. Ita enim ad Ephes. optans loquitur, πλεῖστα ἐν Ἰ. Χ. καὶ ἐν ἀμώμῳ χάριτι χαίρειν. et ad Rom. πλεῖστα ἐν Θεῷ καὶ Πατρὶ καὶ Κυρίῳ ἡμῶν Ἰ. Χ. ἀμώμως χαίρειν. PEARSON.

ib. πνεύματι καὶ] Gronovius, Praef. in Herodot., contendit notam compendiariam MSti legendam esse πνευματικῷ λόγῳ.

ib. πλεῖστα χαίρειν.] *Plurimum gaudere*: ut, *plurimum valere*. Digest. l viii, t. 3, 37. Λούκιος Τίτιος Γαΐῳ Σείῳ πλεῖστα χαίρειν. Solita haec in Epistolis salutatio, brevis et concisa. Ἴδιον γὰρ πάσης ἐπιστολῆς τὸ χαίρειν καὶ ἔρρωσο λέγειν, inquit Artemidorus, iii 44. Ita S. Jacobus, [i 1] ταῖς δώδεκα φυλαῖς ταῖς ἐν τῇ διασπορᾷ χαίρειν. Neque tantum in Epistolis, sed et in congressibus et allocutionibus quotidianis, praesertim matutinis, eadem forma a Graecis usurpata est. De qua familiari salutatione intelligenda est illa S. Johannis cautio, Ep. II, [10]

Digitized by Google

decentissimae [c] et sanctiferae, existenti in Smyrna Asiae; in incoinquinato spiritu et verbo Dei, plurimum gaudere:

[c] *condecentissimae* C. C.

I. GLORIFICO Jesum Christum Deum, qui

de seductore, *χαίρειν αὐτῷ μὴ λέγετε*. PEARSON.

4. *Δοξάζων*] Libb. impr. si Dresselium excipias, cum Interpol. et Int. Vet. *Δοξάζω*, quem ad modum legebat Syrus quoque ap. Cureton. qui, p. 246, inter Excerpt. e Severo, exhibet caput hoc integrum, et cap. 2 usque ad *ἀνέστησεν ἑαυτόν*. Similem participii usum praebent Epp. ad Eph. et Magn. Vide supra, p. 272 l. 8.

ib. *Ἰησοῦν Χριστὸν*] Interpol. pro sua libidine, *Δοξάζω τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα Ἰησοῦ Χριστοῦ*· quibus verbis sententiam Ignatii de vera et summa Divinitate Christi obscuravit, quam tamen ipse Ignatius semper aperte agnoscit et profitetur. Non aliter intelligi potest *δωρεὰ τοῦ Θεοῦ* in hac ipsa Epist. [§ 7], et *διακόνους Χριστοῦ Θεοῦ* [§ 10]; ad Polyc. *ἐν Θεῷ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ*, [§ 8]; ad Ephes. *καὶ αὐτὸς ἦ ἐν ἡμῖν Θεὸς ἡμῶν*, et *Θεοῦ γνῶσιν, ὅ ἐστιν Ἰ. Χ.* [§§ 15, 17]; et ad Rom., *ἀγάπην τοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν*. [Inscr. Addas *ὁ γὰρ Θεὸς ἡμῶν Ἰ. Χ.* § 3.] Quae omnia ad imitationem S. Johannis et S. Thomae dicta sunt, qui aperte Christum *ἐθεολόγουν*, ut loquuntur Veteres, i. e. *diserte nobis ut Deum repraesentabant*. Ita certe Ignatii aetate loquebantur, et qui statim postea secuti sunt. Vid. Plinii Ep. ad Trajanum, [x 97] et Euseb. H. E. v 28, ix 1. Clem. Alex. 790 A. b. [Paris. 1629, p. 969 ed. Potter.] Insignis locus est Origenis adv. Celsum, 230, [ed. Spencer. *περὶ αὐτοῦ θεολογοῦσιν αἱ ἱεραὶ γραφαί*. lib. 4 ad fin. i 577 ed. Ben.] et in Johan. 139. [ed. Huet. *μετὰ τὰς Ἰωάννου μαρτυρίας, πρώτην μὲν τὴν ὑπὸ κεκραγότος λεγομένην καὶ θεολογοῦντος*. iv p. 149 ed. Ben.] Arnobius adv. Gentes, ii p. 85. [Lugd. Bat. 1651.] 'Et ideo Christus, 'licet vobis invitis, Deus, Deus 'inquam Christus; hoc enim 'saepe dicendum est, ut infi- 'delium dissiliat et dirumpatur 'auditus.' Unde peculiari notione *Θεολογία* doctrina de Deitate Christi: cui opponitur doctrina de humanitate, quae *Οἰκονομία* dicebatur; et *Θεολογικά* dicebantur, quae tractabant de Deitate Christi. PEARSON. Conf. Routh. Reliq. Sacr. ii pp. 129, 130.

ib. *τὸν Θεὸν*,] In hunc Articuli usum annotat Photius in Bibliotheca, cap. 229, col. 809 ed. Rothomag. p. 250 ed. Bekker.

ib. *τὸν οὕτως ὑμᾶς σοφίσαντα*·] *Qui vos adeo sapientes reddidit*; sapientia sc. salutari atque divina. Ita enim loquitur more Apostolico: ut II Tim. iii 15. Hac voce solus inter Novi Testamenti scriptores S. Paulus usus est. Reperitur vero identidem cum accusativo personae in Graeca Versione Psalmorum;

Digitized by Google

quod firmi persistant in fide Evangelii, cujus summa capita, quoad doctrinam de Jesu Christo, recitat.

οὕτως ὑμᾶς σοφίσαντα· ἐνόησα γὰρ ὑμᾶς κατηρτισμένους ἐν ἀκινήτῳ πίστει, ὥσπερ καθηλωμένους ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, σαρκί τε καὶ πνεύματι, καὶ ἡδρασμένους ἐν ἀγάπῃ ἐν τῷ αἵματι Χριστοῦ, πεπληροφορημένους εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν, ἀληθῶς ὄντα ἐκ γένους Δαβὶδ κατὰ σάρκα, υἱὸν Θεοῦ κατὰ θέλημα καὶ δύναμιν Θεοῦ, γεγενημένον ἀληθῶς ἐκ παρθένου, βεβαπτισμένον ὑπὸ Ἰωάννου, ἵνα πληρωθῇ πᾶσα δικαιοσύνη ὑπ' αὐτοῦ, ἀληθῶς ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου καὶ Ἡρώδου τετράρχου καθηλωμένον ὑπὲρ ἡμῶν ἐν σαρκί. Ἀφ' οὗ καρποῦ ἡμεῖς ἀπὸ τοῦ θεομακαρίστου αὐτοῦ πάθους, ἵνα ἄρῃ

Ps. xviii 7, civ 22. Vet. Int. οὕτως non agnoscit; agnoscit autem Interpol. cum suo Interprete, et sine dubio ita scripsit Ignatius. PEARSON.

1. ἐνόησα γὰρ] *Observavi enim.* Quapropter fuerat jam ipse Smyrnae; et ad Smyrnaeos haec Troade constitutus scribit, jam Asiae valedicturus, et in Thraciam perrecturus. PEARSON.

2. καθηλωμένους] Immobilitatem et firmitatem fidei illorum illustrat, dum eos adeo stabiles pronunciat, ac si clavis quibusdam fixi essent cruci Christi. Χριστῷ συνεσταύρωμαι, Gal. ii 20. Cf. vi 14. In Actis Pionii καθηλώσεις illius Martyris memorabantur, ut tradit Eusebius. [H. E. iv 15.] Eleganter haec exprimuntur a Clem. Alex. Paedag. iii 12, [p. 303 ed. Potter.] Greg. Naz. 276 A. [tom. i ed. Morel.] Vide etiam Theodotum Ancyranum, p. 25, [πῶς ὁ Κύριος τῆς δόξης ἐσταύρωται, εἰ μὴ ἄρα ἕνωσιν πρὸς τὸν καθηλωθέντα ἐκτήσατο;] Ps. cxviii 121, καθήλωσον τὰς σαρκάς μου de Christo aliqui interpretati sunt, ut Barnabas, p. 219. [ed. Voss. § 4.] PEARSON.

3. σαρκί τε καὶ πνεύματι,] Phrasis Ignatio maxime familiaris: h. e. *toti et penitus, ac si ita Christo deservirent tum corpore tum animo, ut ab illo avelli non possent.* Cf. I Cor. vi 20. Clemens Alex. 275 B. [ed. Sylburg. Strom. i 1, p. 323 ed. Potter.] καὶ πνεύμασι, καὶ σώμασιν. Ecclesia Gallicana σώματι καὶ ψυχῇ apud Euseb. 159 C. [H. E. v 1.] Orig. in Johan. 9 D [ed. Huet.] Διόπερ ἀναγκαῖον πνευματικῶς καὶ σωματικῶς χριστιανίζειν. PEARSON.

4. καὶ ἡδρασμένους] Secunda firmitatis metaphora, ut in Ep. ad Polyc. [§§ 1, 3,] et hac ipsa, [§ 1] et in Ep. ad Eph. [§ 10.] S. Paulo ἑδραῖοι, I Cor. vii 37, et xv 58, Coloss. i 23. Clem. Alex. τῆς ἀληθείας ἑδραιότης. [τῆς γνώ-

Digitized by Google

vos sapientes fecit. Intellexi enim vos perfectos in immobili fide; quemadmodum clavifixos in cruce Domini nostri Jesu Christi, et carne et spiritu; et firmatos in charitate, in sanguine Christi; certificatos in Dominum nostrum Jesum Christum, vere existentem de genere David secundum carnem, filium Dei secundum voluntatem et potentiam Dei, genitum vere ex Virgine, baptizatum a Johanne, *ut impleatur omnis justitia* ab ipso; Matt. iii 15, vere sub Pontio Pilato et Herode Tetrarcha clavifixum pro nobis in carne; a cujus fructu nos,

μης, Strom. vii § 7, p. 859 Potter.] PEARSON. *καί* omiserunt Voss. Cotel. et Clericus. *ἡδρασμένους* e Cod. MSto dedi. Libb. impr. ad unum *ἑδρασμένους*.

5. *πεπληροφορημένους*] Theodoretus, Dial. i [tom. iv p. 49 ed. Schulze.] citat hoc modo, *πεπληροφορημένους ἀληθῶς κ. τ. λ.* et paulo post, *υἱὸν Θεοῦ κατὰ Θεότητα καὶ δύναμιν*. Male autem apud illum est, *ἐκ τῆς πρὸς Ῥωμαίους ἐπιστολῆς*, quum *Σμυρναίους* legendum sit; nisi sit *ἁμάρτημα μνημονικόν*. VOSSIUS. Verba Ignatii forsitan immutavit Theodoretus, quia prima facie Arianismum sapere viderentur. Vid. Ittig. H. E. Sel. Capp. ii p. 104. Cf. Ep. ad Magn. §§ 8, 11; Clem. Rom. I § 42; S. Luc. i 1, Rom. iv 21, xiv 5.

7. *κατὰ θέλημα*] Lectionem Theodoreti, *κατὰ θεότητα*, invitis Codd. et Int. Vet. tuetur Wesselingius, Probabil. Lib. Sing. cap. xxxiii. *κατὰ φύσιν* ante oculos habuisse videtur Armenius.

8. *βεβαπτισμένον κ. τ. λ.*] Haec ad veritatem humanae naturae spectant, quod fuerit Johannis manibus contrectatus, quod aquis immersus, quod ablutus, ut alii. PEARSON.

10. *ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου*] Ut in Ep. ad Magn. [§ 11.] Praeter eos, qui enarrarunt historice, primus Paulus, I Tim. vi 13, Iren. I xxix, [de Marcione, I xxvii § 2 ed. Massuet.] Justin. Apol. [i § 13] juxta Symbolum Apostolicum. Haec ad Trallianos [§ 9] e Smyrna brevius: eadem nunc e Troade ad Smyrnaeos scribit plenius et explicatius. PEARSON.

11. *Ἀφ' οὗ καρποῦ*] Vet. Int. *A cujus fructu*, ligni sc. quod hic subintelligendum est. Patet hoc ex Ep. ad Trall. § 11. Ipse enim Christus, pendens in ligno, quasi fructus ejus intelligitur. Interpol. quum non videret quo modo haec recte intelligi possent, expuncta voce *καρποῦ*, *Ἀφ' οὗ καὶ ἡμεῖς ἔσμεν* simpliciter dixit. PEARSON.

12. *θεομακαρίστου*] Hanc lectionem, veram ni fallor, Interpol. exhibet. Edd. *θεομακαρίου* habent, et in Cod. Laur. *θεομακαρίτου* scriptum esse affirmant. Sed membrana hic adeo in ru-

Digitized by Google

σύσσημον εἰς τοὺς αἰῶνας διὰ τῆς ἀναστάσεως, εἰς τοὺς ἁγίους καὶ πιστοὺς αὐτοῦ, εἴτε ἐν Ἰουδαίοις, εἴτε ἐν ἔθνεσιν, ἐν ἑνὶ σώματι τῆς ἐκκλησίας αὐτοῦ.

Vere, non in apparentia passum esse, contra Docetas asserit.

Β'. *Ταῦτα γὰρ πάντα ἔπαθεν δι' ἡμᾶς, ἵνα σωθῶμεν. Καὶ ἀληθῶς ἔπαθεν, ὡς καὶ ἀληθῶς ἀνέστησεν ἑαυτόν· οὐχ ὥσπερ ἄπιστοί τινες λέγουσιν τὸ δοκεῖν αὐτὸν πεπονθέναι, αὐτοὶ τὸ δοκεῖν ὄντες· καὶ καθὼς*

gas replicata est, ut duas has literas σ τ, quas librarius noster arctissime conjungere solet, olim intra hoc spatium exstitisse facillime cum Salvinio credas. Dresselius e Cod. Casan. *θεομακαρίτου* dedit. *Θεομακαριστότατε* habet P. Pater in Ep. ad Polyc. § 7. *μακαρίου* et *μακαρίτου* saepe confunduntur. Vid. Routh. Reliq. Sacr. iii 354. Versionem Syri ita exprimit Curetonus, Excerpt. e Severo, p. 246, *whose fruit we are, from His suffering divinely blest.* Petermannus exhibet, *et a signo illo quod dignos reddidit nos beatitudine Divinitatis.*

ib. *ἵνα ἆρῃ σύσσημον*] Phrasis Prophetica, Es. v 26, xlix 22, lxii 10. Neque LXX soli hac voce utuntur, sed et Aquila Es. lix 19. *Αἴρειν σύσσημον* idem quod Graecis *αἴρειν σημεῖον*, qua phrasi nulla illis usitatior; unde Hesychius et Suidas, *Σύσσημον· σημεῖον.* Ut ante, finem baptismi, ita nunc finem crucifixionis ostendit. Crux Christi omnes *τοῦ σημείου* usus exprimit, ad colligendum exercitum, ad collectum convocandum, ad exspectandum hostem, ad pugnandum, ad victoriam. PEARSON. Vide infra in Fragm. Polycarpi 5, 'Crucis *vexillum.*' Aliter Vossius, 'Resurrectionem Christi vocat '*σύσσημον*, quia nobis haec 'data commune resurrectionis 'futurae signum,' Vairlenius loco vocis *σύσσημον* legendum putat *συσσώμους*, vertitque, *ut assumeret vos concorporales*— qua voce et Apostolus utitur, Ep. ad Ephes. iii 6. Ita legisse videtur Epistolarum interpolatarum Int. Vet.; vertit enim, *ut tollat secum sibi conjunctos in saecula.* Curetonus, *in order that he may raise a sign to eternity.* Bunsenius exhibet *σύσσωμον*, et praepositionem ante *τοὺς ἁγίους* omittit.

2. *τοὺς ἁγίους καὶ πιστοὺς αὐτοῦ,*] Valde signanter haec scripsit, quia Christus post resurrectionem solis fidelibus apparuit. PEARSON.

ib. *εἴτε ἐν Ἰουδαίοις,*] Cod. uterque *ἔν τε ἐν Ἰουδαίοις, ἔν τε ἐν ἔθνεσιν*, ex incuria, ut videtur, librariis perquam familiari, qui in scriptura, tum unciali tum minuscula, passim commutant praepositiones *ἐν* et *εἰς*, praesertim in vocibus compositis. In Cod. Casan. man. sec. *εἴτε— εἴτε. εἴτε* repetita phrasis Paulina. e. g. I Cor. xii 13, *εἴτε Ἰουδαῖοι, εἴτε Ἕλληνες.* ib. xiii 8, xiv 7, Philipp. i 18, 20, 27, Col. i 16, 20.

4. *Ταῦτα γὰρ πάντα*] Omnia quandam passionem include-

Digitized by Google

a[d] divine beatissima ipsius passione; ut levet signum in saecula, per resurrectionem, in sanctos et fideles ipsius, et in Judaeis et in Gentibus, in uno corpore Ecclesiae ipsius. [d] *a* om. C. C.

II. Haec enim omnia passus est pro nobis, ut salvemur. Et vere passus est, ut et vere resuscitavit seipsum: non, quemadmodum infideles quidam dicunt, secundum videri ipsum passum esse, ipsi secundum videri[e] existentes: et quemadmo- [e] *videre* C. C.

bant; multa enim sustinuit praeter crucem. Δι' ἡμᾶς, phrasis praecipue notanda: an *loco nostri?* ut duo dicat, an *pro nobis*, an *propter nos?* Rom. iv 25, I Cor. viii 11, II Cor. viii 9, I Thess. v 10, I Pet. i 20. Finis passionum Christi ἵνα σωθῶμεν· plane Apostolice. Cf. Polyc. ad Philipp. § 8. PEARSON. Armenius, in textu, *haec omnia passus est ad vivificandum nos.* In margine, Graeco textui accomodatius, ... *passus est propter nos ut salvemur.* PETERMAN.

5. ἀληθῶς] Cf. Ep. ad Eph. § 18, ad Trall. § 9.

ib. ἀνέστησεν ἑαυτόν·] Ita Syrus quoque. Interpolator, doctrinae receptae, ut credebat, convenientius, ἀνέστη. Infra, § 6, σάρκα τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ... ἣν ὁ Πατὴρ ἤγειρεν. Cf. S. Johan. x 17, et Rom. iv 24. S. Hippolytus c. Noëtum, § 18, τριήμερος ὑπὸ Πατρὸς ἀνίσταται, αὐτὸς ὢν ἡ ἀνάστασις καὶ ἡ ζωή.

6. ἄπιστοί] Haereticos vocat *infideles*, quod essent verae fidei vacui. Gloss. *Perfidus*, ἄπιστος. Haereticorum non fides, sed perfidia, ut post, § 5, Ep. ad Trall. § 10. S. Cyprianus ad Demetrianum, p. 195, [ed. Fell.] 'Quae tunc erit fidei gloria, 'quae poena perfidiae,' &c.? Epiphanius ἀπίστους καὶ κακοπίστους distinguit, et ἀπίστους vocat Ἕλληνας seu Gentiles. p. 504. [ed. Basil. Ancorat. § 84, ii p. 88 ed. Petav.] PEARSON.

ib. τὸ δοκεῖν] Unde hi haeretici Δοκηταί. Eorum origo a Simone Mago. His autem maxime in Episcopatu infestus est S. Ignatius. Nam Menander, discipulus Simonis et Doceta, Ignatio synchronus fuit. De eo Justinus Martyr paucis annis post Ignatii Martyrium: Μένανδρον ... ἐν Ἀντιοχείᾳ γενόμενον, πολλοὺς ἐξαπατῆσαι διὰ μαγικῆς τέχνης οἴδαμεν. [Apol. i § 26.] Menandri discipulus erat Saturnilus, ut tradit Irenaeus, i xxii, [Saturninus, xxiv 2, p. 100 ed. Massuet.] et post eum Epiphanes; qui etiam docuit Salvatorem *putative visum hominem*, et τὰ πάντα ἐν τῷ δοκεῖν πεποιηκέναι. PEARSON. Videtur inserendum κατά ante τό, vel potius utrobique legendum τῷ δοκεῖν, ut apud Theodoretum. SMITH. Nihil mutandum. Cf. infra § 4, et Ep. ad Trall. § 10. Vid. Lueckium in S. Johan. iii p. 69.

7. αὐτοὶ τὸ δοκεῖν] Ut ad Trall.

Digitized by Google

φρονοῦσιν καὶ συμβήσεται αὐτοῖς, οὖσιν ἀσωμάτοις καὶ δαιμονικοῖς.

Verum fuisse hominem, etiam post resurrectionem; hocque discipulis demonstrasse.

Γ'. Ἐγὼ γὰρ καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐν σαρκὶ αὐτὸν οἶδα, καὶ πιστεύω ὄντα. Καὶ ὅτε πρὸς τοὺς περὶ Πέτρον ἦλθεν, ἔφη αὐτοῖς, "Λάβετε, ψηλαφήσατέ με, καὶ ἴδετε, ὅτι οὐκ εἰμὶ δαιμόνιον ἀσώ-

[§ 10] Acute. Haec imitatus est Tertullian. de Valentinianis agens: 'Ita omnia in imagines 'urgent, plane et ipsi imagi-'narii Christiani.' p. 300 D. [adv. Valentin. § 28.] PEARSON. Alium locum profert Bullus, Def. Fid. Nic. II vii 3, refragante quidem Curetono in Vindic. suis, p. 57, sed confirmante V. D. in Censura Trimestri, clxxv 86. CHURTON.

1. ἀσωμάτοις] i. e. *phantasticis*, qui Christum non reale corpus habuisse asseruerunt. SMITH. Locum illum in Praef. περὶ Ἀρχῶν, i 49 A ed. Ben. intelligit Curetonus, p. 255, tanquam Origenes dixisset vocem ἀσώματος nullum Scriptorem Christianum usurpasse. Verum enimvero, uti monet Denzinger. p. 73, de Scriptoribus Spiritu Dei inspiratis loquitur Origenes.

2. δαιμονικοῖς.] Vet. Int. *daemoniacis*, male. Δαιμονικός et δαιμονιακός differunt: δαιμονικός et δαιμονιώδης, *diabolicus*: S. Jac. iii 15. Δαιμονιακός a δαιμονιάζω. Origenes c. Cels. viii, δαιμονικὸν μᾶλλον ἢ ἀνθρωπινόν. [§ 61. Opp. i 787 ed. Ben.] Idem, seu Rufinus in Prooem. Lib. περὶ Ἀρχῶν, 'In hoc li-'bello incorporeum daemonium 'dixit, pro eo, quod ille, qui-'cunque est habitus vel circum-'scriptio daemonici corporis, 'non est similis huic nostro 'crassiori vel visibili corpori.' PEARSON.

3. Ἐγὼ γὰρ——καὶ ἐπίστευσαν,] Haec exhibet Theodoretus in Dialog. secundo.

4. οἶδα,] Recte Rufinus, *scio*. Hieronymus, de Viris Illustr. § 16, ii 841 ed. Vallars. cum Int. Vet. *vidi*, ac si εἶδον legisset; quam malam interpretationem, a Dallaeo avide arreptam, de Libb. Suppos. ii p. 361, a Merxio acceptam, ex S. Johann. xx 8 profectam esse suspicatur Pearsonus. Lectionem autem MSS. longe meliorem tuentur Interpol. Int. Vulg. *novi*, Euseb. H. E. iii 36, Theodoretus, Dial. ii, et Euseb. versio Syriaca ap. Cureton. p. 237, *I also, after His resurrection in the flesh, know Him, and I bear witness and believe that He is*. Chrysostomus, qui omnia conquisivit quae ad Ignatium laudibus efferendum faciebant, diserte asserit eum nunquam aspexisse Christum. Homil. in S. Ignat. § 4. Opp. ii p. 599 ed. Ben. Optime igitur Grotius, Annot. in S. Matt. xxviii 17, monet non de visus sensu hic agere B. Patrem, sed de fide, quam non suo sed aliorum testimonio confirmat. αι et οι confusa habes apud Clem. R. Ep. ii § 7 in Cod. Alex. Idem

Digitized by Google

dum sapiunt, et accidet ipsis, existentibus incorporeis et daemoniacis.

III. Ego enim et post resurrectionem in carne ipsum vidi, et credo existentem. Et quando[f] ad eos qui circa Petrum venit, ait ipsis: *Apprehendite, palpate me*[g], *et videte, quoniam*[h] *non sum*

[f] *quum* C. C.
S. Luc. xxiv 39.
[g] Deest *me*
[h] *quia* C. C.

Codex praestat τοῖχον Esai. xxxviii 2, ubi τεῖχον legitur in exemplari Vaticano. Sic etiam in Ep. Circ. Eccl. Smyrn. § 8 οἶδεν habent Codd. Vindob. et Paris. εἶδε Cod. Barocc. Cf. 1 Johan. v 18, 20. Remittit Hefelius ad Walchii Programma Paschale, Gotting. 1772, Num Ignatius Christum post Resurrectionem in carne viderit.

ib. τοὺς περὶ Πέτρον] Maxime miror a viro Graece peritissimo Is. Casaubono, Exercit. xvi in Baron. cap. 126, reprehendi interpretationem Hieronymianam, *ad Petrum et ad eos qui cum Petro erant*, et Rufinianam, *ad Petrum caeterosque*, verti autem *ad Petrum;* quum sequentia omnino evincant non de uno agi Petro; notaque sit tironibus significatio duplex phraseos οἱ περὶ τὸν δεῖνα, de qua post alios Usserius. Act. xiii 13, οἱ περὶ τὸν Παῦλον, Vulgata, *Paulus et qui cum eo erant*. Caeterum citationem Apocryphorum non caussabitur contra Ignatium, quicunque meminerit a Clemente idem committi in Epistola illa ἀνομολογουμένη παρὰ πᾶσιν ad Corinthios, teste etiam Photio. COTEL. *those of the house of Peter*, Eusebii Int. Syrus. ap. Cureton. p. 237.

5. "Λάβετε, κ. τ. λ.] Optime Eusebius [H. E. iii 36] οὐκ οἶδα ὁπόθεν τοῖς ῥητοῖς κέχρηται, quia talis locutio in Evangelistarum nullo exstat. Hieronymus autem, qui Evangelium secundum Hebraeos, quo utebantur Nazaraei, tum in Graecum, tum in Latinum sermonem transtulerat, ex illo Evangelio testimonium hoc Ignatium transtulisse asserit. [in Catal. Script. Eccles. § 27, Prooem. lib. xviii Comm. in Esaiam, Comm. in S. Matt. xii 13, xxiii 35.] Sed quum illud Evangelium Hebraice tantum, non Graece exstitisse ante aetatem Hieronymi videatur, aut certe illud quo tum utebantur Nazaraei, quodque transtulit Hieronymus, interpolatum fuerit, quumque eadem verba in libello, qui Διδαχὴ Πέτρου dictus est, de eadem re exstarent, credibile potius est, haec tria loca non ex libris aliquibus, sed ex historia verbis illis vulgo tradita desumi. Cf. Rufin. in Prooemio Libri περὶ Ἀρχῶν. PEARSON. Denzingero e libro Doctrina Petri inscripto sumta esse videntur. p. 73. Vedelius, P. ii, pp. 186–8, contendit hoc testimonium deductum fuisse ex sententia verborum S. Lucae, xxiv 36–40. Unde et ex Act. x 41 in libros Apocryphos ab Hieronymo et Origene visos, Arndtius suspicatur haec translata fuisse.

6. δαιμόνιον ἀσώματον.] Contra

Digitized by Google

" ματον." Καὶ εὐθὺς αὐτοῦ ἥψαντο, καὶ ἐπίστευσαν, κρατηθέντες τῇ σαρκὶ αὐτοῦ καὶ τῷ πνεύματι. Διὰ τοῦτο καὶ θανάτου κατεφρόνησαν, ηὑρέθησαν δὲ ὑπὲρ θάνατον. Μετὰ δὲ τὴν ἀνάστασιν συνέφαγεν αὐτοῖς καὶ συνέπιεν ὡς σαρκικὸς, καίπερ πνευματικῶς ἡνωμένος τῷ Πατρί.

Monet, ut caveant sibi ab istis Haereticis; nisi enim vere haec a Domino essent peracta, nunquam se tantum la-

Δ'. Ταῦτα δὲ παραινῶ ὑμῖν, ἀγαπητοὶ, εἰδὼς ὅτι καὶ ὑμεῖς οὕτως ἔχετε. Προφυλάσσω δὲ ὑμᾶς ἀπὸ τῶν θηρίων τῶν ἀνθρωπομόρφων, οὓς οὐ μόνον δεῖ ὑμᾶς μὴ παραδέχεσθαι, ἀλλ' εἰ δυνατόν ἐστι μηδὲ συναντᾷν, μόνον δὲ προσεύχεσθαι ὑπὲρ αὐτῶν, ἐάν πως μετανοήσωσιν· ὅπερ δύσκολον. Τούτου δὲ ἔχει

deterrimum Apocryphum τῶν Φαντασιαστῶν, inscriptum Περίοδοι τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, prout refertur Actione quinta Synodi septimae: ἄλλοτε δὲ πάλιν ψηλαφῶντός μου αὐτὸν, ἄυλον ἦν καὶ ἀσώματον τὸ ὑποκείμενον, καὶ ὡς μηδὲ ὅλως ὄν. Cum quo consentiunt fabulosae illae traditiones citatae in commentariolis quae sub Clem. Alex. nomine prodierunt, ad 1 Joh. i 1. Videndae Apost. Const. vi 26. COTEL.

2. κρατηθέντες] Ita post Vossium Edd. omnes, Hefel. et Dresselio exceptis, qui sequuntur Codd. κραθέντες, scripturam, ut videtur, compendiariam. Armenius, *qui Sacra Coena usi sunt, et gustarunt antea corpus et sanguinem ejus.*

4. Μετὰ δὲ——τῷ Πατρί.] Hanc quoque sententiam praestat Theodoretus, Dial. ii, ubi legitur καὶ συνέφαγε, καὶ συνέπιεν αὐτοῖς, ὡς σαρκικῶς καὶ πνευματικῶς ἡνωμένος τῷ Πατρί. Quam lectionem, ad Cotelerii et Smithi mentem, ex hoc loco correxit Schulzius in editione sua, IV P. i p. 128.

5. ἡνωμένος] Ut in Ep. ad Magn. [§ 7] Clem. R. ii § 9, Εἷς Χριστὸς ὁ Κύριος, . . . ὃν μὲν τὸ πρῶτον πνεῦμα, ἐγένετο σάρξ. Epiphanius, εἰς θεότητα συνενωθείς. PEARSON. ἑνωμένος Vossius, Clericus, Hornemannus.

7. Δ'. Ταῦτα δὲ παραινῶ κ. τ. λ.] Aut nil Ignatiani, confido, habemus, aut hujus certe capitis scripsit breviorem textum. DUESTERDIECK.

ib. εἰδὼς——ἔχετε.] Armenius, *quoniam scio, quod et vos sic scribitis.*

8. Προφυλάσσω] Haec ad Χριστός, l. 11, inter Excerpta legas ap. Cureton. p. 250, *I warn you of evil men, who are beasts, and possess only the form of men, that not only is it not right &c.*

9. ἀνθρωπομόρφων,] Pseudo-Ignatius ad Tars. § 1; Philo de Abrahamo, [ii p. 6 ed. Mangey.]

Digitized by Google

daemonium incorporeum. Et confestim ipsum tetigerunt, et crediderunt, convicti carne ipsius et spiritu [i]. Propter hoc et mortem contempserunt; inventi autem sunt super mortem. Post resurrectionem autem comedit cum eis et bibit, ut carnalis; quamvis spiritualiter unitus Patri.

[i] *convicti, carni ipsius et spiritui.* ap. Aldrich.

IV. Haec autem monefacio vobis, dilecti, sciens quoniam et vos sic habetis. Praemunio autem vos a bestiis anthropomorphis: quos non solum oportet vos non recipere, sed, si possibile, neque eis obviare [k]; solum autem orare pro ipsis, si quo modo poeniteant, quod difficile. Hujus autem

2 Johan. vers. 11.
[k] *obviare eis* C. C.

Chrysostom. adv. vituperatores Vitae Monasticae, i 2, [Opp. i p. 47 ed. Ben.] et alibi. Pari modo apud Philonem, i de Vita Mosis, [ed. Mangey, ii p. 87] et Lib. de Decalogo, [ib. p. 194] invenies *ἀνθρωποειδῆ θηρία*· quemadmodum Const. Apost. ii 21. In Eusebii autem H. E. x 4 *ἀνθρωπόμορφον θῆρα*. COTEL. Epiphan. *θηριόμορφοι*, p. 52 l. 50, [ed. Basil. Haer. xxvii 8, i p. 110 ed. Petav.] *ὀφιόμορφοι*, 184 8, [ib. Haer. li 1, i p. 422.] Vulg. Int. *hominum figuras habentibus*. Ita quidem origo haec accipitur. Inde Ἀνθρωπομορφῖται, haeretici qui Deum tanquam *ἀνθρωπόμορφον*, sub figura hominis colebant. Hic autem loquitur de haereticis, qui sub forma humana sive essentia naturam bestialem habebant: ut apud S. Paulum *μορφὴ Θεοῦ* et *μορφὴ δούλου* duas essentias, divinam et humanam, significant. Μορφή enim proprie non est figura, sed forma. PEARSON. *Bestias humana specie indutas*, hominum nempe ratione praeditorum nomine indignos. Raupach. in Dec. secunda Obss. Sacr. e Patt. Apost. p. 33. Cf. S. Matt. vii 15.

11. *προσεύχεσθαι ὑπὲρ αὐτῶν*,] Oratio pro haereticis quam antiqua! Irenaeus, III xlvi. [xxv § 7, p. 224 ed. Massuet.] PEARSON. Ecclesiae primitivae usui consentanea est tertia e Collectis quas die Passionis Dominicae adhibemus.

12. Τούτου *δὲ ἔχει*] Nullo modo communicandum haereticis docuit, donec poenitentiam agerent, et sic, ut poenitentes, admitterentur in Ecclesiam. Durum autem videri poterat, quod Catholici ad eorum poenitentiam nihil agerent. Hoc igitur relinquendum esse Christo innuit, qui, ut nos ab illorum communione abstinere jussit, ita *habet*, inquit, *potestatem hujus*, dandi scilicet illis poenitentiam, ut recipiantur. PEARSON. Cf. Act. v 31, *ἀρχηγὸν καὶ σωτῆρα ... δοῦναι μετάνοιαν*.

Digitized by Google

boris et periculi susceptu-rum fuisse.

ἐξουσίαν Ἰησοῦς Χριστὸς, τὸ ἀληθινὸν ἡμῶν ζῆν. Εἰ γὰρ τὸ δοκεῖν ταῦτα ἐπράχθη ὑπὸ τοῦ Κυρίου ἡμῶν, κἀγὼ τὸ δοκεῖν δέδεμαι. Τί δὲ καὶ ἑαυτὸν ἔκδοτον δέδωκα τῷ θανάτῳ, πρὸς πῦρ, πρὸς μάχαιραν, πρὸς θηρία; ἀλλ' ἐγγὺς μαχαίρας, ἐγγὺς Θεοῦ· μεταξὺ θηρίων, μεταξὺ Θεοῦ· μόνον ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, εἰς τὸ συμπαθεῖν αὐτῷ, πάντα ὑπομένω, αὐτοῦ με ἐνδυναμοῦντος τοῦ τελείου ἀνθρώπου γενομένου.

Periculum hujus erroris porro declarat, illosque hac ratione Christum abnegare.

Ε'. Ὅν τινες ἀγνοοῦντες ἀρνοῦνται, μᾶλλον δὲ ἠρνήθησαν ὑπ' αὐτοῦ, ὄντες συνήγοροι τοῦ θανάτου μᾶλλον ἢ τῆς ἀληθείας· οὓς οὐκ ἔπεισαν αἱ προφητεῖαι, οὐδὲ ὁ νόμος Μωσέως, ἀλλ' οὐδὲ μέχρι νῦν τὸ εὐαγγέλιον, οὐδὲ τὰ ἡμέτερα τῶν κατ' ἄνδρα παθήματα· καὶ γὰρ περὶ ἡμῶν τὸ αὐτὸ φρονοῦσιν. Τί

1. τὸ ἀληθινὸν ἡμῶν ζῆν.] Ita in Ep. ad Eph. § 3, Ἰησοῦς Χριστὸς τὸ ἀδιάκριτον ἡμῶν ζῆν, et ad Magn. § 1, Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ διαπαντὸς ἡμῶν ζῆν. Pearsonus conferre jubet Origen. ὥσπερ οὐκ ἐχόντων τὸ ἀληθινὸν φῶς, οὕτως οὐδὲ τὸ ἀληθινὸν ζῆν. in Johan. tom. i § 28. Opp. iv p. 31 ed. Ben.

2. Εἰ γὰρ τὸ δοκεῖν——ἠρνήθησαν ὑπ' αὐτοῦ,] Hunc locum tantum non integrum servat Fragm. Syr. ap. Cureton. p. 236.

3. κἀγὼ τὸ δοκεῖν δέδεμαι.] Haec verba omisit Aldrichius, Salvinii apographum nimis presse secutus. Leguntur in Cod. utroque. In Ep. ad Trall. § 10, uti et supra § 2, habemus τὸ δοκεῖν, quare non mutandum cum Edd. in τῷ δοκεῖν. Neque enim, ut Vossii verbis utar, hoc magis Graecum quam alterum.

ib. ἑαυτὸν] Pronomen reciprocum primae personae significationem induit, uti in Ep. ad Trall. § 3. Exempla dabunt Rom. viii 23, ἡμεῖς αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς στενάζομεν. I Cor. xi 31, εἰ γὰρ ἑαυτοὺς διεκρίνομεν. I Johan. i 8, ἑαυτοὺς πλανῶμεν. Libb. impr. Vossium secuti exhibent ἐμαυτόν.

5. ἀλλ' ἐγγὺς μαχαίρας,] Deletis his nobilissimis verbis, usque ad finem cap., quorum sensum pro vilis ingenii humilitate assequi non potuit Interpolator, incredibili ineptia repetit, ἀλλ' οὐ τῷ δοκεῖν, ἀλλὰ τῷ ὄντι πάντα ὑπομένω διὰ Χριστόν. DUESTERDIECK. Ex Apocrypha Doctrina Petri sumta esse suspicatur Denzingerus, p. 102, locum adducens ex Epist. Gregorii Naz. ad Caesarium, κάμνουσα ψυχὴ ἐγγύς ἐστι Θεοῦ,

Digitized by Google

habet potestatem Jesus Christus, verum nostrum vivere. Si autem secundum videri haec operata sunt a Domino nostro: ergo[l] et ego secundum videri ligor. Quid autem et meipsum traditum dedi morti, ad ignem, ad gladium, ad bestias? Sed prope gladium, prope Deum: inter medium bestiarum, inter medium Dei. Solum in nomine Jesu Christi, ad compati ipsi, omnia sustinebo: ipso me fortificante, qui perfectus homo factus est. Phil. iv 13.

[l] Deest *ergo* C. C.

V. Quem quidam ignorantes, abnegant; magis autem abnegati sunt ab ipso[m]; existentes concionatores mortis magis, quam veritatis: quos non persuaserunt Prophetiae, neque Lex Moysi[n]; sed neque usque nunc Evangelium, neque nostrae eorum qui secundum virum passiones. Etenim de nobis idem sapiunt. Quid enim juvat me quis, Matt. x 33. Luc. xii 9.

[m] *abnegantes, ignorantes magis abnegati ab ipso* C. C.

[n] *Moisis* C. C.

φησί που θαυμασιώτατα λέγων ὁ Πέτρος, i p. 19 ed. Caillau.

7. *εἰς τὸ συμπαθεῖν*] Rom. viii 17, *εἴπερ συμπάσχομεν, ἵνα καὶ συνδοξασθῶμεν.* II Cor. iv 10, *πάντοτε τὴν νέκρωσιν τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ ἐν τῷ σώματι περιφέροντες.*

ib. *ὑπομένω,*] Ita Cod. MS. Int. Vetus legebat *ὑπομενῶ.*

8. *ἐνδυναμοῦντος*] Vox Paulina, e. g. ad Philipp. iv 13, *ἐνδυναμοῦντί με Χριστῷ.* ad Tim. I i 12, II iv 17.

ib. *τοῦ τελείου*] Armenius, *qui corroborat me, Jesus Christus Deus noster.* Emendatio Monophysitica. PETERMAN. Cf. Symbolum Athanasii, vers. 30.

10. *μᾶλλον δὲ*] Haec epanorthosis, ut in Ep. ad Polyc. [Inscr.] *ἐπισκόπῳ ..... μᾶλλον ἐπεσκοπημένῳ.* Vide etiam II Tim. ii 12, 13. PEARSON. Addas Gal. iv 9. Cf. Ep. ad Rom. § 8. *Θελήσατε, ἵνα καὶ ὑμεῖς θεληθῆτε*, et ad Trall. § 5.

11. *συνήγοροι*] Haeretici, qui pro veritate advocati esse deberent, quae ducit ad vitam, facti sunt haereseos patroni, quae ducit ad mortem. PEARSON.

13. *τὸ εὐαγγέλιον,*] Non scriptum Evangelium, sed evangelicam praedicationem de vita et factis Christi intelligendam esse monet Niemeyerus. Tu autem vide infra, p. 462 l. 8.

14. *τῶν κατ' ἄνδρα*] *Nostrae singulorum passiones*, i. e. quas singuli pertulimus. Interpol. *τὰ κατ' ἄνδρα*, [quod mallent Usser. et Pearson.] sed *τῶν* potest retineri. SMITH. Int. Vet. melius, § 12 infra, *singillatim.*

15. *καὶ γὰρ περὶ ἡμῶν*] Armenius pro *παθήματα* legebat

Digitized by Google

γάρ με ὠφελεῖ τις, εἰ ἐμὲ ἐπαινεῖ, τὸν δὲ Κύριόν μου βλασφημεῖ, μὴ ὁμολογῶν αὐτὸν σαρκοφόρον; Ὁ δὲ τοῦτο μὴ λέγων, τελείως αὐτὸν ἀπήρνηται, ὢν νεκροφόρος. Τὰ δὲ ὀνόματα αὐτῶν, ὄντα ἄπιστα, οὐκ ἔδοξέ μοι ἐγγράψαι· ἀλλὰ μηδὲ γένοιτό μοι αὐτῶν μνημονεύειν, μέχρις οὗ μετανοήσωσιν εἰς τὸ πάθος, ὅ ἐστιν ἡμῶν ἀνάστασις.

Hetero-doxos istos

ς'. Μηδεὶς πλανάσθω. Καὶ τὰ ἐπουράνια, καὶ ἡ

γράμματα. Qui dicunt, Christum κατὰ τὸ δοκεῖν tantum esse passum, ii nos quoque κατὰ τὸ δοκεῖν (i. e. in vanum) pati contendant necesse est. HEFELIUS.

1. ὠφελεῖ] Ita dedi cum Edd. omnibus praeter Voss. qui ex Cod. Laur. ὀφελεῖ. Sed ο et ω in hoc Codice et in aliis saepissime commutantur.

ib. εἰ ἐμὲ ἐπαινεῖ,] Quis non videt Ignatium ad nomen Θεοφόρου Epistolae praefixum alludere, quod agnovit sibi ne quidem a Docetis negatum fuisse? Illorum autem laudes non acceptabat, dum eum Θεοφόρον vocarent, negarent autem Christum σαρκοφόρον, et se probarent νεκροφόρους. PEARSON. Vindic. ii 145. *Si quis me Martyrem appellat.* UHLHORN. Cf. Ep. ad Trall. § 4.

2. σαρκοφόρον;] Christus dicitur σαρκοφόρος, σῶμα φορῶν, ut Orig. contra Cels. 340. [ed. Spencer. lib. vii § 13, Opp. i p. 703 ed. Ben.] PEARSON. Cf. Ep. ad Eph. § 18, ad Trall. §§ 9, 10.

3. ὢν νεκροφόρος.] Dum vivit mortuus, ille νεκροφόρος. Matt. viii 22, 1 Tim. v 6, Apoc. iii 1. Clem. R. ii § 1, καὶ ὁ βίος ἡμῶν ὅλος ἀλλὸ οὐδὲν ἦν εἰ μὴ θάνατος. Νεκροφόρος potius est *mortuum bajulans*, quam *mortifer*, qui Ignatio nostro θανατηφόρος est. Aliud θάνατος, aliud νεκρός. Onomast. Vet. *Vespillo* et *Pollinctor*, νεκροφόρος. Gloss. Philoxeni, *Bispello*, νεκροφόρος. *Sandapila*, νεκροφορεῖον. PEARSON. Praeclare ac eleganter, ut omnia, B. Cyprianus, de Lapsis; 'Ani-'mam tuam misera perdidisti; 'spiritaliter mortua supervi-'vere hic tibi, et ipsa ambulans 'funus tuum portare coepisti.' [p. 135 ed. Fell.] Item Hieronymus, Epist. 13, [58 ed. Vallars. i 317.] 'Quanti hodie diu 'vivendo portant funera sua?' In Optato, lib. ii, 'Ereptae por-'tant funera dignitatis.' [p. 59 ed. Albaspin.] COTEL. Theodoretus, ἀπήρνηται ὡς νεκροφόρον, quod jure improbant Vossius, Pearson. et Cotel. Locum insigniter parallelum habes, Ep. ad Philad. § 6.

4. Τὰ δὲ ὀνόματα αὐτῶν,] Statuit hic Ignatius nullum haereticum nominare, quod in aliis etiam Epistolis religiose observavit. Nullius enim haeretici nominatim meminit. Unde apparet, 1°. Interpolatoris inscitia, qui in lacinia Epistolae

Digitized by Google

si me laudat, Dominum autem meum blasphemat[o], non confitens ipsum carniferum? Qui autem hoc non dicit, ipsum perfecte abnegavit, existens mortifer. Nomina autem ipsorum, existentia infidelia, non visum est mihi[p] inscribere: sed neque fiat mihi ipsorum recordari, usque quo poeniteant in passionem, quae[q] est nostra resurrectio.

VI. Nullus erret. Et supercoelestia, et gloria

[o] *blasfemat* C. C. 1 Jo. iv 2, 3.

[p] *non est visum mihi* C. C.

[q] *panem, qui* C. C.

ad Trall. Menandri, Basilidis, Theodoti, et Cleobuli diserte meminit. 2°. Adversariorum *ἀκρισία*, qui haec vero Ignatio opposuerunt. PEARSON. Novatiani nomen in Cornelii Ep. ad Cyprianum consulto tacetur. vid. Coustantii Annot. in Routh. Rel. Sacr. iii 31.

ib. *ὄντα ἄπιστα,*] Hic animadvertendus mos S. Scripturae, qui, licet obscure, hoc loco insinuatur. Nam *ἐγγράψαι ὀνόματα* proprie et vulgari modo dicitur de ipsis virorum nominibus. Sed illud *ὄντα ἄπιστα* alium loquendi modum spectat, quo *ὄνομα* ipsam personam refert. PEARSON. Conf. Act. i 15, *ἦν τε ὄχλος ὀνομάτων.*

6. *μέχρις οὗ κ. τ. λ.*] *Usque dum renuncient errori de passione ejus, quam fictam et imaginariam somniant, virtute cujus nos tandem resurgemus.* Verba post *μετανοήσωσιν* omisit Interpol. utpote ab ipso non intellecta. SMITH. Obscurus locus. Forte *καταντήσωσιν*, quasi dixisset, *usque ad diem Judicii*, quando illi punientur, nos vero resurgemus. Vide tamen infra § 7, *ἐν ᾧ τὸ πάθος κ. τ. λ.* unde forte explicari potest hic locus sine ulla mutatione. MARKLAND. Cf. infra § 9, *εἰς Θεὸν μετανοεῖν*, et Ep. ad Philad. § 8, *ἐὰν μετανοήσωσιν εἰς ἑνότητα Θεοῦ.* Τὸ *πάθος* absolute positum sicut § 7, et in Inscr. Ep. ad Eph. Armenius, *donec resipiscent et credent passionem.*

8. *Μηδεὶς πλανάσθω.*] Ita quoque alibi loquitur Ignatius. [ad Eph. §§ 5, 16, ad Magn. § 8.] Videntur autem haec verba defuisse in Cod. unde impostor ille nobis consarcinavit vulgarem Ignatii contextum. Utique qui ex Dionysio et Clemente adsuit tam multa, non haec resecuisset. VOSSIUS. Plura hujus loquendi formulae exempla ap. Test. Nov. adsunt, e. g. S. Luc. xxi 8, 1 Cor. xv 33, Gal. vi 7, S. Jacob. i 16.

ib. *τὰ ἐπουράνια,*] Phil. ii 10. Vet. Int. *supercoelestia:* uti etiam in Ep. ad Trall. [§ 5] quod est *ὑπερουράνια.* Origen. in Jo. 15 D, [ed. Huet. Opp. iv p. 17 ed. Ben.] c. Celsum 288, 316. [ed. Spencer. Lib. vi. §§ 19, 59, i pp. 644, 678 ed. Ben.] PEARSON. Cf. 1 Pet. iii 22, Eph. i 10, Col. i 20.

ib. *ἡ δόξα τῶν ἀγγέλων,*] Forte *ἄγγελοι τῆς δόξης.* Epiphan. 541. [ed. Basil. De Mensuris et Pond. § 22, ii 171 ed. Petav.] *οὔτε ἄγγελοι, οὔτε ἀρχαί.* Rom. viii 38. PEARSON. Ne ipsi

Digitized by Google

plane adversos esse sententiae Dei.

δόξα τῶν ἀγγέλων, καὶ οἱ ἄρχοντες ὁρατοί τε καὶ ἀόρατοι, ἐὰν μὴ πιστεύσωσιν εἰς τὸ αἷμα Χριστοῦ, κἀκείνοις κρίσις ἐστίν. Ὁ χωρῶν χωρείτω. Τόπος μηδένα φυσιούτω· τὸ γὰρ ὅλον ἐστὶ πίστις καὶ ἀγάπη, ὧν οὐδὲν προκέκριται. Καταμάθετε δὲ τοὺς ἑτεροδοξοῦντας εἰς τὴν χάριν Ἰησοῦ Χριστοῦ τὴν εἰς ἡμᾶς ἐλθοῦσαν, πῶς ἐναντίοι εἰσὶν τῇ γνώμῃ τοῦ

Haereticis istis desunt virtutes Christianae.

quidem Angeli, juxta mentem S. Ignatii, salutem assequi possunt absque fide in sanguinem Christi. S. Hieron. ii Comm. in Ephes. 'Descendit ergo in 'inferiora terrae, et ascendit 'super omnes coelos Filius Dei, 'ut non tantum Legem Prophe-'tasque compleret, sed et alias 'quasdam occultas dispensatio-'nes, quas solus ille novit cum 'Patre. Neque enim scire pos-'sumus, quo modo et Angelis, 'et his qui in inferno erant, 'sanguis Christi profuerit; et 'tamen quin profuerit, nescire 'non possumus.' [Opp. vii p. 614 ed. Vallars.] SMITH.

1. *οἱ ἄρχοντες*] Cf. Ps. xxiv 7, 9, *Ἄρατε πύλας οἱ ἄρχοντες ὑμῶν*, et Justin. M. Dial. c. Tryph. § 36, *οἱ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ταχθέντες ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἄρχοντες.* Epist. ad Diognet. § 7, *ἢ ἄγγελον ἢ ἄρχοντα ἢ τινα τῶν διεπόντων τὰ ἐπίγεια.* Mirum est quod somniat Dallaeus, de Libb. Suppos. ii 313, nempe haec scripta fuisse quum aliqua jam erat de Constantii vel Constantini ejus filii ad Christianismum propensionis sparsa fama; Interpolatorem vero immutasse in *κἂν βασιλεὺς ᾖ, κἂν ἱερεύς, κἂν ἄρχων, κἂν ἰδιώτης*, quia scilicet sub Principibus et Imperatoribus Christianis vivebat.

ib. *ὁρατοί τε καὶ ἀόρατοι,*] An qui apparere solent, et qui nunquam apparent? PEARSON. Aliter in Vindic. ii 90, *quilibet magistratus.*

2. *πιστεύσωσιν*] Correctionem Vossianam recepi, pro MSS. *πιστεύσωμεν*, (non *πιστεύωμεν* uti post Aldrich. Russelius.) quod falsum arguunt et contextus, et Interpolatoris paraphrasis, *ἐὰν μὴ πιστεύσῃ . . . καὶ ὁμολογήσῃ . . . κἂν βασιλεὺς ᾖ, κἂν ἱερεὺς κ. τ. λ.* ubi obiter notandum est, ne verbum quidem legi de Angelis et Principibus Invisibilibus.

ib. *Χριστοῦ,*] Timotheus Alex. ap. Cureton. *unless they believe in the blood of Christ that it is of God.* p. 243, or, *which is of God.* p. 353 In Fragm. alio, p. 249, *who is God.*

3. *Ὁ χωρῶν*] Int. Vet. *qui capit, capiat:* potius, *qui capax est, capiat.* S. Matt. xix 12, *ὁ δυνάμενος χωρεῖν, χωρείτω.* Origen. in Jo. 50 E, 66 D. [ed. Huet. Opp. iv pp. 55, 72 ed. Ben.] *ὡς ἕκαστος χωρεῖ.* PEARSON. Haec verba, usque ad *φυσιούτω*, non agnoscit Armenius.

ib. *Τόπος*] Sive officium Ecclesiasticum, sive ordo et gradus ministerii: qui quidem ordo ideo *locus* dictus est, quia illis ordinibus diversis distincta

Digitized by Google

Angelorum, et Principes visibiles et invisibiles [r], si non credant in sanguinem Christi, et illis judicium est. *Qui capit, capiat:* qualiter [s] nullus infletur; totum enim est fides et charitas [t]: quibus nihil praepositum est. Considerate autem aliter opinantes in gratiam Jesu Christi, eam quae in nos venit; qualiter contrarii sunt sen-

[r] *invisibiles et visibiles* C. C.

S. Matt. xix 12.

[s] *quale* C. C.

[t] *caritas* C. C.

etiam loca in Ecclesia designabantur. Ante Ignatium Clem. R. 58. [§ 40] Iste autem locus insignis est. Non diu post acceptam hanc Epistolam ita locutus est Polycarpus: [§ 11] 'quod 'sic ignoret is locum, qui datus 'est ei.' Sic etiam Latini veteres post Ignatium nostrum locuti sunt. Ita Cyprianus factiosos Presbyteros 'nec Evan-'gelii, nec loci sui memores 'fuisse' docet, Epist. 10; [ed. Pamel. Ep. 16 p. 36 ed. Fell.] et Diaconum Rogatiani Episcopi contumeliosum incusat quod 'immemor sacerdotalis 'loci, et officii ac ministerii sui 'oblitus esset.' Epist. 65, [ed. Pamel. Ep. 3 p. 5 ed. Fell.] ubi sacerdotalis locus est ordo Episcopalis, qui Rogatiano competebat. I Cor. xiv 16, *ὁ ἀναπληρῶν τὸν τόπον τοῦ ἰδιώτου*, scil. Laici, quod subinnuit alios fuisse locos Cleri. PEARSON. Vet. Int. forte pro *τόπος* legit *τὸ πῶς*. ALDRICH. Apud Int. Vet pro *qualiter* Voss. et Smith. mallent *qualitate*. *πῶς* vertitur per *qualiter*, infra, l. 7, et in Ep. ad Eph. § 19. Vedelius, quia locum illum Clem. Rom. nunquam vidisset, non dubitat contendere vocem *Laicorum* Ignatii tempore in usu non fuisse. Interpol. exhibet, *Τόπος καὶ ἀξίωμα καὶ πλοῦτος μηδένα φυσιούτω· ἀδοξία καὶ πενία μηδένα ταπεινούτω*. Cf. infra Ep. ad Polyc. § 1, *ἐκδίκει σου τὸν τόπον*, atque ibi notata.

4. *φυσιούτω*·] Vox haec nostro saepius usurpata est. *φυσιώσεις*, II Cor. xii 20. Irenaeus, IV xliv, [3, p. 262 ed. Massuet.] 'principalis confessionis *tumore* 'elati.' MS. *concessionis*, unde legendum puto *consessionis*, ut *principalis consessio* nihil aliud sit, quam *πρωτοκαθεδρία*. PEARSON.

ib. *τὸ γὰρ ὅλον*] Timoth. Alex. ap. Cureton. p. 243, *for all this is faith and charity.*

5. *ὧν οὐδέν*] Conf. Ep. ad Magn. § 1.

6. *ἑτεροδοξοῦντας*] *ἑτερόδοξοι*, vox Origeni familiaris, in Jo. 14 D, 79 E, [ed. Huet. Opp. iv pp. 15, 86 ed. Ben.] de Gnosticis, 91 E, 114 C, [pp. 99, 122 ed. Ben.] de Valentinianis et Marcionitis, 74 C, [p. 80 ed. Ben.] et saepe alibi. Clem. Alex. *ἡ τῆς ἑτεροδόξου διδασκαλίας ἔκθεσις*. 805 B. [Paris. 1629. p. 997 ed. Potter.] PEARSON.

ib. *εἰς τὴν χάριν*] *in*, i. e. *contra*, Coteler. et Marklandus. Aliter Smithus, i. q. *περὶ τῆς χάριτος*, quemadmodum interpretantur Hornemann. Ruchat. Wakius, Wocherus.

7. *τῇ γνώμῃ τοῦ Θεοῦ*.] Epist.

Digitized by Google

Θεοῦ. Περὶ ἀγάπης οὐ μέλει αὐτοῖς, οὐ περὶ χήρας, οὐ περὶ ὀρφανοῦ, οὐ περὶ θλιβομένου, οὐ περὶ δεδεμένου ἢ λελυμένου, οὐ περὶ πεινώντος ἢ διψώντος.

Ab Eucharistia abstinent.

Εὐχαριστίας καὶ προσευχῆς ἀπέχονται, διὰ τὸ μὴ ὁμολογεῖν τὴν εὐχαριστίαν σάρκα εἶναι τοῦ Σωτῆρος

ad Rom. § 8. Apoc. xvii 17. PEARSON. *Divinae voluntati in Evangelio*, de vitae humanioris erga alios quoscunque exercendae officiis, *peculiarem in modum manifestatae*. SMITH.

1. *Περὶ ἀγάπης*] Cum Int. Vet. stant Holsten. Hefel. Moehler, *Athanasius* i 22. Armenius in textu has voces omisit; in margine, *de Agape*.

ib. *οὐ μέλει αὐτοῖς*,] De Valentinianis Epiphanius, p. 93, [ed. Basil. Haer. xxxi 34, i p. 206 ed. Petav.] *παρ' οἷς οὐκ ἔλεος, οὐκ οἶκτος εὑρίσκεται*. De Manichaeis Athanasius, Ep. ad Solitarios, 851 C, [§ 61, Opp. I i p. 381 ed. Ben.] *Παρὰ Μανιχαίοις γὰρ ἔλεος οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ ἐχθρόν ἐστι παρ' αὐτοῖς τὸ ἐλεεῖν πένητα*. PEARSON.

ib. *περὶ χήρας,——διψῶντος*.] In Ecclesiae veteris Liturgiis commemoratio solemniter fiebat de his fere omnibus. Cf. Assemanni Cod. Liturg. v pp. 42, 43, Goar. Eucholog. pp. 79, 172.

2. *θλιβομένου*,] Barnabas, Ep. p. 226, [ed. Voss. § 6,] *ἀποστρεφόμενοι τὸν ἐνδεόμενον, καταπονοῦντες τὸν θλιβόμενον*. Describit Gnosticum suum Clem. Alex. vii, [Strom. § 12 p. 873 ed. Potter.] *ἀμέλει θλιβόμενον ἐπικουφίζει παραμυθίαις*. Artemidorus, iii 67, [p. 193 ed. Rigalt.] *οὔτε φορτικὸν ἔτι ἔχων τὸν πατέρα, οὔτε ὑπὸ τῆς πενίας θλιβόμενον*. Ecclesia antiquitus viduas et indigentes seu infirmos publico sumptu alebat. Cornelius Episcopus Rom. Epist. ad Fabium Episc. Antioch. docet suo tempore fuisse in Romana Ecclesia *χήρας σὺν θλιβομένοις ὑπὲρ τὰς χιλίας πεντακοσίας, οὓς πάντας ἡ τοῦ Δεσπότου χάρις καὶ φιλανθρωπία διατρέφει*. Euseb. H. E. vi 43. Inde Valesius satis probabiliter in Epist. Cleri Romani ad Clerum Carthaginiensem de Secessu Cypriani, pro *clydomeni* legit *thlibomeni*. PEARSON. Sic etiam Fell. Ep. 8, p. 18, ubi Rigaltius *clinomeni*. Tu vero legas *clydonizomeni*. Vid. Bingham. Orig. Eccl. XVIII iv 3. Cf. I ad Tim. v 10, *εἰ θλιβομένοις ἐπήρκεσεν*. Cornelii Epistolam ad Fabium legas ap. Routh. Rel. Sacr. iii 24.

ib. *δεδεμένου*] De podagricis et paralyticis, aliisque, quorum nervosque artusque morbi pro varia illorum ratione et temperamento afficiunt, interpretandum reor. Si quis vero de debitoribus, aliisve ob Christianae fidei professionem in carcerem conjectis, et de qualicunque *θλίψει*, sive ex aegritudine, sive ex atroci Gentilium odio orta, oppressis interpretari velit, non multum refragabor. SMITH. Ignatii sententiae lucem adfert Ep. ad Hebr. xiii 3, *μιμήσκεσθε τῶν δεσμίων, ὡς συνδεδεμένοι*. Cf. supra notat. p. 384 l. 7.

Digitized by Google

tentiae Dei [u]. De charitate non est cura ipsis, non de viduis, non de orphano, non de tribulato, non de ligato vel soluto, non de esuriente vel sitiente. Ab Eucharistia [x] et oratione recedunt [y]; propter [z] non confiteri Eucharistiam carnem esse

[u] *qualesque facti sumus Dei.* C.C.

[x] *Eucaristia* C.C.

[y] Deest *recedunt* C.C.

[z] *propterea* C.C.

3. ἢ λελυμένου,] Ita Cod. Med. non καὶ λελυμένου, uti in Aldrichii libro. Pro *soluto* apud Int. Vet. Marklandus minus feliciter reponit *fatigato, deficiente;* quo sensu ἐκλυόμενοι habes Gal. vi 9, Heb. xii 3. Cf. 5, et τὰ παραλελυμένα γόνατα, ib. 12.

ib. οὐ περὶ πενῶντος] Sic Cyprianus de Lapsis, 'Esurientibus in Ecclesia fratribus non subvenire.' p. 124 T ed. Fell.

4. Εὐχαριστίας——ἀπέχονται,] Haec verba desunt in Pseudo-Ignatio, quum tamen citentur a Theodoreto, Dial. iii, hoc modo: Εὐχαριστίας καὶ προσφορὰς οὐκ ἀποδέχονται. [iv 1, p. 231 ed. Schulze.] Nostram tamen lectionem etiam agnoscit Armachani Vet. Versio. [et Armenius.] VOSSIUS. Noluerunt hi haeretici celebrare Eucharistiam, in qua caro Christi typice repraesentatur; quia tunc confiteri adigerentur, Christum fuisse vere incarnatum. Quum vero hoc negaverint Gnostici, ab omni Eucharistia et oblatione, precibusque statis isti officio convenientibus, ex principiis ipsorum sibi esse abstinendum duxerunt. Fides S. Martyris hac ex parte neutiquam convellenda est, etiamsi de ejusmodi haereticis primi et secundi saeculi ab Eucharisticis ritibus plane abhorrentibus taceant Ecclesiastici Scriptores. Sola ipsius auctoritas sufficit. Eodem argumenti genere utitur Tertullianus adv. Marc. iv 40, ut ab Usserio aliisque hanc rem tractantibus observatum est. Hujus autem periochae defensionem vide in Vind. Ign. ii 131. Tota haec sectio omittitur in vulg. Graecis Codd. quam Cod. Med. [et Casan.] conservavit integram, uti et Theodoretus, et vetus noster Interpres. SMITH. Constat ex Epiphan. Haer. xxvi n. 4, 7, 8, 9, 11, 15, 16, xxxvii n. 5, Tertull. de Praesc. Haer. § 47, Hieronymi Indiculo, Augustino, &c. rejectam fuisse a Phantasticis, haereticis vetustissimis, Gnosticis, et Ophitis, veram Eucharistiam, substituta in illius locum falsa, infanda nimirum turpitudine, consuetudine impia et βλασφήμῳ. COTEL. In Libb. impr. ante Εὐχαριστίας caput falsum praefixum esse videtur; arctissime enim cohaerent haec praecedentibus.

ib. προσευχῆς] Wakius, *the public offices.*

5. σάρκα——παθοῦσαν,] Docetas ab Eucharistia, ex qua fideles facti sunt participes carnis Christi ejusque sanguinis, quum eum vere carne indutum fuisse negarint, abstinuisse facile crediderim. Neque inde adstruitur Transubstantiatio magis quam ex Justino, qui nos docet panem et vinum in Eucharistia esse corpus et sanguinem τοῦ σαρκο-

Digitized by Google

ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τὴν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν παθοῦσαν, ἣν τῇ χρηστότητι ὁ Πατὴρ ἤγειρεν.

Fugiendos ergo istos, et attendendum Prophetis, Evangelioque.

Ζ'. Οἱ οὖν ἀντιλέγοντες τῇ δωρεᾷ τοῦ Θεοῦ, συζητοῦντες ἀποθνήσκουσιν. Συνέφερεν δὲ αὐτοῖς ἀγαπᾶν, ἵνα καὶ ἀναστῶσιν. Πρέπον οὖν ἐστιν ἀπέχεσθαι τῶν τοιούτων, καὶ μήτε κατ' ἰδίαν περὶ αὐτῶν λαλεῖν, μήτε κοινῇ· προσέχειν δὲ τοῖς προφήταις, ἐξαιρέτως δὲ τῷ εὐαγγελίῳ, ἐν ᾧ τὸ πάθος ἡμῖν δεδήλωται, καὶ ἡ ἀνάστασις τετελείωται.

Respiciendum ad Presbyterium, praecipue autem ad Episcopum.

Η'. Τοὺς δὲ μερισμοὺς φεύγετε, ὡς ἀρχὴν κακῶν. Πάντες τῷ ἐπισκόπῳ ἀκολουθεῖτε, ὡς Ἰησοῦς Χριστὸς τῷ Πατρί· καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ ὡς τοῖς ἀπο-

ποιηθέντος Λόγου. Elementa quidem, quoad naturam et substantiam suam, non sunt nisi panis ac vinum; ex benedictione tamen ac precibus sacerdotis, fide Ecclesiae, ac Christi Domini nostri institutione, non mutata physica panis et vini natura, sed superinducta gratia spirituali ex illapsu Spiritus Sancti, verum corpus et verum sanguinem Christi fidelibus exhibent; indeque Eucharistia dicitur a S. Ignatio *caro quae passa est, et quam Pater suscitavit;* non quoad naturam ac substantiam, sed quoad gratiam ac efficaciam spiritualem. WOTTON. Vide Waterlandum, Opp. viii 31, Oxon. 1823, v 108, 1843.

1. τῶν ἁμαρτιῶν] Articulum quem e Cod. Laur. restitueram, in Casan. quoque legi testatur Dresselius.

2. ὁ Πατὴρ ἤγειρεν.] Cf. supra § 2, et Ep. ad Trall. § 9.

3. τῇ δωρεᾷ τοῦ Θεοῦ,] Graeci vocant Eucharistiam Δῶρα, et in Latino dicitur *Donum*. ALDRICH.

ib. συζητοῦντες ἀποθνήσκουσιν.] Hilgenfeldius conferri jubet Irenaei prooemium, πιθανῶς μὲν ἐπαγόμενοι διὰ λόγων τέχνης τοὺς ἀκεραίους εἰς τὸν τοῦ ζητεῖν τρόπον, ἀπιθάνως δὲ ἀπολλύντες αὐτούς.

4. Συνέφερεν] Ita cum Cod. Laur. libb. impr. excepto Dresselio, qui post Cod. Casan. exhibet Συνέφερε.

ib. ἀγαπᾶν,] *Acquiescere* in revelationibus Evangelii, nec mysterium hoc sanctissimum vanis disputationibus solicitare, sed cum amore amplecti hanc δωρεὰν τοῦ Θεοῦ. Ἀγαπᾶν enim videtur opponi τῷ ἀντιλέγοντες. SMITH. Aliter Cotel. Aldrich. et Hefelius, *Agapen celebrare:* sed hoc, ut videtur ex sequentibus, § 8, est ἀγάπην ποιεῖν. Armenius, ac si legisset ἀγαπᾶν τὸ πάθος αὐτοῦ καὶ ζῆν.

5. ἀπέχεσθαι] Hac voce utitur Apostolus semper de rebus malis; hic autem de personis haereticorum, a quibus fideles

Digitized by Google

Salvatoris nostri Jesu Christi pro peccatis nostris passam, quam benignitate Pater resuscitavit.

VII. Contradicentes ergo huic dono [a] Dei, perscrutantes moriuntur. Conferens [b] autem esset ipsis diligere, ut resurgant. Decens est recedere a talibus, et neque seorsum de * ipsis loqui, neque communiter: attendere autem Prophetis, praecipue vero [c] Evangelio, in quo passio nobis ostensa est, et resurrectio perfecta est.

VIII. Partitiones autem [d] fugite, ut principium malorum. Omnes Episcopum sequimini, ut Jesus Christus Patrem; et Presbyterium, ut Apostolos: Diaconos autem revereamini, ut Dei mandatum.

[a] *dono* exp. *Eucaristia* in marg. C. C.
[b] *conferens* exp. *utile* in marg. C. C.
* Al. *cum.*
[c] *vero* deest C. C.
[d] *autem* deest C. C.

abstinere vult. Unde postea a Latinis excommunicati dicebantur *abstenti*. PEARSON. Int. Vet. videtur legisse *ἀπέρχεσθαι*. MARKLAND. Cyprian, Ep. 3, p. 7 ed. Fell. 'hunc 'quoque....vel coercere poteris 'vel *abstinere*.' Ep. 4, p. 9, 'consulte et cum vigore fecisti, 'frater carissime, *abstinendo* 'Diaconum.' Ep. 68, p. 177, 'Novatiano nuper retuso et 'refutato, et per totum orbem 'a sacerdotibus Dei *abstento*.' Ibid. '*abstento* Marciano, alius 'in locum ejus substituatur.'

6. *περὶ αὐτῶν*] Interpol. *μετ' αὐτῶν*, ut sensus clarior sit. An spectat ad *περιλαλεῖν* per tmesin? Sic alibi [Qu. ad Polyc. § 5?] *περὶ αὐτῶν ὁμιλίαν μὴ ποιεῖν*. PEARSON.

7. *τοῖς προφήταις*,] Vide supra p. 424 l. 3.

8. *τὸ πάθος*] Armenius, *ad Evangelia, in quibus narratur redemptio nostra, et* (forsitan *quae*) *perficit resurrectionem nostram*. Interpres haec non vertere sed explicare videtur voluisse. PETERMAN.

9. *τετελείωται*.] Resurrectio Christi tot claris indiciis et testimoniis in Evangelio patet, ut perfectae demonstrationis vim apud omnes habere debeat. Vid. Ep. ad Philad. § 9. SMITH. Holstenius, *perfecte explicata*, Hefel. *perfecte demonstrata est*. Wocherus, *vollbracht erscheinet*. Grassius, *la Passion et la Resurrection nous sont autentiquement attestées*.

10. *Τοὺς δὲ μερισμοὺς*] Praeceptum hoc generale jungendum est omnino cum sequentibus. In Edd. caput septimum vocibus *ἀρχὴν κακῶν* explicit.

11. *Πάντες τῷ ἐπισκόπῳ*] Nemini mirum videri debet, si et hic, et alibi, tantam auctoritatem Episcopis et Presbyteris adtribuit Ignatius: non aliter de illis loquitur Polycarpus. [ad Philipp. § 5] VOSSIUS. A Damasceno citatur hic locus, Parall. ii 25. Vide supra in Ep. ad Magn. § 7. USSER.

Digitized by Google

στόλοις· τοὺς δὲ διακόνους ἐντρέπεσθε, ὡς Θεοῦ ἐντολήν. Μηδεὶς χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου τι πρασσέτω τῶν ἀνηκόντων εἰς τὴν ἐκκλησίαν. Ἐκείνη βεβαία εὐχαριστία ἡγείσθω, ἡ ὑπὸ τὸν ἐπίσκοπον οὖσα, ἢ ᾧ ἂν αὐτὸς ἐπιτρέψῃ. Ὅπου ἂν φανῇ ὁ ἐπίσκοπος, ἐκεῖ τὸ πλῆθος ἔστω, ὥσπερ ὅπου ἂν ᾖ Χριστὸς Ἰησοῦς, ἐκεῖ ἡ καθολικὴ ἐκκλησία. Οὐκ ἐξόν ἐστιν χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου οὔτε βαπτίζειν οὔτε ἀγάπην ποιεῖν· ἀλλ' ὃ ἂν ἐκεῖνος δοκιμάσῃ, τοῦτο καὶ τῷ

1. ὡς Θεοῦ ἐντολήν.] *tanquam Dei praecepto institutos*, ut in Ep. ad Trall. [§ 13.] PEARSON. Frustra et male addit Interpolator διακονοῦντας. SMITH. Ruchatus vertit, *comme un ordre établi de Dieu.*

2. χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου] Vet. Int. *sine Episcopo*, quod est ἄνευ, non satis plene. *Separatim ab Episcopo, vel seorsim.* Χωρὶς nunc ut adverbium, nunc ut praepositio Graecis usurpatur. Ubi adverbium est, clare separationem indicat; sed et eadem significatio est, ubi loco praepositionis ponitur. Vide Gatak. Misc. pp. 2, 3. [Opp. Crit. 410, 411.] ubi ex loco Xenophontis haec optime explicantur. S. Jo. xv 5, χωρὶς ἐμοῦ, ad quem locum vide Bezam. PEARSON.

ib. πρασσέτω] Ita uti in Libb. impr. Cod. Laur. et ad cap. finem πράσσεται, non πραττέτω et πράττεται quae exhibet Aldrichius. Antiochus, Hom. 124, χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου μηδὲν ποιεῖτε· χρὴ οὖν ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου μηδὲν πράσσειν ἡμᾶς.

3. ἀνηκόντων εἰς] Cf. supra Clem. Rom. i § 45.

4. ἡ ᾧ ἂν κ. τ. λ.] Vet. Int. *quam, ἦν*, sensu non dispari. Ista Eucharistia solummodo pro vera, firma, et licita habenda est, quae vel ab ipso Episcopo, vel sub ipso, h. e. illo praesente, peragitur, vel quam ipse aliis in locis, a Presbyteris ad hoc sacrum munus obeundum deputatis, fieri permittit aut jubet. SMITH. Ap. Int. Vet. forsitan, *vel cuicumque.* MARKLAND. Hanc voculam ᾧ in Cod. MSto, uti mihi visum est, emendator nescio quis antiquus rescripsit.

5. Ὅπου ἂν φανῇ κ. τ. λ.] Citat hunc locum Antiochus, Serm. 124, sed longe aliter: Ὅπου γὰρ ἂν φανῇ ἐπίσκοπος, ἐκεῖ τὸ πλῆθος ἦτω· ὥσπερ ὅπουπερ ἂν ὀνομασθῇ Χριστὸς Ἰησοῦς, ἐκεῖ ἡ καθολικὴ ἐκκλησία ἐπισυνάγεται. Οὐ γὰρ ὅπου βούλονται βαδίζουσιν τῶν θρεμμάτων αἱ ἄγελαι, ἀλλ' ἔνθαπερ οἱ νομέυες αὐτὰς ἀποφέρουσιν· τὰ δὲ ἔξω τῆς ἀγέλης ἀπομένοντα ἐναρπάζουσιν οἱ θῆρες, καὶ τροφὴν ἑαυτῶν ποιοῦνται τὸ πεπλανημένον. Οὐκ ἐξὸν οὖν ἐστιν χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου οὔτε βαπτίζειν [male vulgo βαδίζειν] οὔτε ἀγάπην ποιεῖν· ἀλλ' ὃ ἂν ἐκεῖνος δοκιμάσῃ, τοῦτο καὶ τῷ Θεῷ εὐάρεστον. Sed neque vetus Ver-

Digitized by Google

Nullus sine Episcopo aliquid[e] operetur eorum quae conveniunt in Ecclesiam. Illa firma gratiarum actio reputetur, quae sub ipso* est, vel quam utique ipse concesserit. Ubi utique apparet Episcopus, illic multitudo sit: quemadmodum utique ubi est Christus Jesus, illic Catholica Ecclesia. Non licitum est sine Episcopo neque baptizare, neque agapen facere: sed quod utique ille proba-

[e] *aliquid* deest C. C.

* f. Episcopo, ut supra, p. 421.

sio Armachani haec agnoscit; et certe non videntur Ignatii, verum potius Antiochi verba. VOSSIUS.

7. ἡ καθολικὴ ἐκκλησία.] Catholicae cognomen quando primum adhaeserit Ecclesiae Dei difficile est dicere, inquit Valesius ad Euseb. [H. E. viii 10, not. 13.] Prima illius mentio in Polycarpi Martyrio, [§§ 8, 19.] sub M. Antonino; secunda in Passione Pionii, sub Decio. Male. Haec ab eo observatio facta est priusquam verum Ignatium viderat. Nam Interpolator alio haec traxerat. PEARSON. Moehlerus, *Einleitung*, p. 292, *ubi Episcopus est, ibi est Ecclesia concreta; et ubi Christus, ibi Ecclesia universalis.* Aliter Rothius, *Anfänge*, p. 472 sq. cui καθολικὴ idem quod *visibilis Ecclesia* valet. Baumgarten-Crusio denique, *Lehrbuch d. Dogmengeschichte* ii 1255, est καθολικὴ potius *vera*, quam *universalis* Ecclesia. HEFELIUS. Tu confer omnino Pearson. *Exposition of the Creed*, Art. ix not. *q*, et Bull. Judic. Eccl. Cath. vi 14. Opp. vi p. 150.

8. οὔτε βαπτίζειν] Cf. Tertull. de Baptismo, § 17. 'Dandi 'quidem habet jus summus sa- 'cerdos, qui est Episcopus, de- 'hinc Presbyteri et Diaconi, 'non tamen sine Episcopi au- 'ctoritate, propter Ecclesiae 'honorem, quo salvo, salva pax 'est.'

ib. ἀγάπην ποιεῖν.] Ut δοχὴν ποιεῖν. Luc. v 29, xiv 13. De Eucharistia intelligere videntur Int. Vet. et Interpolator. Sed de Eucharistia antea locutus est. Videtur igitur solennem Coenam significare, qua se excipiebant Christiani. De his Coenis Judas Apostolus, [vers. 12] Clem. Alex. p. 142, [Paed. ii 1, p. 166 ed. Potter.] Tertull. Apol. § 39, Augustin. c. Faustum xx 20, Canon xi Concil. Gangr. Salmasius, in Apparatu, ex hoc loco mire concludit Agapas invaluisse ad finem secundi saeculi. PEARSON. οὔτε προσφέρειν, οὔτε θυσίαν προσκομίζειν, οὔτε δόχην ἐπιτελεῖν· Interpolator; cujus scilicet tempore consuetudo has Epulas sacras celebrandi jam erat abrogata. Armenius, *neque facere requietem.* Fragm. Syr. ap. Cureton. p. 234, *nor to make refreshments.* Petermannus conferri jubet versionem Peschito vocabuli ἀγαπαῖς in Ep. S. Judae 12.

Digitized by Google

Θεῷ εὐάρεστον, ἵν' ἀσφαλὲς ᾖ καὶ βέβαιον πᾶν ὃ πράσσεται.

Honorem Episcopi porro urget; et gratias Smyrnaeis agit pro officiis sibi praestitis,

Θ'. Εὔλογόν ἐστιν λοιπὸν ἀνανῆψαι· καὶ, ὡς ἔτι καιρὸν ἔχομεν, εἰς Θεὸν μετανοεῖν. Καλῶς ἔχει Θεὸν καὶ ἐπίσκοπον εἰδέναι. Ὁ τιμῶν ἐπίσκοπον ὑπὸ Θεοῦ τετίμηται· ὁ λάθρα ἐπισκόπου τι πράσσων τῷ διαβόλῳ λατρεύει. Πάντα οὖν ὑμῖν ἐν χάριτι περισσευέτω, ἄξιοι γάρ ἐστε. Κατὰ πάντα με ἀνεπαύσατε, καὶ ὑμᾶς Ἰησοῦς Χριστός· ἀπόντα με καὶ παρόντα ἠγαπήσατε· ἀμείβοι ὑμῖν Θεὸς, δι' ὃν πάντα ὑπομένοντες αὐτοῦ τεύξεσθε.

et Philoni, Rheo, caeterisque comitibus exhibitis.

Ι'. Φίλωνα, καὶ Ῥέον Ἀγαθόπουν, οἳ ἐπηκολούθησάν μοι εἰς λόγον Θεοῦ, καλῶς ἐποιήσατε ὑποδεξάμενοι ὡς διακόνους Χριστοῦ Θεοῦ· οἱ καὶ εὐχαριστοῦσιν τῷ Κυρίῳ ὑπὲρ ὑμῶν, ὅτι αὐτοὺς ἀνεπαύσατε κατὰ πάντα τρόπον. Οὐδὲν ὑμῖν οὐ μὴ ἀπολεῖται. Ἀντίψυχον ὑμῶν τὸ πνεῦμά μου, καὶ τὰ

1. ἵν' ἀσφαλὲς] Ita in Cod. Laur. ἵνα ἀσφαλές Libb. impr. uti in Cod. Casan.

3. λοιπὸν] Cf. Ep. ad Eph. §11.

ib. ἀνανῆψαι·] II Tim. ii 26. [ἀνανήψωσιν ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου παγίδος.] PEARSON.

5. εἰδέναι.] *honorare, colere.* Eundem hujus verbi usum habes I Cor. xvi 15, I Thess. v 12, quo modo adhibuerunt Aristides quoque, πεπαίδευται τοὺς κρείττους εἰδέναι. i p. 66 ed. Jebb., et Aelianus, Var. Hist. ii 13, οὐκ ἤδει θεούς, οὐδ' ἐτίμα· quae loca inter alia congessit Abreschius, Animadv. ad Aeschylum, i p. 543.

8. Κατὰ πάντα με] Cod. Casan. μέν, unde Dresselius conj. κατὰ πάντα μὲν ἀνεπαύσατέ με.

10. ἀμείβοι] Edd. omnes ante Dresselium, ἀμείβῃ. Sed Cod. uterque exhibet ἀμοίβει, ubi librariorum oscitantia meliorem ac proculdubio veram lectionem satis clare indicat.

12. Φίλωνα,] Cf. Ep. ad Philad. § 11.

ib. Ῥέον Ἀγαθόπουν,] Male duo nomina efformarunt Intt. Unum id esse nomen apparet cum ex hoc loco, tum etiam magis ex Ep. ad Philad. [§ 11.] Hic est, puto, ille Agathopus, ad quem scribit Valentinus haereticus apud Clem. Στρωμ. iii. [p. 538 ed. Potter.] In Inscriptionibus nomen Agathopus saepius occurrit. VOSSIUS. Idem existimavit Pearsonus ad

Digitized by Google

verit, hoc est[f] Deo beneplacitum; ut stabile sit et firmum omne quod agitur. [f] *et* C. C.

IX. Rationabile est de caetero evigilare; et cum adhuc tempus habemus, in Deum poenitere. Gal. vi 10. * * * *[g] Honorans Episcopum, a Deo honoratus est: qui occultans ab Episcopo aliquid operatur, Diabolo praestat obsequium. Omnia igitur vobis in gratia superabundent: digni enim estis. Secundum enim omnia me quiescere fecistis: et vos Jesus Christus. Absentem me et praesentem dilexistis: retribuat vobis Deus, propter quem omnia sustinentes, ipsum adipiscemini. [g] *Bene habet et Deum et Episcopum cognoscere* C. C.

X. Philonem et Reum et Agathopum, qui secuti sunt me in verbum Dei, bene fecistis suscipientes ut ministros Dei Christi; qui et gratias agunt Domino pro vobis; quoniam[h] ipsos quiescere fecistis secundum omnem modum. Nihil vobis utique deperibit. Conformis animae vestrae spiritus [h] *quia* C.C.

h. l. et Grabius, Spicil. Saec. ii, pp. 22, 53. Vide supra, p. 438 l. 11. Codex uterque **praestat** Ῥέων. De forma accusativi Ἀγαθόπουν videndus Fischer. Animadv. ad Gr. Gr. Welleri. iii 182.

13. εἰς λόγον Θεοῦ,] Cf. Ep. ad Philad. § 11, εἰς λόγον τιμῆς. D. Paul. ad Philipp. iv 15, εἰς λόγον δόσεως καὶ λήψεως. Thucyd. iii 46, ἐς χρημάτων λόγον. De formula εἰς λόγον, *quod attinet ad*, Vid. Abresch. Diluc. Thucyd. p. 325, et Wyttenbach. in Biblioth. Crit. III ii 9.

15. ὑπὲρ ὑμῶν,] Codd. ἡμῶν.

ib. ἀνεπαύσατε] Vox Paulina: I Cor. xvi 18, II Cor. vii 13, Philem. 7.

16. Οὐδὲν ὑμῖν] i. e. pro omnibus illis beneficiis mercedem recipietis. HEFELIUS.

17. Ἀντίψυχον κ. τ. λ.] Loquitur tanquam martyr, vitam suam eorum loco positurus; ideoque addit καὶ τὰ δεσμά μου. PEARSON. Athanasius, de Incarnatione Verbi: Ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ, εἰκότως τὸν ἑαυτοῦ ναὸν καὶ τὸ σωματικὸν ὄργανον προσάγων ἀντίψυχον ὑπὲρ πάντων, ἐπλήρου τὸ ὀφειλόμενον ἐν τῷ θανάτῳ. [§ 9, tom. i p. 54 E ed. Ben.] et post, ὡς πρόβατον, ὑπὲρ τῆς πάντων σωτηρίας, ἀντίψυχον τὸ ἑαυτοῦ σῶμα εἰς θάνατον παραδούς. Chrysostom. Orat. v contra Judaeos, Opp. vi p. 365 ed. Savil. Δύναται πολλάκις μία κερδηθεῖσα ψυχὴ μυρίων ὄγκον ἁμαρτημάτων ἀφανίσαι, καὶ γενέσθαι ἡμῖν

Digitized by Google

δεσμά μου, ἃ οὐχ ὑπερηφανήσατε, οὐδὲ ἐπαισχύνθητε· οὐδὲ ὑμᾶς ἐπαισχυνθήσεται ἡ τελεία πίστις, Ἰησοῦς Χριστός.

Ecclesiam Antiochenam pace frui : mittendum ergo a Smyrnaeis legatum, qui illi hoc

ΙΑ. Ἡ προσευχὴ ὑμῶν ἀπῆλθεν ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν τὴν ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας· ὅθεν δεδεμένος θεοπρεπεστάτοις δεσμοῖς πάντας ἀσπάζομαι, οὐκ ὢν ἄξιος ἐκεῖθεν εἶναι, ἔσχατος αὐτῶν ὤν· κατὰ θέλημα δὲ κατηξιώθην, οὐκ ἐκ συνειδότος, ἀλλ' ἐκ χάρετος

ἀντίψυχον ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ. USSER. Josephus de Maccab. § 18, ὥσπερ ἀντίψυχον γεγονότας τῆς τοῦ ἔθνους ἁμαρτίας. Cf. Ep. ad Eph. § 21, et ad Polyc. §§ 2, 6.

1. ὑπερηφανήσατε,] MSS. habent ὑπεριφανήσατε, uti Cod. Laur. in Ep. ad Polyc. § 4 ὑπεριφάνει, et ad Philad. § 6 κτίσωνται pro κτήσωνται. Quae omnia vitia in Salvinii apographo tacite corriguntur. Sic ad Trall. quoque, § 8, ἀνακτίσασθε pro ἀνακτήσασθε. Cf. ad Philad. § 8, ἀνακτίσασθε.

ib. ἐπαισχύνθητε·] Eamdem formam exhibent Codd. nonnulli, II Tim. i 16, ἐπαισχύνθη pro ἐπῃσχύνθη.

2. ἡ τελεία πίστις,] Forte haec verba separatim a sequentibus intelligi debent : *neque fides vestra, quam integram servastis, vos unquam in ruborem dabit ; neque ipse Jesus Christus, in quem credidistis.* Interpolator habet ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ, et pro πίστις reponit ἐλπίς. SMITH. i. e. *qui perfecte fidelis est.* Similiter, πιστὸς ὁ Θεός, I Cor. i 9, x 13, I Thess. v 24, II Thess. iii 3. HEFEL. Armenius legisse videtur ἡ τελεία ἐλπίς μου. PETERMAN. Cf. S. Johan. I iv 18, ἡ τελεία ἀγάπη. Ruchatus exponit, *la fidélité parfaite ;* c'est-à-dire, *parfaitement fidèle dans ses promesses.* Wocherus vertit, *die volkommene Treue,* et conferri jubet Heb. xii 2, τὸν τῆς πίστεως . . . τελειωτὴν Ἰησοῦν. Addas Col. i 28, Rom. ix 33, x 11.

4. ἀπῆλθεν] An fama sola, an literis, an effectu ? ut in fine hujus periochae et alibi in his Epistolis. SMITH. Effectu, proculdubio.

5. Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας·] Ut distinguatur a reliquis ejusdem nominis urbibus, quae plures erant ; at haec earum, ut loquitur Stephanus, πρώτη. Ἀντιοχείᾳ δέκα πόλεις ἀναγράφονται· decem sc. urbes eo nomine insignitas invenerat ἐν ἀναγραφαῖς· εἰσὶ δέ, inquit, πλείους. Ipse sc. plures observaverat, et tredecim enumerat, ut nunc editur. Addenda autem est decima quarta ex MS. veteri, ᾗ Ἰσαυρίας ἡ Λαμωτὶς λεγομένη. Appianus etiam tradit, sedecim Antiochias ab uno Seleuco conditas esse, in memoriam patris sui. Syriacis p. 86. [ed. Steph. 1551.] Recte etiam Antiochia Syriae dicitur, ut non solum distinguatur ab illa Antiochia quae in ipsa Asia Lydiaca sita est ; sed etiam ab earum una, quae

Digitized by Google

meus, et vincula mea, quae non despexistis, neque erubuistis: neque vos erubescet perfecta fides, Jesus Christus.

XI. Oratio vestra pervenit ad Ecclesiam quae est in Antiochia Syriae; unde ligatus Deo decentissimis vinculis omnes saluto; non existens dignus inde [i] esse, extremus ipsorum existens: secundum voluntatem autem [k] Dei dignus factus sum,

[i] *inde dignus* C. C.
[k] *autem* deest C. C.

in ipsa Syria fuit, sed non ejusdem famae, quae dicebatur Antiochia ad Euphratem; haec autem ad Daphnum, aut ad Orontem, dicta est Antiochia Syriae, quia Syriae metropolis fuit; quam Strabo caput Syriae, [xvi, p. 1066 ed. Falconer.] Marcellinus pulchrum Orientis apicem vocat. [xxii 9.] Stephanus, *Δάφνη, προάστειον ἐπισημότατον τῆς Ἐφὰς Ἀντιοχείας μητροπόλεως.* Hic quidem Ignatius non dicit, sed indicat se fuisse Episcopum Antiochiae, et ibi in vincula conjectum, ad Troadem jam perductum esse. Sed in Ep. ad Rom. [§§ 2, 9] vocat seipsum diserte *τὸν ἐπίσκοπον Συρίας*, quod idem et aliquid majus significat. Et certe Veteres omnes tradunt eum Episcopum Antiochiae fuisse; et quia constat, tum Petrum, tum Paulum Antiochiae versatos esse, ideo ab Apostolis ordinatum fuisse aliqui tradunt, quod non est perinde certum. PEARSON.

5. *δεδεμένος*] i. q. *δέσμιος ἀπαχθείς.* Cf. *δεδεμένον ἀπὸ Συρίας.* Ep. ad Eph. § 1.

6. *θεοπρεπεστάτοις*] Armenius, ac si legisset *ἀξιοθέοις, vinculis quae grata sunt Deo.* PETERMAN. *vinculis mihi Deum colenti honorificis.* Horneman. *mit den so Gottgefälligen Banden abgeführt.* Wocher. *liens très beaux devant Dieu.* Ruchat. *chains which are the fittest ornament of a servant of God.* Chevallier.

ib. *οὐκ ὢν ἄξιος ἐκεῖθεν εἶναι,*] Modestiae et humilitatis causa reticet titulum Episcopi. *Ἐκεῖθεν* videtur poni pro *ἐκεῖ*, ut *ἔσχατος ὢν τῶν ἐκεῖ πιστῶν*, in Ep. ad Ephes. § ult. SMITH. Pari modestia de se loquitur Ignatius, ad Trall. § 13, ad Magn. § 14, ad Rom. § 9.

7. *ἔσχατος αὐτῶν ὤν·*] Dresselius, Cod. Casan. secutus, dedit *ἔσχατος αὐτῶν, ὢν κατά*, et vix se tenere poterat, quin *δέ* post *ὢν* collocaret.

ib. *κατὰ θέλημα*] Absolute pro *voluntate Dei*, ut in Ep. ad Polycarp. [§ 8] *ὡς τὸ θέλημα προστάσσει·* et propius ad hanc rem in initio Ep. ad Rom. PEARSON. Cf. ad Eph. § 20. Ita infra § 12 *ἡ χάρις*, Ep. ad Polyc. § 1 *ἐν χάριτι*, ad Trall. § 13 *ὡς τῇ ἐντολῇ*, ad Magn. § 4 *κατ' ἐντολήν.* Smithus et Hefelius, Int. Vet. et Interpol. secuti, inserunt *Θεοῦ.* Armenius legisse videtur *κατὰ οὖν θέλημα μου.*

8. *οὐκ ἐκ συνειδότος,*] *ex sola*

Digitized by Google

nomine gratuletur.

Θεοῦ, ἣν εὔχομαι τελείαν μοι δοθῆναι, ἵνα ἐν τῇ προσευχῇ ὑμῶν Θεοῦ ἐπιτύχω. Ἵνα οὖν τέλειον ὑμῶν γένηται τὸ ἔργον, καὶ ἐπὶ γῆς καὶ ἐν οὐρανῷ, πρέπει εἰς τιμὴν Θεοῦ χειροτονῆσαι τὴν ἐκκλησίαν ὑμῶν Θεοπρεσβύτην εἰς τὸ γενόμενον ἕως Συρίας συγχαρῆναι αὐτοῖς, ὅτι εἰρηνεύουσιν, καὶ ἀπέλαβον τὸ ἴδιον μέγεθος, καὶ ἀποκατεστάθη αὐτοῖς τὸ ἴδιον σωματεῖον. Ἐφάνη μοι οὖν ἄξιον πρᾶγμα πέμψαι τινὰ τῶν ὑμετέρων μετ' ἐπιστολῆς, ἵνα συνδοξάσῃ τὴν κατὰ Θεὸν αὐτοῖς γενομένην εὐδίαν, καὶ ὅτι λιμένος ἤδη ἐτύγχανεν τῇ προσευχῇ ὑμῶν. Τέλειοι ὄντες τέλεια καὶ φρονεῖτε· θέλουσιν γὰρ ὑμῖν εὖ πράσσειν Θεὸς ἕτοιμος εἰς τὸ παρασχεῖν.

gratia Dei; non quod mihimet ipsi vel minimum sim conscius, quasi ipse meruissem. SMITH. Joseph. Ant. I i 4, *συνειδὼς ἑαυτῷ τὴν ἀδικίαν...ἐπὶ συνειδότι πονηρῷ.*

ib. *ἐκ χάριτος Θεοῦ,*] τοῦ Θεοῦ Aldrichius; sed Cod. Laur. articulum non agnoscit.

3. *καὶ ἐπὶ γῆς*] *coram Deo et hominibus.* SMITH. Aldrichio, in cujus editione *καί* desideratur, hic quoque fraudi fuit Salvinii apographum.

4. *χειροτονῆσαι*] II Cor. viii 19, Πρεσβεύονται, οἱ τοὺς πρέσβεις χειροτονοῦντες καὶ πέμποντες. Thomas Magister. PEARSON.

5. *Θεοπρεσβύτην*] Ita Cod. uterque. Haec vox ab Interpol. hic retinetur, et in Ep. ad Philad. § 10 sic explicatur, *χειροτονῆσαι διάκονον, εἰς τὸ πρεσβεῦσαι ἐκεῖ Θεοῦ πρεσβείαν. Sacrum legatum*, Vairlen. Coteler. Holstenius; *Divinum Legatum*, Marklandus; *virum sacrae huic legationi destinatum*, Hornemannus; *some worthy delegate*, Wakius et Chevallier. Int. Vet. videtur legisse *θεοπρεπεστάτην*, quod Vossius quidem retinet, subauditque *τινά*, vel *τινὰ πρεσβεύσοντα.* Petermannus Vossium sequitur, licet Armenium exhibere *praecursorem* ac si legisset Θεοδρόμον testatur.

ib. *εἰς τὸ γενόμενον*] *ut quum ad Syriam usque venerit, congratuletur illis &c.* COTEL.

6. *ἀπέλαβον*] *Jam licet conventus sacros agere, et idem, quod antea, Ecclesiae corpus constituere:* quod satis ostendit unitatem particularis Ecclesiae sub uno Episcopo, licet jam per vim abducto. *Omnium vestrum corpus*, S. Polycarp. ad Philipp. [§ 11.] SMITH. De remissione ista persecutionis hic memorata, Cf. Ep. ad Polycarp. § 7, et ad Philad. § 10.

7. *ἀποκατεστάθη*] Cod. Laur. *ἀπεκατεστάθη.*

Digitized by Google

non ex conscientia, sed ex gratia Dei; quam oro perfectam mihi dari, ut in oratione vestra Deo potiar. Ut igitur perfectum vestri fiat opus, et in terra et in coelo, decet, ad honorem Dei, ordinare Ecclesiam vestram Deo venerabilem, in factum usque Syriam congaudere ipsis, quoniam [l] pacem habent, et acceperunt propriam magnitudinem, et restitutum est ipsis proprium corpusculum. Visum est mihi igitur Deo digna res, mittere aliquem vestrorum cum epistola: ut conglorificent * eam, quae secundum Deum, ipsis factam tranquillitatem; et quoniam portu jam potita est, oratione vestra. Perfecti existentes, perfecta et sapite. Volentibus enim vobis benefacere [m], Deus paratus est ad tribuere [n].

Phil. ii 17.

[l] *qui* C. C.

* f. conglorificet.

[m] *et benefacere* C. C.

[n] *attribuere.* C. C.

ib. *σωματεῖον.*] *Corpus, Collegium.* lib. 2 Basilic. tit. 5 cap. 27, *πραγματικὸς δὲ θεῖος τύπος μὴ ἐκφωνείσθω πρὸς ἰδιωτικήν τινος ἰδιωτικοῦ πράγματος δέησιν, ἀλλὰ μόνον πρὸς σωματεῖον, ἢ ἕτερον σύστημα, ἢ πόλιν, ἢ ἐπαρχίαν.* Addas cap. 8 lib. 7 tit. 8 cap. 11, tit. 11 cap. 20 Biblioth. Juris Canonici, p. 129, &c. CANGIUS, in Gloss. Med. et Infim. Graecitatis. Σωμάτιον in Epist. Vienn. et Lugdun. bis, ap. Euseb. H. E. V i 18, 48. *Corpusculum* videtur coetus esse Christianorum, qui propter Imperatoris ac Praesidentis Romani vexationem dilapsi, et post eam repressam ac sedatam reversi fuerant. Act. Erud. Lips. Ann. 1731, p. 459.

8. *ἄξιον πρᾶγμα*] Int. Vet. legebat *ἀξιόθεον.* MARKLAND.

9. *ὑμετέρων*] Sic Cod. uterque, Int. Vet. et Interpolator. At Dresselio magis placet *ἡμετέρων*, ex incuria, ut videtur, in Hefelii ed. primam admissum.

11. *ἐτύγχανεν*] Ita Cod. Med. Salvinius conj. *ἐτύγχανον*, uti, aut potius *ἔτυχον*, Petermannus Armenium legisse suspicatur.

ib. *Τέλειοι κ. τ. λ.*] Citatur in Maximi Loc. Comm. Serm. ii, [p. 165 Tigur. 1546.] et in alio Graeco Locorum Comm. lib. MS. in Oxon. Academiae Bibliotheca publica, [Barocc. 143, fº. 60 b.] cap. 9, omissa in utroque *καί* conjunctione. USSER.

12. *θέλουσιν γὰρ κ. τ. λ.*] Ibidem quoque et ista legitur sententia; et utrobique non conjunctio solum omittitur, sed *παρέχειν* etiam legitur pro *παρασχεῖν.* Citatur et a Damasceno, Parall. i 9, *ἡμῖν* pro *ὑμῖν* posito. USSER. Anne in *εὖ πράσσειν* ludit, sicut Aristoteles, in Eth. Nicom. i 4, 2?

Digitized by Google

A fratribus, qui sunt Troade, illis salutem dicit.

ΙΒ'. Ἀσπάζεται ὑμᾶς ἡ ἀγάπη τῶν ἀδελφῶν τῶν ἐν Τρωάδι, ὅθεν καὶ γράφω ὑμῖν διὰ Βούρρου, ὃν ἀπεστείλατε μετ' ἐμοῦ ἅμα Ἐφεσίοις, τοῖς ἀδελφοῖς ὑμῶν· ὃς κατὰ πάντα με ἀνέπαυσεν. Καὶ ὄφελον πάντες αὐτὸν ἐμμοῦντο, ὄντα ἐξεμπλάριον Θεοῦ διακονίας. Ἀμείψεται αὐτὸν ἡ χάρις κατὰ πάντα.

Salutat Episcopum, Presbyteros, Diaconos,

Ἀσπάζομαι τὸν ἀξιόθεον ἐπίσκοπον, καὶ θεοπρεπέστατον πρεσβυτέριον, τοὺς συνδούλους μου διακόνους, καὶ τοὺς κατ' ἄνδρα καὶ κοινῇ πάντας, ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τῇ σαρκὶ αὐτοῦ καὶ τῷ αἵματι, πάθει τε καὶ ἀναστάσει, σαρκικῇ τε καὶ πνευματικῇ, †ἐν ὀνόματι,† ἐν ἑνότητι Θεοῦ καὶ ὑμῶν. Χάρις ὑμῖν, ἔλεος, εἰρήνη, ὑπομονὴ διὰ παντός.

et fratres cum familiis, virginesque.

ΙΓ'. Ἀσπάζομαι τοὺς οἴκους τῶν ἀδελφῶν μου σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις, καὶ τὰς παρθένους τὰς λεγο-

1. ἡ ἀγάπη τῶν ἀδελφῶν] i. e. ἀδελφοί. 1 Cor. xvi 20, Phil. iv 21, Tit. iii 15. PEARSON. Cf. Ep. ad Trall. § 13.

2. γράφω] Aldrich. γράψω.

ib. Βούρρου,] Vid. not. ad Eph. § 2, ad Philad. § 11.

3. Ἐφεσίοις, τοῖς ἀδελφοῖς] Euplo et Frontone. SMITH. Cf. Ep. ad Eph. § 2.

4. ὃς κατὰ πάντα] Voss. ὅτι κ. π. MSS. consentiunt Int. Vet. et Armenius.

ib. ὄφελον] Alter Interpres videtur legisse ὤφελον. *Et debuerant quidem omnes eum imitari.* ὤφελον πάντες αὐτὸν μιμεῖσθαι· mutata verborum constructione. Sed lectio prior neutiquam debuerat sollicitari, utpote recta et sana, etsi elegantiis Atticis non satis congrua. SMITH. Dresselius dedit ὤφελον e Cod. Casan. in quo stat ὄφελον, ὤ supra scripto manu secunda. Imitatur D. Paulum, 1 Cor. iv 8, καὶ ὄφελόν γε ἐβασιλεύσατε.

5. ἐξεμπλάριον] Eo vocabulo et alibi utitur Ignatius. [ad Eph. § 2, ad Trall. § 3.] Sed et Polycarpus usurpasse in Ep. ad Phil. videtur; quamvis ea pars [§ 10] Epistolae ejus Graece deperierit. VOSSIUS.

6. ἡ χάρις] Absolute, ut in Ep. ad S. Polyc. § 8. Frustra et absque omni necessitate addit Interpol. τοῦ Κυρίου. SMITH. Sic B. Paulus ad Titum, iii 15, ἡ χάρις μετὰ πάντων ὑμῶν. Cf. supra p. 468 l. 7.

8. τοὺς συνδούλους] καὶ τοὺς συνδούλους ex Int. Vet. Smith. Cotel. et Russelius. Codd. copulam non exhibent.

Digitized by Google

XII. Salutat vos charitas fratrum, qui in Troade: unde et scribo vobis, per Burrum, quem misistis mecum simul Ephesiis fratribus vestris: qui secundum omnia me quiescere fecit. Et utinam omnes ipsum imitentur, existentem exemplarium Dei ministerii. Remuneret ipsum gratia secundum omnia. Saluto Deo dignum Episcopum, et Deo decens Presbyterium, et conservos meos Diaconos; et singillatim et communiter omnes, in nomine Jesu Christi, et carne ipsius, et sanguine, et passione [o], et resurrectione, carnali et spirituali, in unitate Dei et vestri. Gratia vobis, et misericordia, et pax, et sustinentia semper [p].

[o] *passioneque* C. C.

[p] *Gratia vobis, pax et misericordia et sustinentia semper.* C. C.

XIII. Saluto domos fratrum meorum, cum uxoribus et filiis; et virgines vocatas viduas. Valete

10. *τῷ αἵματι,*] Marklandus adscripserat *τῷ πνεύματι*, sed stylum postea vertit.

12. †*ἐν ὀνόματι,*† *ἐν ἑνότητι*] Jam praecessit *ἐν ὀνόματι* [*Ἰησοῦ Χριστοῦ*]. Itaque non opus est repetere illa verba, quae hic locum non habent. Delenda proinde ut irreptitia, vel ex similitudine sequentium, vel repetitione priorum. VOSSIUS. Verba, quae non agnoscit Armenius, rejiciunt Pearson. Smith. Markland. Galland. Hefel. et Dresselius. Apud Interpol. *πάθει τε καὶ ἀναστάσει, σαρκικῇ τε καὶ πνευματικῇ ἑνότητι Θεοῦ καὶ ὑμῶν.*

13. *ἔλεος,*] Hanc vocem omisit Armenius. PETERMAN.

14. *Ἀσπάζομαι*] *Ἀσπασμός* videtur esse tum salutatio propter salutem, tum valedictio. Artemid. ii 2, *Ἀσπάζεσθαι δὲ τοὺς συνήθεις, καὶ προσαγορεύειν, καὶ καταφιλεῖν, ἀγαθόν.* [p. 82 ed. Rigalt.] Salutationes signa communionis Ecclesiasticae: unde Lucianus Confessor, inter Epp. Cypriani, 22, [p. 48 E ed. Fell.] 'Saluta Numeriam et 'Candidam.' PEARSON.

ib. *τοὺς οἴκους*] *Οἴκους* vocat, quos S. Paulus nunc *οἴκους*, nunc *οἰκίας* nominat; familiae autem quae intelligantur, explicat *σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις.* Hinc lux illi loco 1 Cor. i 16, *ἐβάπτισα δὲ καὶ τὸν Στεφανᾶ οἶκον*· i. e. non tantum Stephanam, sed omnes qui ad ejus familiam pertinebant. PEARSON.

15. *τὰς λεγομένας χήρας.*] Vir doctissimus legebat, *καὶ τὰς λεγομένας χήρας.* Ego tamen vulgatam lectionem probo. Quid enim hic facit *τὰς λεγομένας*? Quid opus erat illud addere? Simpliciter dixisset Ignatius *καὶ τὰς παρθένους καὶ τὰς χήρας.* Nostram quoque lectionem probat Vetus Versio. Virgines

Digitized by Google

μένας χήρας. Ἔρρωσθέ μοι ἐν δυνάμει Πνεύματος. Ἀσπάζεται ὑμᾶς Φίλων, σὺν ἐμοὶ ὤν. Ἀσπάζομαι τὸν οἶκον Ταουΐας, ἣν εὔχομαι ἑδρᾶσθαι πίστει καὶ ἀγάπῃ σαρκικῇ τε καὶ πνευματικῇ. Ἀσπάζομαι Ἄλκην, τὸ ποθητόν μου ὄνομα, καὶ Δάφνον τὸν 5

autem, sive mulieres quae virum non habuissent, etiam viduarum appellatione contineri, patet ex Javoleno, Dig. Lib. I Tit. xvi de Verb. Sign. § 242. 'Viduam non solum eam quae 'aliquando nupta fuisset, sed 'eam quoque mulierem quae 'virum non habuisset, appellari 'ait Labeo.' [Cf. Niebuhr. Hist. Rom. i 408 vers. Anglican.] Pro viduis est Clem. Alex. Strom. vii, [§ 12, p. 875 ed. Potter.] ἡ χήρα διὰ σωφροσύνης αὖθις παρθένος. Puto autem, hic Ignatium loqui non de illis quae simpliciter essent viduae, sed de iis quae erant Diaconissae. Electas esse ad hoc ministerium quandoque virgines, adparet ex Tertulliano, de Virg. Veland. § 9. ['Plane 'scio alicubi virginem in vidu-'atu ab annis nondum viginti 'collocatam.' Qua de re queritur.] VOSSIUS. Salutat Smyrnensis Ecclesiae Diaconissas, quae virgines erant, et vocabantur viduae. Virgines erant: quales eum in ordinem adlectas fuisse constat ex Const. Apost. vi 17, Epiphanio, Expos. Fidei, § 21, [Καὶ αὗται δὲ μονόγαμοι ἐγκρατευσάμεναι, ἢ χηρεύσασαι ἀπὸ μονογαμίας, ἢ ἀεισπάρθενοι οὖσαι· Opp. i p. 1104 ed. Petav.] Gregorio Nyss. in Vita Macrinae, [Opp. ii p. 197 ed. Morel.] quibus addi possunt Sozomenus, viii 23, Novellae, Zonaras, [p. 66] Balsamon, [p. 299] alii. Viduae vocabantur, quia in gradu Viduali seu Diaconico erant constitutae. Ecclesiae quaedam mandati Apostolici tenaces, et nominis viduatus, τοῦ χηρικοῦ, memores, virginum denique consulentes quieti, non alias ad Diaconatum provehebant, quam viduas. Idque postea sancitum fuit lege Theodosii. COTEL. De Diaconissis intelligunt Hefel. et Merxius. Τὸ χηρικόν, *Ordo vidualis*, *viduarum gradus*, legitur in Const. Apost. iii 1 2, viii 25. Neandro, in Vita Chrysostomi, ii 113, has voces τὰς λεγομένας χήρας ex glossemate irrepsisse diserte pronuntianti, vehementer adversatur Rothius, *Anfänge*, p. 253 not. 109. Interpolator praestat καὶ ἀεισπαρθένους καὶ τὰς χήρας. Vocem ἀεισπάρθενος de virginibus Vestalibus usurpant Dion et Xiphilinus.

1. Πνεύματος.] Coteler. ad fidem Int. Vet. mallet ἐν δυνάμει Πατρός, quam lectionem, nunc demum ab Armenio confirmatam, in Ed. quarta admisit Hefelius.

2. Φίλων,] Φίλων ὁ συνδιάκονος, Interpolator. Cf. supra, § 10.

3. Ταουΐας,] Haec est vera scriptura, quam probat etiam Vet. Int. ut videtur. Frustra sunt illa nomina, quae in Pseudo-Ignatii variis Codd. leguntur, Gavia, Grania, Gravia, Gaia,

Digitized by Google

mihi in virtute Patris. Salutat vos Philon, mecum existens. Saluto domum Thaviae, quam oro firmari fide et charitate ¶ carnali et spirituali. Saluto Alken, desideratum mihi nomen, et Daphnum in-

¶ *caritate* C. C.

&c. quae omnia non sunt assis. Ταουΐα, sive *Tabia*, hic est vera lectio. Forsan hoc nomen translatum ab urbe, ut solent multa mulierum nomina; nam Tabia Galatarum urbs. Sed quis omnia veterum Christianorum nomina explicaverit? Vel in hoc ipso Ignatio occurrunt aliqua, quae nusquam alibi reperire est. Sed nulli hoc mirum videri debet, qui norit, Christianorum veterum non minimam partem fuisse servos, aut libertos, tam mulieres, quam viros; ac proinde nomina ipsis imposita fuisse saepe barbara ac inusitata, et e re nata. VOSSIUS. Vulg. legit Γαυΐας· quumque Γ et Τ tam similes literae sint, et in MSS. saepe confusae reperiantur, dubitari non immerito potest, an mulieris hujus nomen Gavia fuerit, an Tavia. Mihi Gavia potius fuisse videtur. De Gavia enim saepe legimus, de Tavia non item. Gruter. p. 1031, 8 *Gaviae Gorgoniae.* Reines. p. 664 *Gaviae Donatae.* (vel Donatae.) p. 693 *Gaviae Quadratillae.* p. 743 *Gaviae Florae.* Gavius inter Graecos nomen tritissimum. PEARSON. Forsitan Φλαουΐας, *Flaviae.* MARKLAND. Pearsoni correctionem Γαουΐας ex Armenio confirmat Petermannus.

5. Ἄλκηρ,] Cf. Ep. ad Polyc. § 8. Inscript. xxxii in Append. Marm. Oxon. Ἄλκη Τειμοκράτους τοῦ Ἀπίλλου. Inter Latinos, Gruter. 310, 4 *Alce fecit.* Alce nomen erat cujusdam feminae, quae tricesimo plus minus abhinc anno Smyrnae vixit, et soror erat Nicetae; quem certum est hoc ipso tempore Ignatii vixisse, et patrem fuisse Herodis, qui tunc Smyrnae Irenarcha fuit, (de Niceta Smyrnaeo vide Reines. p. 609, qui eum ante vixisse vult) quum S. Polycarpus passus est, A. D. 147. Quae quidem eadem esse potuit cum hac nostra; nam Christiana inde fuisse videtur, quia Acta Polycarpi eam honoris causa nominant. [§ 17] Idem nomen fuit, si non et eadem femina, ratione cujus, utpote Christianae, frater ejus Nicetes intercesserat pro Polycarpo. PEARSON.

ib. τὸ ποθητόν μου ὄνομα,] Ita Cod. uterque sicut etiam in Ep. ad Polyc. § 8. Vossius et Coteler. reponunt μοι. Pearsonus confert S. Paulum ad Phil. iv 1, ἀδελφοί μου ἀγαπητοὶ καὶ ἐπιπόθητοι.

ib. καὶ Δάφνον κ. τ. λ.] Haec verba usque ad ὄνομα, quae ab Int. Vet. et Pseudo-Ignatio agnoscuntur, e Cod. Med. librarii culpa excidisse queritur Vossius, deceptus, ni fallor, a voce ὄνομα intra spatium tam breve repetita.

ib. Δάφνον] Inscript. apud Reinesium, pp. 589, 590, *L. Valerius Daphnus*, p. 640 *Ti. Claudius Dapnios*, (pro Daphnus,) p. 693 *C. Gavius Daph-*

Digitized by Google

ἀσύγκριτον, καὶ Εὔτεκνον, καὶ πάντας κατ' ὄνομα. Ἔρρωσθε ἐν χάριτι Θεοῦ.

nus. Daphnus enim vulgare nomen erat ea aetate, ut multae Inscript. ap. Gruter. ostendunt. p. 654, 1 *Daphnus*, p. 333, 5 *Daphno Sumptuario.* p. 1069, 8 *Daphnus Imp. T. Caes. Aug. Vespasiani Serv. Pecul.* p. 240 *M. Coelius Daphnus. A. Cascellius Daphnus. P. Faunius Daphnus.* Inter Deipnosophistas Athenaei numeratur Daphnus Ephesius. PEARSON.

ib. *τὸν ἀσύγκριτον,*] Ἀσύγκριτος S. Paulo viri nomen est, Rom. xvi 14, hic autem epithetum esse articulus Daphnum sequens indicat, et *incomparabilem* significare videtur, ad Latinae linguae phrasim accommodatum. Graeci enim veteres aliter eam vocem usurparunt. Hesychius, Ἀσύγκριτον· *ἀνόμοιον, ὑπερέχον.* Glossa vero, Ἀσύγκριτος, *incomparabilis.* Epiphanius, 418 et 413, [ed. Basil. contr. Haer. iii, tom. i p. 990 A, p. 976 A ed. Petav.] Hermes, p. 50, [Coteler. Patt. Apost. 1672, Mandat. vii.] *ἡ πρᾶξίς σου ἀσύγκριτος ἔσται.* Vox *incomparabilis* in Inscriptionibus frequenter occurrit. Reines. p. 656 *Filiis incomparabilibus.*

Digitized by Google

comparabilem, et Eutecnum, et omnes secundum nomen. Valete in gratia Dei.

Cf. pp. 664, 919. p. 1022 *Marito incomparabili.* pp. 423, 710 *Conjugi inc.* p. 425 *Amico suo inc.* p. 710. *Patri inc.* PEARSON. Smithus suo periculo omittit articulum, et Ἀσύγκριτον exhibet. Bunsenius reponit τὸν Ἀσυγκρίτου. Epistolarum Interpolatarum Interpres Vetus *et Daphnum incomparabilem et bonum filium.*

1. κατ' ὄνομα.] *nominatim.*— MARKLAND. D. Johannes, Ep. III 15, ἀσπάζου τοὺς φίλους κατ' ὄνομα. Vide supra, ad Eph. § 20 ἐξ ὀνόματος.

2. Ἔρρωσθε] Solennis formula. Ita Apostoli, Act xv 29. Vid. Artemid. i 85. [Ἔρρωσο δὲ καὶ ὑγίαινε, οὔτε λέγειν οὔτε ἀκούειν ἀγαθόν. p. 78 ed. Rigalt.] PEARSON. Conf. Ep. ad Magn. § 15.

ib. ἐν χάριτι Θεοῦ.] His verbis subjicitur in Cod. Mediceo ΣΜΥΡΝΑΙΟΙΣ ΑΠΟ ΤΡΩΑΔΟΣ. Verum autem non est quod in notis ad hunc locum asserit Vossius, omnibus Epistolis addi ad quos sint perscriptae. Ad finem Epp. ad Polycarpum et ad Magnesianos quidem talis epigraphe legitur ; caeteris autem deest.

Digitized by Google

ΠΡΟΣ ΠΟΛΥΚΑΡΠΟΝ.

ΙΓΝΑΤΙΟΣ, *ὁ καὶ Θεοφόρος, Πολυκάρπῳ ἐπισκόπῳ ἐκκλησίας Σμυρναίων, μᾶλλον ἐπεσκοπημένῳ*

1. ΠΡΟΣ ΠΟΛΥΚΑΡΠΟΝ.] Inter omnes Ignatii Epistolas nulla est, de cujus veritate magis disceptatum sit inter doctos. Nec inficior, aliqua hic esse, quae potuerint reddere suspectam; plura tamen, majoraque esse puto, quae aliud iis debuerant persuadere. Verba enim Polycarpi ex Ep. ad Philipp. ap. Eusebium, [H. E. iii 36] *ἐγράψατέ μοι καὶ ὑμεῖς καὶ Ἰγνάτιος*, aliter intelligi quam de hac Epistola, neque possunt, neque debent. Citat quoque eam Chrysostom. Hom. de Uno Legislatore, [vi 410 Edd. Ben. a quibus haec Homilia Chrysostomo abjudicatur.] Antiochus, et Damascenus. Sed quid sibi vult Hieronymus in Catalogo, [§ 16, Opp. ii 841 ed. Vallars.] quum inquit: 'Inde egrediens 'scripsit ad Philadelpheos, et 'ad Smyrnaeos, et proprie ad 'Polycarpum, commendans illi 'Antiochensem Ecclesiam; in 'qua et de Evangelio, quod 'nuper a me translatum est, 'super persona Christi ponit 'testimonium, dicens, &c. ?' Verum est, Ignatium in Ep. ad Polycarpum commendare illi Ecclesiam Antiochenam; alter vero ille locus, quem subdit, desumtus est ex Ep. ad Smyrn. Casaubonus parenthesi locum sanari posse putabat; quod tamen non est vero simile. Omnino erravit Hieronymus in reddendis Eusebii verbis: *Ἤδη δὲ ἐπέκεινα τῆς Σμύρνης γενόμενος, ἀπὸ Τρωάδος τοῖς τε ἐν Φιλαδελφείᾳ αὖθις διὰ γραφῆς ὁμιλεῖ, καὶ τῇ Σμυρναίων ἐκκλησίᾳ, ἰδίως τε τῷ ταύτης προηγουμένῳ Πολυκάρπῳ, ὧν οἷα δὴ ἀποστολικὸν ἄνδρα εὖ μάλα γνωρίζων, τὴν κατ' Ἀντιόχειαν αὐτῷ ποίμνην, οἷα γήσιος καὶ ἀγαθὸς ποιμήν, παρατίθεται, τὴν περὶ αὐτῆς φροντίδα διὰ σπουδῆς ἔχειν αὐτὸν ἀξιῶν. Ὁ δ' αὐτός, Σμυρναίοις γράφων, οὐκ οἶδ' ὁπόθεν ῥητοῖς συγκέχρηται, τοιαῦτά τινα περὶ τοῦ Χριστοῦ διεξίων.* Priora illa recte vertit Hieronymus. Sed peccavit, vel dum nimium festinat in compilando Eusebio, vel quod mutilum nactus sit exemplar, vel, quod potius credo, quod ita verba ista intellexit ut putarit illam ad Smyrnaeos, et Polycarpum, esse unam eandemque Epistolam. Quod si verum esset, non usus fuisset Eusebius illo loquendi genere, ut diceret; *ὁ δ' αὐτὸς Σμυρναίοις γράφων*· aliis verbis significas-

Digitized by Google

AD POLYCARPUM.

IGNATIUS, qui et Theophorus, Polycarpo[a] Episcopo Ecclesiae Smyrnaeorum, magis autem

[a] *Theopherus Policarpo* C. C.

set, ex eadem Epistola, de qua hactenus locutus esset, sequentia esse desumta. Nemo praeterea Veterum est, qui Ep. ad Smyrn. cum illa ad Polyc. confundat. Illud verum puto, simul utrasque missas fuisse, et hinc esse, quod illas simul nominet Eusebius, et quod in Manuscriptis alia aliam statim sequatur. VOSSIUS. Cod. Caiensis exhibet, "EPISTOLA 2da "IGNATII Smyrnensis a Troade "Policarpo."

2. ΙΓΝΑΤΙΟΣ,] Epistolae ad Polyc. duplex exstat versio Syriaca, seu potius duo Codd. unius ejusdemque versionis, quorum alter saeculo sexto, alter octavo exaratus videtur. Vetustiorem Codicem typis exscribendum curavit Curetonus, junioris Codicis lectiones variantes, quae paucissimae et nullius ponderis sunt, addens. Uterque Codex primam tantum Ep. partem, (usque ad finem § 6) continet. E §§ autem 7 et 8 Syrus duas tantum sententias mutuatus est, easque cum fine § 6 conjunxit. Caeterum Syrus in vertenda hac Epistola exemplar Graecum paene ad verbum secutus est. Versio Armeniaca cum textu nostro Graeco concordat. HEFELIUS. Judice Curetono, §§ 1–6 Ignatii stylum, magis quam alia quaevis Epistolarum pars, referunt.

ib. *ὁ καὶ Θεοφόρος,*] Vulgo [ap. Interpol.] legebatur: *Ἰγνάτιος, ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας, ὁ καὶ μάρτυς Ἰησοῦ Χριστοῦ,* &c. Duo hic displicent; nam neque verisimile Ignatium semetipsum Martyrem appellasse, quod vocabulum tum temporis vix aliter accipiebatur quam peculiari illa significatione de illo, qui pro Christi confessione sanguinem suum effudisset, aut saltem multa fuisset perpessus. Sed et ipse Ignatius alibi inquit, sese nescire an dignus sit Martyrii praerogativa: quî itaque hic Martyrem sese vocaret? Neque habemus exemplum, quod quispiam in primitiva illa ecclesia Episcopi titulum sibi adtribuerit. Ita nec Polycarpus, quem tamen et Ignatius noster et omnes Episcopum vocant, nomen illud expressit, cum ad Philippenses scribit: *Πολύκαρπος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ πρεσβύτεροι.* VOSSIUS. Fugerat, ut videtur, virum doctissimum locus ille in Ep. ad Rom. § 2.

3. *ἐκκλησίας Σμυρναίων,*] Vocem *ἐκκλησίας* librarii Syri non exprimunt. Armenius interpre-

Digitized by Google

ΠΡΟΣ ΠΟΛΥΚΑΡΠΟΝ.

ΙΓΝΑΤΙΟΣ, *ὁ καὶ Θεοφόρος, Πολυκάρπῳ ἐπισκόπῳ ἐκκλησίας Σμυρναίων, μᾶλλον ἐπεσκοπημένῳ*

1. ΠΡΟΣ ΠΟΛΥΚΑΡΠΟΝ.] Inter omnes Ignatii Epistolas nulla est, de cujus veritate magis disceptatum sit inter doctos. Nec inficior, aliqua hic esse, quae potuerint reddere suspectam; plura tamen, majoraque esse puto, quae aliud iis debuerant persuadere. Verba enim Polycarpi ex Ep. ad Philipp. ap. Eusebium, [H. E. iii 36] *ἐγράψατέ μοι καὶ ὑμεῖς καὶ Ἰγνάτιος*, aliter intelligi quam de hac Epistola, neque possunt, neque debent. Citat quoque eam Chrysostom. Hom. de Uno Legislatore, [vi 410 Edd. Ben. a quibus haec Homilia Chrysostomo abjudicatur.] Antiochus, et Damascenus. Sed quid sibi vult Hieronymus in Catalogo, [§ 16, Opp. ii 841 ed. Vallars.] quum inquit: 'Inde egrediens 'scripsit ad Philadelpheos, et 'ad Smyrnaeos, et proprie ad 'Polycarpum, commendans illi 'Antiochensem Ecclesiam; in 'qua et de Evangelio, quod 'nuper a me translatum est, 'super persona Christi ponit 'testimonium, dicens, &c.?' Verum est, Ignatium in Ep. ad Polycarpum commendare illi Ecclesiam Antiochenam; alter vero ille locus, quem subdit, desumtus est ex Ep. ad Smyrn. Casaubonus parenthesi locum sanari posse putabat; quod tamen non est vero simile. Omnino erravit Hieronymus in reddendis Eusebii verbis: *Ἤδη δὲ ἐπέκεινα τῆς Σμύρνης γενόμενος, ἀπὸ Τρωάδος τοῖς τε ἐν Φιλαδελφείᾳ αὖθις διὰ γραφῆς ὁμιλεῖ, καὶ τῇ Σμυρναίων ἐκκλησίᾳ, ἰδίως τε τῷ ταύτης προηγουμένῳ Πολυκάρπῳ, δι' οἷα δὴ ἀποστολικὸν ἄνδρα εὖ μάλα γνωρίζων, τὴν κατ' Ἀντιόχειαν αὐτῷ ποίμνην, οἷα γνήσιος καὶ ἀγαθὸς ποιμήν, παρατίθεται, τὴν περὶ αὐτῆς φροντίδα διὰ σπουδῆς ἔχειν αὐτὸν ἀξιῶν. Ὁ δ' αὐτός, Σμυρναίοις γράφων, οὐκ οἶδ' ὁπόθεν ῥητοῖς συγκέχρηται, τοιαῦτά τινα περὶ τοῦ Χριστοῦ διεξίων.* Priora illa recte vertit Hieronymus. Sed peccavit, vel dum nimium festinat in compilando Eusebio, vel quod mutilum nactus sit exemplar, vel, quod potius credo, quod ita verba ista intellexit ut putarit illam ad Smyrnaeos, et Polycarpum, esse unam eandemque Epistolam. Quod si verum esset, non usus fuisset Eusebius illo loquendi genere, ut diceret; *ὁ δ' αὐτὸς Σμυρναίοις γράφων*· aliis verbis significas-

Digitized by Google

AD POLYCARPUM.

IGNATIUS, qui et Theophorus, Polycarpo [a] Episcopo Ecclesiae Smyrnaeorum, magis autem

[a] *Theopherus Policarpo* C. C.

set, ex eadem Epistola, de qua hactenus locutus esset, sequentia esse desumta. Nemo praeterea Veterum est, qui Ep. ad Smyrn. cum illa ad Polyc. confundat. Illud verum puto, simul utrasque missas fuisse, et hinc esse, quod illas simul nominet Eusebius, et quod in Manuscriptis alia aliam statim sequatur. VOSSIUS. Cod. Caiensis exhibet, "EPISTOLA 2da "IGNATII Smyrnensis a Troade "Policarpo."

2. ΙΓΝΑΤΙΟΣ,] Epistolae ad Polyc. duplex exstat versio Syriaca, seu potius duo Codd. unius ejusdemque versionis, quorum alter saeculo sexto, alter octavo exaratus videtur. Vetustiorem Codicem typis exscribendum curavit Curetonus, junioris Codicis lectiones variantes, quae paucissimae et nullius ponderis sunt, addens. Uterque Codex primam tantum Ep. partem, (usque ad finem § 6) continet. E §§ autem 7 et 8 Syrus duas tantum sententias mutuatus est, easque cum fine § 6 conjunxit. Caeterum Syrus in vertenda hac Epistola exemplar Graecum paene ad verbum secutus est. Versio Armeniaca cum textu nostro Graeco concordat. HEFELIUS. Judice Curetono, §§ 1–6 Ignatii stylum, magis quam alia quaevis Epistolarum pars, referunt.

ib. *ὁ καὶ Θεοφόρος,*] Vulgo [ap. Interpol.] legebatur: *Ἰγνάτιος, ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας, ὁ καὶ μάρτυς Ἰησοῦ Χριστοῦ,* &c. Duo hic displicent; nam neque verisimile Ignatium semetipsum Martyrem appellasse, quod vocabulum tum temporis vix aliter accipiebatur quam peculiari illa significatione de illo, qui pro Christi confessione sanguinem suum effudisset, aut saltem multa fuisset perpessus. Sed et ipse Ignatius alibi inquit, sese nescire an dignus sit Martyrii praerogativa: quî itaque hic Martyrem sese vocaret? Neque habemus exemplum, quod quispiam in primitiva illa ecclesia Episcopi titulum sibi adtribuerit. Ita nec Polycarpus, quem tamen et Ignatius noster et omnes Episcopum vocant, nomen illud expressit, cum ad Philippenses scribit: *Πολύκαρπος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ πρεσβύτεροι.* VOSSIUS. Fugerat, ut videtur, virum doctissimum locus ille in Ep. ad Rom. § 2.

3. *ἐκκλησίας Σμυρναίων,*] Vocem *ἐκκλησίας* librarii Syri non exprimunt. Armenius interpre-

Digitized by Google

ὑπὸ Θεοῦ Πατρὸς καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, πλεῖστα χαίρειν.

Laudat Deum propter firmam Polycarpi pietatem; et ad varias virtutes exhortatur:

Α'. ΑΠΟΔΕΧΟΜΕΝΟΣ *σου τὴν ἐν Θεῷ γνώμην, ἡδρασμένην ὡς ἐπὶ πέτραν ἀκίνητον, ὑπερδοξάζω, καταξιωθεὶς τοῦ προσώπου σου τοῦ ἀμώμου, οὗ ὀναίμην ἐν Θεῷ. Παρακαλῶ σε ἐν χάριτι, ᾗ ἐνδέδυσαι, προσθεῖναι τῷ δρόμῳ σου, καὶ πάντας παρακαλεῖν, ἵνα σώζωνται. Ἐκδίκει σου τὸν τόπον*

tatur ac si legisset *ἐκκλησίας Σμύρνης πόλεως*.

ib. *μᾶλλον ἐπεσκοπημένῳ*] Pulchra epanorthosis et plane Apostolica. Gal. iv 9. PEARSON. Vairlenius, ut, quantum licebat, hanc paronomasiam redderet, dedit in versione sua, *inspectori, immo qui inspectius est a Deo*. Cavillationem nescio quam ineptam a glossatoris manu profectam suspicatur Netzius; et voces *μᾶλλον ἐπεσκοπημένῳ* omisit Armenius. Verborum lusus habet Ignat. ad Trall. §§ 5, 10, ad Smyrn. §§ 2, 3, 10, ad Polyc. § 3, a quibus minime abhorruerunt Scriptores Sacri, e. g. S. Paulus ad Philem. 11, 20. Cf. Hippolyt. c. Noëtum, § 8, *Νόητος μὴ νοῶν τὴν ἀλήθειαν*. Clem. Alex. Paed. iii 11, *καὶ τὰ ἐν κόσμῳ κοσμίως κατὰ Θεὸν ἀπάγειν*. p. 299 ed. Potter. Plura dabit Glassius, Crit. Sac. p. 227. *ἐπεσκοπημένῳ* dedi cum Freyio. Vossius et Russel. retinent Codd. scripturam *ἐπισκοπημένῳ*. Smithus exhibet *μᾶλλον δὲ ἐπισκοπημένῳ*. Cf. 1 Pet. ii 25, *τὸν ποιμένα καὶ ἐπίσκοπον τῶν ψυχῶν ὑμῶν*. v. 4, *φανερωθέντος τοῦ ἀρχιποίμενος*.

3. ΑΠΟΔΕΧΟΜΕΝΟΣ] Gloss. *Ἀποδέχομαι, probo, acceptum habeo, comprobo. Comprobat, ἀποδέχεται*. PEARSON. De participio sic posito vide supra p. 272 l. 8.

ib. *τὴν ἐν Θεῷ γνώμην*,] Ut in Epist. ad Rom. [§ 7] *τὴν εἰς Θεόν μου γνώμην*. PEARSON.

4. *ὑπερδοξάζω*,] Ita Interpolator quoque. Syrus et Armenius legebant *τὸν Θεόν*.

5. *τοῦ προσώπου σου*] Nunquam igitur ante viderat Polycarpum. PEARSON. *τοῦ ἀμώμου* non exprimit versio Curetoniana.

6. *οὗ ὀναίμην*] Syrus, *which I long for in God*. Armenius, *quam per Deum desiderabam*. Vide supra Ep. ad Eph. § 2, ad Magn. § 2.

ib. *ἐν χάριτι, ᾗ*] Smithus, contra auctoritatem MSS. *ἐν χάριτι Θεοῦ*. Scriptores sacri *χάριν* absolute ponunt, e. g. Col. iv 18, Hebr. xiii 25. Cf. notata ad Smyrn. § 11.

ib. *ᾗ ἐνδέδυσαι*,] Ita Graeci, qui hanc loquendi formam a Latinis accepisse videntur. Imitatur autem S. Paulum, qui voce *ἐνδύω* et *ἐνδύομαι* hoc sensu

Digitized by Google

visitato a Deo Patre et Jesu Christo, plurimum gaudere.

I. ACCEPTANS tuam in Deo sententiam, firmatam ut supra petram immobilem, superglorifico, dignificatus tua facie immaculata, qua fruar in Deo. Deprecor te in Dei gratia, qua indutus es, apponere cursui tuo, et omnes deprecari ut salventur. Justifica locum tuum in omni cura, car-

saepe utitur. Ephes. vi 14, Coloss. iii 12. Vide etiam Luc. xxiv 49. PEARSON.

7. *τῷ δρόμῳ σου,*] Cf. *πληροῦν τὸν δρόμον* Act. xiii 25, *τελειοῦν τὸν δρόμον* Act. xx 24, II Tim. iv 7. PEARSON. Haec et alia, quae in hac Epistola occurrunt, imitatur impostor, qui S. Ignatii nomen mentitus est, in Ep. ad Heronem. [§ 1, *Παρακαλῶ σε ἐν Θεῷ προσθεῖναι τῷ δρόμῳ σου, καὶ ἐκδικεῖν σοῦ τὸ ἀξίωμα κ. τ. λ.*] SMITH. Ruchat. interpretatur, *Je vous exhorte de fournir votre carrière avec une nouvelle ardeur.* Nescio quae frustula mirum in modum compegit Fragm. Syr. ap. Cureton. p. 236, *I persuade* [*thee*] *to add to thy course: be constant in fastings and in supplications to God, but not immoderately, so that thou mayest not prostrate thyself.*

8. *σώζωνται.*] Bunsenius conferri jubet *τοὺς σωζομένους* Act. ii 47, et *σεσωσμένοι* Ephes. ii 5, 8.

ib. *Ἐκδίκει σου τὸν τόπον*] Gloss. *Ἐκδικῶ, vindico, defendo, ulciscor.* *Τόπος* autem *locus, quem habuit in Ecclesia,* sc. *Episcopatus.* [Cf. ad Smyrn. § 6.] Hortatur igitur Polycarpum, ut locum et dignitatem officii sui tueatur et defendat; eaque, quae ad sedem suam pertinebant, vindicet. Ita Origen. in Matt. 279, [ed. Huet.] *οἱ τὸν τόπον τῆς ἐπισκοπῆς ἐκδικοῦντες.* Novatianus, ut scribit Cornelius, Episcopos tres *μετὰ βίας ἠνάγκασεν εἰκονικῇ τινὶ καὶ ματαίᾳ χειροτονίᾳ ἐπισκοπὴν αὐτῷ δοῦναι· ἦν ἐνέδρᾳ καὶ πανουργίᾳ, μὴ ἐπιβάλλουσαν αὐτῷ, ἐκδικεῖ.* ap. Euseb., H. E. vi 43. Immo idem Novatianus seipsum *ἐκδικητὴν εὐαγγελίου* vocabat. Ita apud Latinos veteres *locus* nominatur. Cyprianus, Epist. xv initio, 'Sollicitudo loci nostri.' [p. 33 E ed. Fell.] Ep. xl de Numidico Presbytero: 'Promovebitur quidem, quum Deus permiserit, ad ampliorem 'locum religionis suae.' h. e. ad Episcopatum. [p. 79 E.] Alexander Episcopus Hierosol. ante Cyprianum in ep. ad Antinoitas ap. Euseb. vi 11, *Ἀσπάζεται ὑμᾶς Νάρκισσος, ὁ πρὸ ἐμοῦ διέπων τὸν τόπον τῆς ἐπισκοπῆς τὸν ἐνθάδε.* Opus imperf. Hom. xliii, p. 695 A, 'Cathedra non 'facit Sacerdotem, sed Sacerdos 'Cathedram. Non locus sanctificat hominem; sed homo locum.' Haec in Didascalia primo,

Digitized by Google

ἐν πάσῃ ἐπιμελείᾳ, σαρκικῇ τε καὶ πνευματικῇ. Τῆς ἑνώσεως φρόντιζε, ἧς οὐδὲν ἄμεινον· πάντας βάσταζε, ὡς καὶ σὲ ὁ Κύριος· πάντων ἀνέχου ἐν ἀγάπῃ, ὥσπερ καὶ ποιεῖς· προσευχαῖς σχόλαζε ἀδιαλείπτοις· αἰτοῦ σύνεσιν πλείονα ἧς ἔχεις· γρηγόρει, ἀκοίμητον πνεῦμα κεκτημένος· τοῖς κατ' ἄνδρα κατὰ βοήθειαν Θεοῦ λάλει· πάντων τὰς νόσους βάσταζε, ὡς τέλειος ἀθλητής· ὅπου πλείων κόπος, πολὺ κέρδος.

post in Constit. ii 2, *ὁπόσ' αὐτὴν χειροτονίαν λαμβάνων καθίσταται ἐν τῷ τόπῳ τῆς ἐπισκοπῆς.* Epiphanius, *Οὕτω κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἦσαν οἱ τόποι.* p. 386, 42. [ed. Basil. i p. 908 D. ed. Petav.] Plinius, Paneg. [§ 44] 'Nemo est ergo 'tam tui, tam ignarus sui, ut 'locum istum post te concu-'piscat.' PEARSON. Syrus non agnoscit *σου.* Ruchatus interpretatur, *Remplissez votre emploi;* et conferri jubet Const. Apost. ii 28, *εἰς χάριν τῶν τοῦ Κυρίου Ἀποστόλων, ὧν καὶ τὸν τόπον φυλάσσουσιν.* Addas Tertullian. de Bapt. § 17, 'Sciant 'in Asia presbyterum, qui eam 'scripturam construxit ..... 'loco discessisse.' Hieronymus, de Vir. Illustr. § 6, Tertullianum citat. Cf. Clem. Rom. i § 40.

1. *ἐν πάσῃ ἐπιμελείᾳ,*] In omnium cultu virtutum, tam quae ad animum, quam quae ad corpus quoque spectant. 1 Cor. vii 34, *ἵνα ᾖ ἁγία καὶ σώματι καὶ πνεύματι.* Non mirum autem, Polycarpo dari consilia per Ignatium, qui erat longe illo natu grandior, et in Episcopatu antiquior. COTEL. Has voces *σαρκικῇ τε καὶ πνευματικῇ* non agnoscit Interpolator. Cf. infra § 2, *σαρκικὸς εἶ καὶ πνευματικός.* Syrus, *Require things becoming with all diligence of flesh and spirit.* Ad mentem Syri Armenius, *Jam expete convenientia.* Ideoque Petermannus conjecturam facit pro *τὸν τόπον* Syr. et Arm. legisse *τὸ πρέπον*, quam correctionem in textum suum admisit Lipsius, p. 184.

3. *πάντων ἀνέχου*] Aliter legebat Syrus. *With all men protract thy spirit in love.*

4. *ἀδιαλείπτοις·*] Vide supra p. 296 l. 7. Hanc vocem non agnoscit Syrus.

5. *αἰτοῦ*] Nil habet hic locus rusticitatis seu arrogantiae, ut Dallaeus contendebat. Fraterno tantum amore ductus B. Ignatius Polycarpum suam ad Ecclesiam studiose fovendam ac preces assidue fundendas hortatus est. DUESTERDIECK. Russelii liber, ex incuria typothetarum, *αὐτοῦ.*

6. *ἀκοίμητον πνεῦμα*] Videtur opponi *πνεύματι κατανύξεως*, Rom. xi 8. SMITH. Ap. Damascenum Parall. *ε* xvii [ii 514 A ed. Le Quien.] legitur *ἀκοίμητον ὄμμα*, quod idem est; intelligit enim *ὄμμα τῆς ψυχῆς*, ut Isidor. Pelus. iii Ep. 324. PEARSON. *πνεῦμα*

Digitized by Google

nali et spirituali. Unionem cura, qua nihil melius. Omnes supporta; ut et te Dominus. Omnes sustine in charitate; quemadmodum et[b] facis. Orationibus vaca indesinentibus: pete intellectum ampliorem eo quem habes. Vigila, non dormientem spiritum possidens: singulis secundum consuetudinem Dei loquere. Omnium aegritudines porta, ut perfectus athleta: ubi major labor, multum lucrum.

[b] *et* deest C. C. 1 Thess. v 17. Gal. vi 2.

legebant Syrus, Interpol. Int. Vet. et Armenius. Sap. Sal. vii 10, *ἀκοίμητον τὸ ἐκ ταύτης φέγγος*, ad quem locum respicere videtur Clem. Alex. Paed. ii 10, *λογισμοὺς δὲ ἀνδρῶν ἀγαθῶν οὓς ἀκοιμήτους λύχνους ὠνόμασεν ἡ Γραφή*.

7. *βοήθειαν*] Markland. hanc MSti lectionem tuetur, pro qua Pearson. et Toup. substitutum volunt *ὁμοήθειαν* ex Ep. ad Magn. § 6: ille Int. Vet. et Interpolatori morem gerens, hic Hesychii auctoritate nixus, v. *ὁμαιχμή*· ubi leg. *ὁμαιχμίη*· *ὁμήθεια*. Sed 'quaenam est,' licet cum Smitho quaerere, 'illa *Dei consuetudo*, quam singulis, prout 'illorum res tulerint, locuturus 'S. Polycarpus, debet imitari? 'Locutio sane dura et omnino 'rejicienda.' Euseb. H. E. i 4, *τῆς παρὰ Θεοῦ βοηθείας*. Cum Marklando stat Netzius, *Stud. u. Krit.* 1835 p. 890, cum Pearsono et Toupio Arndtius, ibid. 1839 p. 143, Hefel. et Bunsenius. Curetonus quoque reponit *ὁμοήθειαν*, et Petermannus, cui Syrus et Armenius videntur legisse sive *βούλημα* sive *θέλημα*.

ib. *τὰς νόσους βάσταζε*,] Quid est *βαστάζειν τὰς νόσους*, vide Matt. viii 17, ex Esaia, secundum Hebr. non LXX, unde fortasse colligi potest, S. Matthaeum Hebraice scripsisse. Grotius ad locum, ''Εβάστασε, 'portavit, abstulit, interpretatur 'Tertullianus.' Minime gentium; sic enim Tertull. adv. Marcion. iii 17, 'Ipse enim im-'becillitates nostras abstulit, et 'languores portavit.' *Ἐβάστασεν* igitur Tertullianus, ut alii, *portavit*, non *abstulit*, interpretatus est; *abstulit*, autem posuit pro *ἔλαβε*. PEARSON. D. Pauli exemplar Polycarpo proponit ad imitandum, II Cor. xi 29, *Τίς ἀσθενεῖ, καὶ οὐκ ἀσθενῶ*;

8. *τέλειος ἀθλητής*·] Polycarpum ut *Athletam* hortatur, et quidem perfectum, sive pancratiasten, sive pentathlon: unde *τέλειον* et *τελειότατον γυμνάσιον* apud Galen. de Sanit. tuenda, iii. [§ 2, tom. vi pp. 94, 95 ed. Charter.] Plato, *ὁ τελέως παγκράτιον ἠσκηκώς, ἢ πυγμὴν ἢ πάλην*. vii de Legg. [§ 5] PEARSON. Infra § 3, *Μεγάλου ἐστὶν ἀθλητοῦ κ. τ. λ.*

ib. *ὅπου πλείων κόπος*,] Vide I Cor. iii 8. Pulchra haec est *γνώμη* sive sententia, quam exhortationibus interserit. *Κόπος* labor vehemens, et agitatio corporis violenta, unde lassitudo

Digitized by Google

ad illas in primis, quae Episcopum decent.

Β'. Καλοὺς μαθητὰς ἐὰν φιλῇς, χάρις σοι οὐκ ἔστιν· μᾶλλον τοὺς λοιμοτέρους ἐν πραότητι ὑπότασσε. Οὐ πᾶν τραῦμα τῇ αὐτῇ ἐμπλάστρῳ θεραπεύεται. Τοὺς παροξυσμοὺς ἐμβροχαῖς παῦε. Φρόνιμος γίνου ὡς ὄφις ἐν ἅπασιν, καὶ ἀκέραιος, ὡσεὶ περιστερά. Διὰ τοῦτο σαρκικὸς εἶ καὶ πνευματικός, ἵνα τὰ φαινόμενά σου εἰς πρόσωπον κολακεύῃς· τὰ

oriri solet: major scil. quam quae a corpore ferri possit. Κόπος athletas proprie spectat. Galen. l. c. PEARSON. Cum Pearsono stat Arndtius, p. 143. Netzius haec verba πάντων—κέρδος. Ignatio abjudicat. Curetonus exhibet ὅπου γὰρ ... πολὺ καὶ κέρδος.

1. Καλοὺς μαθητὰς] Syrus legisse videtur Καλὸν μαθητὴν μόνον. Armenius, Καλοῦς μαθητὰς μόνον.

ib. χάρις σοι οὐκ ἔστιν·] Eodem sensu, quo ap. I Pet. ii 19, τοῦτο γὰρ χάρις, et 20, τοῦτο χάρις παρὰ Θεῷ. SMITH. Longe aptior est locus a Bunsenio indicatus, S. Luc. vi 32, ποία ὑμῖν χάρις ἐστίν; Minus feliciter in his versatur Syrus: *thou hast no grace.* p. 227 Cureton.

2. λοιμοτέρους] Antiochus, Antonius, [in Melissa] et Damascenus, sensum respicientes, verba mutarunt, et exhibuerunt ἀπειθεστέρους. Est enim quasi pestis Ecclesiae inobedientia. Act. xxiv 5, Εὑρόντες γὰρ τὸν ἄνδρα τοῦτον λοιμόν. Cf. I Sam. ii 12, Prov. xxi 24, xxii 10 in Versione LXXvirali. Sic ἄνδρες λοιμοί in libris Maccab. saepius, I x 61, xv 3, 21. Hieronymus ad Ephes. iv, [vers. 27, vii p. 629 ed. Vallars.] *Filii pestilentiae.* Orig. c. Celsum, viii p. 394, [ed. Spencer. § 25, Opp. i p. 760 ed. Ben.] ὥσπερ οἱ φαῦλοι ἄνθρωποι, ἄνθρωποι ἁμαρτίας, υἱοὶ λοιμοί, ἢ υἱοὶ ἀδικίας. Cyprian., de Unit. [p. 111 T ed. Fell.] 'Quos designat in 'Psalmis Spiritus Sanctus, se- 'dentes in pestilentiae cathedra 'pestes et lues fidei.' PEARSON. Sic Barnab. Ep. § 10, ταῦτα ... ὄντα λοιμὰ τῇ πονηρίᾳ αὐτῶν. Demosthenes, c. Aristog. 1, οὗτος οὖν αὐτὸν ἐξαιτήσεται, ὁ φαρμακός; ὁ λοιμός; i p. 794 ed. Reiske.

3. Οὐ πᾶν τραῦμα κ. τ. λ.] Ap. Damascenum etiam, cap. περὶ διαφορᾶς καταστάσεως, &c. [? δ xv, p. 438 Le Quien.] Proverbialis est locutio. In Antonii Melissa, ii 69, ex Clemente; ἐν μιᾷ ἐμπλάστρῳ καὶ σεαυτὸν καὶ τὸν πλησίον ἰασάμενος. [p. 134 Tigur. 1546.] Hieron. Ep. lxv § 1, [lxxxiv § 4, p. 522 ed. Vallars.] 'Scilicet uno medicamine 'omnes simul morbos debere 'curari.' Ep. lxi 2, [c. Johan. Hieros. § 5, ii p. 412 ed. Vallars.] 'Imperiti medici ad om- 'nes oculorum dolores uno 'utuntur collyrio.' Sic Prooemio in Ep. ad Ephes. Praeter Const. Apost. ii 20 et 41 legatur Salvianus, paullo ante finem lib. vi de Gubern. Dei, cum Rittershusii Comment. COTEL.

Digitized by Google

II. Bonos discipulos si diligas, gratia tibi non est: magis deteriores in mansuetudine subjice. Non omne vulnus eodem emplastro [c] curatur. Exacerbationes impluviis [d] quieta. *Prudens fias, ut serpens,* in omnibus; *et simplex, ut columba.* Propter hoc carnalis es et spiritualis, ut manifesta in tuam faciem blandiaris: invisibilia autem

[c] *emplastro* C.C.
[d] *in pluviis* C. C. in marg. *Animorum dulcibus et suadentibus eloquiis quieta.* S. Matt. x 16.

4. Τοὺς παροξυσμοὺς] *Allay cutting by tenderness,* p. 227; aut, si Textus Graeci ratio nulla adhibeatur, *Refresh the flock with tenderness,* p. 268, Curetonus; qui Syrum legisse τὸ παράξυσμα, vel τοὺς παροξυσμούς parum intellexisse suspicatur. Vocem παράξυσμα ap. Dem. Phal. exponunt, *quod in scalptura supervacaneum quasi appendix additur.* Petermannus versionem Armeniacam reddit, *Sed abscissum lenitate seda.*

ib. ἐμβροχαῖς] Falsa est plane, ne dicam ridicula, lectio ap. Damascenum in Parallelis, ἐν βρόχοις παῖε. Nam quorsum laquei, aut restes, in paroxysmis? an ideo, ut sese aegri suspendant? Lectio vulgata verissima est. Int. Vet. habet *impluviis:* nimirum quod ἐμβρέχω, *impluo,* Glossae interpretentur. Rectius medici ἐμβροχὴν *superfusionem* vocant. Posterioris aevi homines hanc *embrocationem* adpellarunt. VOSSIUS. Cod. uterque ἐν βροχαῖσ. Unde venerit lectio Damasceni nullo modo exputare possum. Ἔμβροχος, ὁ, ἡ, affertur in Schneideri Lex. sed ἁμαρτύρως.

5. ὡσεὶ] Ita Edd. recte. ut mihi quidem videtur, pro ὡσ ἡ MSS. Saepissime enim permutantur ει et η. Dresselium ὡς ἡ retinentem sequitur Hefelius, falsus in eo quod ὡς ἡ ante ὄφις quoque in Codd. legi crederet. Interpolatoris εἰσαεὶ ὡς ἡ admisit Curetonus, in contextu, ἀκέραιος εἰσαεί, ὡς ἡ περιστερά; in versione, *and innocent as the dove as to those things which are requisite.*

7. τὰ φανόμενα] i. e. Corpus tuum. PEARSON. *Quae coram manifesta sunt, inque oculos tuos incurrunt.* SMITH. Serpentis prudentiam et genera linguarum intelligit Uhlhornius, p. 25, coll. Macarii Hom. xx 1, ἐν τοῖς φαινομένοις, *in rebus externis.* Pro σού alii cum Interpolatore σοι.

ib. εἰς πρόσωπον] S. Matth. xxii 16, S. Marc. xii 14, οὐ γὰρ βλέπεις εἰς πρόσωπον ἀνθρώπων. II Cor. viii 24 εἰς πρόσωπον τῶν ἐκκλησιῶν, xi 20 εἴ τις ὑμᾶς εἰς πρόσωπον δέρει.

ib. κολακεύῃς·] *blandientium more tractes et placide feras.* SMITH. *coram te demulceas.* COTEL. Leg. κολακεύῃς τά τε δόρατα· εἶτει ἵνα &c. sed vocem κολακεύῃς corruptam puto. MARKLAND. Vossius et Pearson. mallent κολακεύῃ. Cureton. *that thou mayest allure those things which are seen before thy face.* Petermannus, *ut lucreris.* Interpretationem Smithi optimo

Digitized by Google

δὲ ἀόρατα αἴτει ἵνα σοι φανερωθῇ, ὅπως μηδενὸς λείπῃ, καὶ παντὸς χαρίσματος περισσεύῃς. Ὁ καιρὸς ἀπαιτεῖ σε, ὡς κυβερνῆται ἀνέμους, καὶ ὡς χειμαζόμενος λιμένα, εἰς τὸ Θεοῦ ἐπιτυχεῖν. Νῆφε ὡς Θεοῦ ἀθλητής· τὸ θέμα ἀφθαρσία καὶ ζωὴ αἰώνιος, περὶ

jure comprobat Arndtius. Interpol. ignarus quid haec vox in Scriptoribus serioris aevi valeret, habet *ἐπανορθώσῃς*, unde in eam suspicionem Toupius incidisse videtur *κολάζῃς* reponendum esse. Cf. supra notata, p. 398 l. 2.

ib. *τὰ δὲ ἀόρατα κ. τ. λ.*] *Futura vero, quae omnem conspectum humanum fugiunt*, a Deo pete, ut tibi manifesta fiant: vel, *arcana illa mysteria, quae obtutu humano perfecte discerni et dignosci non possunt*, nisi Deo revelante. SMITH. Aliter Junius, in Comment. ad Quaest. Theolog. Lugd. Bat. 1833, p. 53, 'Ea quae tibi manifestata sint, eorum agendi rationem, qui palam Episcopatus dignitati sese opponunt, placide feras; quae autem non appareant, *quae clam* [*οἱ*] *λοιμότεροι agant*, ut Episcopi dignitas frangatur, *a Deo petas, ut tibi revelentur; ut sic rite et juste Episcopi munere fungaris, et omni beneficio, ne revelationis quidem excepto, abundes.*' Aliter rursus Uhlhorn. in Niedneri *Zeitschrift*, 1851, p. 25, *Die irdischen Gaben die du hast wende nun an, um besänftigend auf deine kranken Gemeindeglieder einzuwerken; was aber die unsichtbaren Dinge betrifft, so bitte, dass sie dir geoffenbart werden, und dass du an keiner leiblichen und geistigen Gabe Mangel leidest, sondern an allem überfluss habest.*

1. *αἴτει*] MS. quod tolerari potest. Coteler. [ad oram libri] *αἰτῇ*, citra necessitatem. SMITH. *αἰτῇς*, Cureton. ex Interpol. cui, forsitan, ut monet Netzius, paullo asperior ac durior videbatur modus imperativus.

2. *Ὁ καιρὸς ἀπαιτεῖ σε,*] Legendum puto, facili mutatione, *Καιρὸς ἀπαιτεῖν σε*, quod ex Armenio stabilitur. *Pete tu tibi in tempore.* Inde sensus efficitur, *Tempus est tibi poscere, sicut gubernatores ventos poscunt...ut Deo potiaris.* CHURTON.

3. *ἀνέμους,*] Post *κυβερνῆται* subaud. *ἀπαιτοῦσιν*. Scripturam multum discrepantem exprimit versio Curetoniana: *The time requireth as a pilot a ship, and as he who standeth in the tempest the haven, that thou shouldest be worthy of God.*

ib. *χειμαζόμενος*] Cf. Act. xxvii 18, *σφοδρῶς δὲ χειμαζομένων ἡμῶν*.

4. *εἰς τὸ Θεοῦ ἐπιτυχεῖν.*] Vet. Int. *a Deo potiendum.* Error proculdubio librarii, pro *ad Deo potiundum:* ut notarunt Usser. et Pearsonus. Hanc periochen neutiquam intellexit Interpolator, qui supplendi sensus causa post *ἀπαιτεῖ σε* male addidit *εὔχεσθαι*. SMITH. Antiochi locum Arndtius confert ex Homil.

Digitized by Google

petas ut tibi manifestentur; ut nullo deficias, et omni charismate abundes[e]. Tempus expetit te, ut gubernatores ventos, et ut qui in procella est portum a Deo potiendum. Vigila, ut Dei athleta: thema incorruptio, vita aeterna; de qua et tu con- 1 Cor. i 7.

[e] *carismate habundes* C. C.

III, ὁ καιρὸς γὰρ ἀπαιτεῖ αὐτόν, ὡς κυβερνήτην πρὸς τοὺς ἀνέμους καὶ τὰς τρικυμίας καὶ ζάλας τῶν πνευμάτων τῆς πονηρίας [Al. πορνείας] στῆναι γενναίως, καὶ ὁδήγειν τοὺς χειμαζομένους ἐπὶ τὸν λιμένα τοῦ θελήματος τοῦ Θεοῦ.

ib. Νῆφε] In Ep. ad Smyrn. [§ 9] ἀναπῆψαι. II Tim. iv 5, σὺ δὲ νῆφε ἐν πᾶσι, κακοπάθησον. Vid. Philon. ap. Euseb. ii 18, Origen. in Johan. 146 B, [ed. Huet. iv p. 157 ed. Ben.] Celsum ap. Orig. iii 157, [ed. Spencer. § 76, Opp. i p. 497 ed. Ben.] Philon. Jud. p. 1030 E, [ed. Hoeschel. ii 586 ed. Mangey.] Polycarp. [ad Philipp. § 7] νήφοντες πρὸς τὰς εὐχάς. Tertullian. ad Mart. [§ 3.] 'Nempe enim ut athletae se-'gregentur in strictiorem disci-'plinam, ut robori aedificando 'vacent, continentur a luxuria, 'a cibis lautioribus, a potu ju-'cundiore; coguntur, crucian-'tur, fatigantur: quanto plus 'in exercitationibus laborave-'rint, tanto plus de victoria 'sperant.' Vide quoque Theophylact. ad II Tim. iv 5. PEARSON. Syrus ap. Cureton. eadem qua Int. Vet. mente, *Be vigilant.* Grassius: *Conduisez vous avec une prudence pleine de sagesse.*

5. τὸ θέμα] Vet. Int. quum recte reddere non potuit, caute Latinis literis expressit. Interpol. pro sua libidine vocem mutavit, et pro θέμα θέλημα posuit. Hujus vocabuli, quum variae et valde diversae significationes ei tribuuntur, expositio hoc in loco pendet ex praecedentibus Νῆφε κ. τ. λ. Est enim vox agonistica, ad athletas pertinens. Vult igitur Polycarpum, ut athletam, non hominum, sed Dei, praemium quidem, ut athletae solebant, exspectare, non autem humanum, non coronam aut pecuniam, sed a Deo dandum, et munus Deo dignum, immortalitatem sc. et vitam aeternam. Illud enim est ἄθλον Dei proprium. Sic eam vocem usurpavit posteriorum Sibyllinorum conditor, secundi saeculi scriptor, praemium ipsum nunc θέμα simpliciter, nunc ἄθλον τοῦ θέματος appellans, p. 196, [ed. Opsop.]

Ἀγνὸς γὰρ Χριστὸς τούτοις τὰ δίκαια βραβεύσει,
Καὶ δοκίμους στέψει, αὐτὰρ θέμα μάρτυσι δώσει
Ἀθάνατον, μέχρι καὶ θανάτου ποιοῦσιν ἀγῶνα.
Παρθενικοῖς δὲ δραμοῦσι καλῶς ἄφθαρτον ἄεθλον
Δώσει τοῦ θέματος. [Lib. ii 45—49.]

Haec, Phrygia foemina, ejusdem cum S. Ignatio saeculi, scripsit. Nam Agonum victores a praemio vel στεφανῖται vel θεματῖται dicebantur, vel θεματικοί, ut Jul. Poll. l. iii c. 30. Θεματικοί autem ἀργυρῖται dicti sunt. Et apud Athen. p. 584

Digitized by Google

ἧς καὶ σὺ πέπεισαι. Κατὰ πάντα σου ἀντίψυχον ἐγὼ, καὶ τὰ δεσμά μου ἃ ἠγάπησας.

Ad patientiam et constantiam.

Γ'. Οἱ δοκοῦντες ἀξιόπιστοι εἶναι καὶ ἑτεροδιδασκαλοῦντες, μή σε καταπλησσέτωσαν. Στῆθι ἑδραῖος ὡς ἄκμων τυπτόμενος. Μεγάλου ἐστὶν ἀθλητοῦ τὸ δέρεσθαι καὶ νικᾶν· μάλιστα δὲ ἕνεκεν Θεοῦ πάντα ὑπομένειν ἡμᾶς δεῖ, ἵνα καὶ αὐτὸς ἡμᾶς ὑπομείνῃ. Πλέον σπουδαῖος γίνου οὗ εἰ. Τοὺς καιροὺς κατα-

C [v p. 111 ed. Schweigh.] Οὐ γὰρ στεφανίτης ὁ ἀγών ἐστιν, ἀλλ' ἀργυρίτης. Θέμα etiam quoddam argentum sive pecuniam significabat, quum apud Trapezitas depositum fuit. Vid. Salmas. de Foenore Trapez. p. 563. [Lugd. Bat. 1640.] Huc refer Tobiae iv 9, θέμα γὰρ ἀγαθὸν θησαυρίζεις σεαυτῷ εἰς ἡμέραν ἀνάγκης. Inter Marmora Arundeliana recitantur Publii Citharoedi Agones, additurque, θεματικούς τε καὶ ταλαντιαίους. Seldenus reddit, *omnia proposita praemia habuere, et fuere difficillima.* At quis ταλαντιαῖον Graece dixit pro *difficillimo?* Agones omnes illi erant argentarii seu pecuniarii, neque ullum ex illis praemium habuit talento minus. Orig. in Matt. 347 E, [ed. Huet. iii 628 ed. Ben.] ταλαντιαῖοι λίθοι. Suidas in τάλαντον. [e Joseph. Bell. Jud. VI vii 3.] Hesych. ταλαντιαῖον· βαρύ. Socrates Rhodius in descriptione convivii Cleopatrae apud Athenaeum, p. 148, [iv 29 ii p. 79 ed. Schweigh.] ταλαντιαίους εἰς ῥόδα μισθοὺς δέδωκε. PEARSON. Vossius τὸ θέμα exp. *depositum.* Coteler. caeterique cum Pearsono faciunt. Pessime Milnerus, *History of the Church of Christ*, i p. 171, *Thy theme is immortality.* Versio Curetoniana, *that which is promised to us.*

1. ἀντίψυχον] Int. Vet. mire reddidit *refrigerium*, quasi legisset ἀνάψυχον, ut ipse in Epist. ad Trall. [§ 12] ἀναψύχειν vertit *refrigerare.* PEARSON. Interpol. ἀντίψυχος. Wakius, quem sequitur Chevallier. reddit, *your surety.* Ruchatus: *Puissé-je être à tous égards une victime pour vous, moi et mes liens, que vous avez aimé!* Wocherus: *In allem lass mich und meine Bände, die du geliebt hast, nun eine Gegenerquickung (und Labung) für dich seyn!* Grassius: *Puissiez-vous, comme moi, vous voir près de consommer votre sacrifice, et porter des chaînes, qui sont tout l'objet de vos désirs.* Hornemannus: *in omni re, me, quem vinctum quoque dilexisti, quasi dimidium animae tuae tibi devinctissimum semper habebis.* Versio Curetoniana, *In every thing I will be instead of thy soul, and my bonds those which thou hast loved.* Petermannus, *persona mea sit vice personae tuae.* Cf. ad Smyrn. § 10, ad Eph. § 21.

3. ἀξιόπιστοι] Syrus et Ar-

Digitized by Google

fisus es secundum[f] omnia. Tui refrigerium[g] ego, et vincula mea quae dilexisti.

III. Qui videntur fide[h] digni esse et altera docent, non te stupefaciant: sta firmus, ut incus percussa. Magni est athletae discerpi et vincere. Maxime autem propter Deum omnia sustinere[i] nos oportet: ut et ipse nos sustineat. Plus studiosus fias, quam es. Tempora considera: eum

[f] *es. Secundum* C. C.
[g] *omnia et tui refrigerium* C. C.
[h] *fide* deest C. C.
[i] *omnia nos sustinere* C. C.

menius legisse videntur, *οἱ δοκοῦντές τι εἶναι*. Cf. Gal. ii 6, vi 3, et *λύκοι ἀξιόπιστοι* in Ep. ad Philad. § 2.

ib. *ἑτεροδιδασκαλοῦντες,*] 1 Tim. i 3 et vi 3. *δύσφημοι ἑτεροδόξοι*. Euseb. p. 522 D. [ed. Vales. De Vit. Const. iii 66.] PEARSON. Cf. Ep. ad Magn. § 8, ad Smyrn. § 6. Vox *αἱρεσίωτης*, quae Const. Apost. vi 25, 26 legitur, recentiorem Epp. interpolatarum originem prodit; uti, post Usserium, Proleg. cap. 11 extr. Duesterdieckius notat, p. 33.

4. *Στῆθι ἑδραῖος*] In Damasceno, cap. *Περὶ ὑπομονῆς καὶ μακροθυμίας*, [ii p. 788 ed. Le Quien.] ut apud Antonium, [ii § 89] *Στῆκε ὡς ἄκμων*. Job. xli 15, *ἔστηκε δὲ ὥσπερ ἄκμων ἀνήλατος*. S. Ephraem Syrus, Paraen. 33, [ii p. 157 ed. Voss.] 'Praebeamus ergo nos velut incudes percussi,'.....'Caesi vincamus adversarium per patientiam.' [*γινώμεθα ὡς ἄκμονες τυπτόμενοι, ...δερόμενοι νικήσωμεν τὸν ἀντίπαλον διὰ τῆς ὑπομονῆς*. ii p. 367 ed. Asseman.] Apud Hieronymum, Ep. 151 quaest. 5, [Ep. 121, i p. 855 ed. Vallars.] 'Ut si forsitan surrexisset contra eum malleus universae terrae, quasi incus durissima resistet, malleumque contereret.' COTEL. Syrus, vocabulum *ἄκμων* male intelligens, exhibet, *but stand in the truth, like a combatant who is smitten*. p. 227; et in Fragm. p. 233, *like a valiant man*. Neque aliter Armenius, *vir fortis*. Haec, usque ad finem capitis, ita laudat Antiochus, Hom. 85, *Στῶμεν οὖν ἑδραῖοι, ὡς ἄκμων τυπτόμενοι, κ. τ. λ.* Eamdem metaphoram adhibet Aeschylus, Pers. 51, *λόγχης ἄκμονες*. Cf. supra ad Eph. § 10. Pearsonus confert 1 Cor. vii 37, *ὃς δὲ ἕστηκεν ἑδραῖος ἐν τῇ καρδίᾳ*.

5. *ἀθλητοῦ*] Cf. Euseb. H. E. iii 4, *Παύλου συνεργὸς καὶ συναθλητής*.

6. *ἕνεκεν Θεοῦ*] Ita saepe Christus *ἕνεκα ἐμοῦ*. Rom. viii 36 *ἕνεκά σου*. PEARSON.

ib. *πάντα ὑπομένειν*] Exemplo S. Pauli, II Tim. ii 10. PEARSON.

7. *ὑπομείνῃ.*] Interpol. *ἀναμείνῃ εἰς τὴν βασιλείαν*. quam lectionem Netzium praetulisse satis mirari non possum. Consimilem paronomasiam legas in Ep. ad Trall. § 5.

8. *Τοὺς καιροὺς*] Haec usque ad capitis finem leguntur inter excerpta e Severi libro c. Grammaticum, ap. Cureton. p. 245.

Digitized by Google

μάνθανε· τὸν ὑπὲρ καιρὸν προσδόκα, τὸν ἄχρονον, τὸν ἀόρατον, τὸν δι' ἡμᾶς ὁρατὸν, τὸν ἀψηλάφητον, τὸν ἀπαθῆ, τὸν δι' ἡμᾶς παθητὸν, τὸν κατὰ πάντα τρόπον δι' ἡμᾶς ὑπομείναντα.

Officium erga viduas, servos, et ancillas.

Δ'. *Χῆραι μὴ ἀμελείσθωσαν· μετὰ τὸν Κύριον σὺ αὐτῶν φροντιστὴς ἔσο. Μηδὲν ἄνευ γνώμης σου γινέσθω, μηδὲ σὺ ἄνευ Θεοῦ τι πρᾶσσε· ὅπερ οὐδὲ πράσσεις, εὐσταθής. Πυκνότερον συναγωγαὶ γινέ-*

Millio hoc monitum innuere videtur Ignatium legisse *τῷ καιρῷ δουλεύοντες*, Rom. xii 11.

ib. *καταμάνθανε*·] S. Matt. vi 28 *καταμάθετε τὰ κρίνα τοῦ ἀγροῦ*. PEARSON. Cl. Curetonus ad hunc locum, p. 227, *Be discerning of the times.* p. 245, *Be thou observant of the times.* Interpolator annectit *ὡς ἐνταῦθα εἶ, νίκησον· ὧδε γάρ ἐστι τὸ στάδιον, ἐκεῖ δὲ οἱ στέφανοι.* vel, ut Arndtius interpungit, *ὡς ἐνταῦθα εἶ· νίκησον.*

1. *τὸν ὑπὲρ καιρὸν*] Ita Codd. divise: *τὸν ὑπέρκαιρον* composite Libb. impr. si Hefel. et Dresselium excipias. Alio prorsus sensu, *immodicus*, *σίτων ὑπερκαίρων* Athenaeus, xiv 1, v p. 221 ed. Schweigh. e Xenoph. Ages. ubi tamen divise legitur *ὑπὲρ καιρόν*. Pearsonus expl. *Omni tempore priorem, ante orbem conditum.* Apud Antiochum legimus, *τὸν ὑπέρχρονον προσδοκοῦντες, τὸν ἄχρονον.*

ib. *τὸν ἄχρονον*,] *Supra tempus*, h. e. aeternum. Nam ea fuit hujus viri Apostolici simplicitas, ut nequaquam putandus sit lusisse in voce *temporis*, ut postmodum luserunt subdoli Ariani. BULLUS. Clemens Alex. vii [Strom.] 700, [829 ed. Potter.] *Τὴν ἄχρονον καὶ ἄναρχον ἀρχήν τε καὶ ἀπαρχὴν τῶν ὄντων, τὸν Υἱόν.* Ad hunc alludere videtur Epiphanius, 396, 20, [ed. Basil. i 932 ed. Petav.] Vid. Athanas. 2 Dial. de Trinitate. PEARSON.

2. *τὸν ἀόρατον*,] Iren. 277 D [ed. Feuard. III xvi 6, p. 206 ed. Massuet.] 'Invisibilis et 'visibilis factus, et incompre-'hensibilis factus comprehensi-'bilis, et impassibilis passibilis.' PEARSON. Heb. xi 27, *τὸν γὰρ ἀόρατον ὡς ὁρῶν ἐκαρτέρησε.*

ib. *τὸν ἀψηλάφητον*,] *δι' ἡμᾶς δὲ ψηλαφηθέντα*, subjungit Antiochus, in mente, forsitan, habens I Johan. i 1.

3. *τὸν ἀπαθῆ*,] Greg. Naz. Or. xvii, 273 C, [i ed. Morel.] *τὰ τοῦ ἀπαθοῦς πάθη.* Orat. xl, 671 C, *ἀπαθῆ θεότητι, παθητὸν προσλήμματι.* Orat. li, 738 C, D, *παθητὸν σαρκί, ἀπαθῆ θεότητι·* quem et vocat *Θεὸν παθητὸν κατὰ τῆς ἁμαρτίας.* Orat. xxxvi. [577 D] Videndus omnino Eranistes Theodoreti et discutiendus. PEARSON. Hippolyt. c. Noëtum, § 15, *ὑπὸ πάθος ἦλθεν ὁ ἀπαθὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος.*

4. *δι' ἡμᾶς ὑπομείναντα.*] *δι' ἡμᾶς πάντα ὑπομείναντα.* Bunsen.

Digitized by Google

qui supra tempus expecta, intemporalem, invisibilem, propter nos visibilem; impalpabilem, impassibilem, propter nos passibilem, secundum omnem modum propter nos[j] sustinentem.

IV. Viduae non negligantur: post Dominum tu ipsarum curator esto. Nihil sine sententia tua[k] fiat; neque tu sine Deo quid operare: quod autem operaris, sit bene stabile[l]. Saepe[m] congregationes

[j] *propter nos* deest C. C. Ps. lxviii 5.
[k] *Nichil sine tua sententia* C. C.
[l] *bonum stabile.* C. C.
[m] *Saepius* C. C.

5. Χῆραι] Articulum praemittit Interpolator.

ib. μετὰ τὸν Κύριον] Has voces Armenius non agnoscit. Alia legebat Syrus, *on our Lord's account.*

7. ἄνευ Θεοῦ] Ita MSS. ἄνευ Θεοῦ γνώμης Interpolator, Syrus et Armenius; atque ita citatur hic locus ab auctore Homiliae de unico utriusque Testamenti Legislatore, vulgo Chrysostomo tributae. Vossius, Cotelerius, in ed. tertia Hefelius et Dresselius, inserunt [γνώμης].

ib. ὅπερ οὐδὲ πράσσεις,] Pessime haec reddidit Vet. Int. ac si legisset δὲ pro οὐδέ, et εὐσταθές pro εὐσταθής. Lectio Cod. MS. vera est. Tu igitur cum Vossio redde: *quod neque facis, constans quum sis.* Ex hoc loco desumpta sunt, et in Didascaliam Ignatii conjecta, quae nunc Const. Apost. ii 2 exstant de Episcopo: Ἔστω οὖν καὶ νηφάλιος, σώφρων, κόσμιος, εὐσταθής. Nescire se profitetur Phrynichus, [p. 282 ed. Lobeck.] qui post Ignatium scripsit, unde εὐστάθεια et εὐσταθής in Graecam linguam irrepserint; et eam rem consideratione dignam existimavit. Nos igitur paullo considerabimus. Εὐσταθές quidem de constitutione corporis usurpabant Epicurei: de qua Orig. contra Cels. iii p. 159, [ed. Spencer. i p. 500 ed. Ben.] τὸ τῆς σαρκὸς εὐσταθὲς κατάστημα. De animo potius accipitur, et de constanti et immoto ejus tenore, et stabili, placido, et quieto statu. Appianus in Syr. p. 66, τῆς πολιτείας οὐδὲν βέβαιον, οὐδὲ εὐσταθὲς ἐχούσης. [ed. Steph. Paris. 1551.] Orig. contra Cels. p. 128, 56, [ed. Spencer. i 466 ed. Ben.] et 152, 35. [ib. p. 492 ed. Ben.] εὐσταθοῦντας apud Hermam, p. 48. [ap. Coteler. Patt. Ap. 1672, Mandat. v 2] Orig. in Johann. ποιμαινόμενοι ὑπὸ Χριστοῦ διὰ τὸ σφῶν αὐτῶν . . . πρᾶον μὲν καὶ εὐσταθές. 30 B, [ed. Huet. iv p. 32 ed. Ben.] et contra Celsum, 50, [ed. Spencer. i 380 ed. Ben.] εὐσταθὲς καὶ πρᾶον. Joseph. 739 29. [ed. Basil. Bell. Jud. II xiv 5] Cyril. Catech. Saepe utitur Philo τὸ ἐπιεικὲς καὶ τὸ εὐσταθές. PEARSON. Bunsenius mallet εὖ σταθεῖς. Merxio si audias, lectionem veram servavit Interpolator: ὅπερ οὐδὲ πράσσεις. Εὐστάθει. adstipulantibus Syro et Armenio.

8. Πυκνότερον] Pearsonus de confertis et plenis, non de crebris conventibus exponit. At

Digitized by Google

σθωσαν· ἐξ ὀνόματος πάντας ζήτει· δούλους καὶ δούλας μὴ ὑπερηφάνει· ἀλλὰ μηδὲ αὐτοὶ φυσιούσθωσαν, ἀλλ' εἰς δόξαν Θεοῦ πλέον δουλευέτωσαν, ἵνα κρείττονος ἐλευθερίας ἀπὸ Θεοῦ τύχωσιν· μὴ ἐράτωσαν ἀπὸ τοῦ κοινοῦ ἐλευθεροῦσθαι, ἵνα μὴ δοῦλοι εὑρεθῶσιν ἐπιθυμίας.

Quid conjugibus, caelibibus, sponsis sit

Ε'. Τὰς κακοτεχνίας φεῦγε, μᾶλλον δὲ περὶ τούτων ὁμιλίαν ποιοῦ. Ταῖς ἀδελφαῖς μου προσλάλει,

conf. Ep. ad Eph. § 13. Versio Curetoniana, *Let there be frequent assemblies.*

ib. *συναγωγαὶ*] De sacris Christianorum conventibus, sicut apud S. Jacob. ii 2. Nondum enim Fideles nomen *συνάξεως* adhibebant, ut se a Judaeis distinguerent.

1. *ἐξ ὀνόματος*] Conf. infra § 8, et ad Eph. § 20. In hac clausula emphasin sibi vindicat vox *πάντας*, quod monstrant sequentia *δούλους κ. τ. λ.* hoc scilicet sensu: Ne infimi quidem e fratribus Christianis sunt praetermittendi: universos nominatim ad congressus sacros convoca. Dodwellus, Dissert. Cypr. v § 19, de matricula Ecclesiae intelligit, ut idem hic valeat *ἐξ ὀνόματος* quod alibi *κατ' ἄνδρα.*

ib. *δούλους*] Totam hanc sententiam ipsissimis verbis exscripsit auctor incertus in libro, qui exstat in Biblioth. Medicea, scamno vi num. 4, cui titulus est *Expositio Praeceptorum Christi*, qui sic habet, fol. 18, *Τοῦ ἁγίου Ἰγνατίου τοῦ Θεοφόρου πρὸς Πολύκαρπον ἐπίσκοπον Σμύρνης. Δούλους καὶ δούλας* &c. usque ad *ἐπιθυμίας.* PEARSON. Hefelius conferri jubet Neandrum, *Kirchengeschichte*, i 456, sc. 299 vers. Anglican. H. J. Rose.

2. *μὴ ὑπερηφάνει·*] Petermannus, *Servos et ancillas doceas non contemnere dominos. Itidem illi* (*domini*) *ne contemnant eos.*

4. *μὴ ἐράτωσαν κ. τ. λ.*] Antonius, Melissae ii 23, [p. 98 ed. Tigur.] *Οἱ δοῦλοι μὴ ἐράτωσαν ἀπὸ τοῦ κοινοῦ ἐλευθεροῦσθαι, ἀλλ' εἰς δόξαν Θεοῦ πλέον δουλευέτωσαν, ἵνα κρείττονος ἐλευθερίας ἀπὸ Θεοῦ τύχωσιν·* ultimis verbis hujus periochae omissis, aliisque inversis; quod citantibus frequenti usu venit. *ἐράτωσαν, desiderent:* uti hic quoque praeter Antonium habet Antiochus; et recte quidem. Interpolator, *αἱρέτωσαν, eligant:* quum hoc non esset in illorum potestate. SMITH. Haec sententia eodem modo profertur per Damascenum, cap. *περὶ δούλων χρηστῶν.* [Lit. δ Tit. 34, ii p. 778 ed. Le Quien.]... *ἀλλ' εἰς δόξαν τοῦ Θεοῦ τὸ πλεῖον δουλευέτωσαν.* COTEL.

5. *ἀπὸ τοῦ κοινοῦ*] An a communi sorte servorum? An a communitate, cui addicti erant? alii enim civitatis servi, alii privatorum. An a communibus

Digitized by Google

fiant: ex nomine omnes quaere. Servos et ancillas ne despicias: sed neque ipsi inflentur; sed in gloriam Dei plus serviant, ut meliori libertate a Deo potiantur. Non desiderent a communi liberi fieri; ne [n] servi inveniantur concupiscentiae. 1 Cor. vii 22.

[n] *ut non* C. C.

V. Malas artes fuge: magis autem de his homeliam [o] fac. Sorores meas alloquere, diligere Domi-

[o] *omeliam* C. C.

sumtibus sive publico aerario Christianorum? SMITH. Κοινός Hesychio est δεσπότης. Κοινόν commune Christianorum, seu Ecclesiam, significat in Luciani Peregrino, [§ 13] et Euseb. H. E. ii 1. Τὰ κοινά vero de publica pecunia dici monent Lexicographi, atque ea significatione accipi potest in illustri Eusebii loco, de Vita Constantini, i 14. Primae interpretationi nonnihil favet Brunneri Editio, dum pro κοινοῦ exhibet Κυρίου. Nec ei officit Apostoli effatum, 1 Cor. vii 21, quamvis aliter videatur Usserio. Chrysostomus quippe ad eum textum, [Hom. 19 in Ep. i ad Cor. Opp. x p. 164 ed. Ben.] et Serm. 5 in Genesim, [§ 1, iv p. 666 ed. Ben.] Theodoretus, [tom. iii P. i p. 207 ed. Schulze,] aliique, μᾶλλον χρῆσαι exponunt, *permane in servitute.* COTEL. Τὸ κοινὸν τῶν Ἰώνων legimus ap. Herod. v 109, ubi videndus Wesselingius; τὸ κοινὸν τῶν Σαμίων, vi 14; τὸ κοινὸν τῶν Ἀκαρνάνων, ap. Xenophon. Hell. iv vi 4, τὸ κοινὸν τῶν Λακεδαιμονίων. vi i 2; ἀπὸ τοῦ κοινοῦ τῶν Σκυθῶν, ap. Lucian. Tox. § 49. Vide notata ad Polyc. Mart. § 12. Ita Cicero dixit, '*Commune* 'Milyadum.' in Verr. i 38. '*Commune* Siciliae.' ib. ii 63. Armenius, *a communi servitute.* Recte, ni fallor, Curetonus, the *common property;* Bunsen. *aus dem Gemeindestock.* Sic intelligendum esse persuadet Origenes in S. Matt. tom. xv § 15 extr. διὰ τοῦ παρέχειν ἐκ τοῦ κοινοῦ αὐτοῖς τὰ ἐφόδια. Captivorum redemptio semper in Ecclesia inter primaria charitatis officia reputata fuit, uti docet Fellus in notis ad Cyprian. Ep. lxii p. 147. Vide Clem. Rom. § 55.

6. ἐπιθυμίας.] Libb. impr. Vossium secuti, τῆς ἐπιθυμίας. Codd. articulum non habent.

7. κακοτεχνίας] Cf. ad Philad. § 6; ib. § 2 φεύγετε τὰς κακοδιδασκαλίας. *Haereses* intelligunt Ruchat. et Hefelius; *hujus saeculi artificia* Dresselius; *Artes magicas* Hilgenfeldius, quo sensu ap. Euseb. Vit. Const. iii 66. Rectius Curetonus, *evil arts,* p. 228, i. e. *improper means of gaining a livelihood.* Mirum in modum refinxit Bunsenius, Τὰς κακοτέχνους, *gefallsüchtige Weiber, Koketten.* Vocem κακοτεχνία in Lex. Technol. Graec. Rhet. Ernestius exponit, affectatum atque intempestivum artis et concinnitatis studium, quale se exserit in cumulandis antithesibus, similibusque figuris.

8. ὁμιλίαν ποιοῦ.] *De hisce malis artibus orationes fre-*

Digitized by Google

inculcandum.

ἀγαπᾶν τὸν Κύριον, καὶ τοῖς συμβίοις ἀρκεῖσθαι σαρκὶ καὶ πνεύματι. Ὁμοίως καὶ τοῖς ἀδελφοῖς μου παράγγελλε ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἀγαπᾶν τὰς συμβίους, ὡς ὁ Κύριος τὴν ἐκκλησίαν. Εἴ τις δύναται ἐν ἁγνείᾳ μένειν εἰς τιμὴν τοῦ Κυρίου τῆς

quentes coram populo fac habeantur. Codd. MSS. lectionem, quam tuetur Int. Vet. cum Pearsono, rētinui. Nunc addere licet versionem Curetonianam: *but rather discourse respecting them.* Petermannus monet Armenium, neglecta interpunctione Syr. reddidisse, *magis etiam loquere cum sororibus meis propter has.* Vossius, Cotel. Smith. Hornemannus sequuntur Interpolatorem, ὁμιλίαν μὴ ποιοῦ: quomodo hunc locum interpretantur Wakius, Ruchat. Wocher. Chevallier. Bunsenius. Hefelius, qui in Edd. prima et secunda particulam negativam exhibuerat, in tertia demum partibus nostris sese miscuit. Cum Arndtio autem Duesterdieckius contendit 'ad anteriora 'non ad priora spectare oratio-'nem hanc περὶ τούτων. *Malas* 'artes fuge quae ecclesiam non 'aedificent; hasce potius res 'inculca. Simili modo Paulus, 'postea quidem quam de fide 'ac pietate Christiana explicuit, 'monet Timotheum suum παρά-'γγελλε ταῦτα καὶ δίδασκε. Cf. 'I iv 11, v 7, vi 12. Ignatius 'vero prius hortatur Polycar-'pum, μᾶλλον δὲ κ. τ. λ. quam 'quae illum Ecclesiae inculcare 'jubeat exposuerit. Quocum 'conferas I Tim. vi 17, Tit. ii 'i, 15.' pp. 85, 86.

1. τὸν Κύριον,] Cureton. ἐν τῷ Κυρίῳ.

ib. τοῖς συμβίοις] *Viris, maritis.* ὁ σύμβιος *maritus,* ἡ σύμβιος *uxor.* Gruter. 1068 1, [780, 4, 6.] Reines. 906, 929. Dionysius Alex. ap. Euseb. H. E. vi 42 de Chaeremone Episcopo Nili, Οὗτος εἰς τὸ Ἀράβιον ὄρος ἅμα τῇ συμβίῳ φυγών, οὐκ ἀπανελήλυθεν. Unde συμβίωσις, *mariti et uxoris in vita consuetudo.* Clem. Alex. 178 A, 423 A. [ed. Sylburg. Paedag. ii 8, p. 208 ed. Potter. Strom. ii § 23, p. 505.] PEARSON. Nimia subtilitate haec ita distinxit F. J. A. Junius, ut ἀδελφαί intelligerentur, *uxores religioni Christianae addictae,* et σύμβιοι, *mariti Christianam religionem non profitentes;* uti mox ἀδελφοί, *mariti Christiani, et ai σύμβιοι, mulieres gentilium sacris adscriptae.* Comm. Theol. p. 45, Lugd. Bat. 1833.

ib. ἀρκεῖσθαι] Vet. Int. male. Potius, *acquiescere, contentas esse.* Luc iii 14, I Tim. vi 8, Hebr. xiii 5. Orig. in Cels. p. 116, [ed. Spencer. iii § 9, i p. 453 ed. Ben.] τῇ χρείᾳ μόνῃ ἀρκουμένοις· ad finem operis, Εὖ ἂν ἔχοι ἀρκεῖσθαι ἡμᾶς τοῖς ὀκτὼ πρὸς τὸν λόγον αὐτοῦ ὑπαγορευθεῖσι βιβλίοις. p. 166. [ib. iv § 9, i 507 ed. Ben.] de Christo, τούτου μᾶλλον ἀρκεσθῆναι τῷ αὐτὸς ἔφα, ἢ ἄλλου οὑτινοσοῦν. Male illic interpres. Epiphan. 452, 8 [ed. Basil. i 1071 C ed. Petav.] αἱρησάμενοι σπέρμασιν ἀρ-

Digitized by Google

num, et viris sufficere carne et spiritu. Similiter et [p] fratribus meis annuncia, in nomine Jesu Christi, diligere uxores [q], ut Dominus Ecclesiam. Si quis potest in castitate manere, in honorem carnis Domini, in ingloriatione Domini maneat.

[p] *et* deest C. C.

[q] *annuntia diligere uxores in nomine J. C.* C. C. Eph. v 25.

κεῖσθαι ἡ τραπέζη καὶ βρώμασι. n. 14, [ib. p. 1072 A.] ἀρκεῖσθαι τῷ λόγῳ κηρύττειν. in Ancorato, c. 106, [ii p. 107 B.] ἐρώσης μὲν καὶ μὴ ἀρκουμένης τοῖς ἔξωθεν ἀνδράσιν. Sic Irenaeus dixit Valentinianos *nulla apolytrosi sensibili usos esse, καὶ ἀρκεῖσθαι αὐτοὺς τῇ τῶν ὅλων ἐπιγνώσει.* Int. Vet. *et sufficere iis universorum agnitionem:* potius, *contentos esse.* I xviii. [xxi 4 p. 96 ed. Mass.] Alexander ap. Joseph. Bell. Jud. II. [vii 4.] Ἀπέχρη σοι ὁ κατὰ Λιβύην γάμος· σὺ δὲ οὐκ ἀρκεσθεῖσα τούτῳ, κ. τ. λ. PEARSON. ἀρκεῖσθαι praebet Cod. Laur., non ἀρκεῖν quod post Aldrichium dedit Russelius; quod Marklandus ad marginem exemplaris Routhiani ita correxit, "ἀρέσκειν. I Cor. vii "34." Cf. Clem. Rom. § 2, τοῖς ἐφοδίοις τοῦ Θεοῦ ἀρκούμενοι.

2. σαρκὶ καὶ πνεύματι.] Ut non carnaliter tantum, sed neque animo concupiscant alios viros, ut recte Is. Vossius. PEARSON. Versio Curetoniana: *and that their husbands be sufficient for them in flesh and in spirit.*

3. τὰς συμβίους,] Has voces in contextu male omisit Vossius; in notis autem ex veteri versione legendas jussit.

5. ἐν ἁγνείᾳ] Hanc vocem hic stricte accipit pro castitate quae in coelibatu est, et distincta ab ea quae est in conjugio, celebrata ab Apostolo, Heb. xiii 4, Tit. ii 5, I Pet. iii 1—7; a Paphnutio in Synodo Nicaena; [Socrat. H. E. i, 11.] ab Augustino de S. Virginitate, § 12; ab aliis. Refutatur ex hoc loco error et praxis Romanensium, qui non permittunt matrimonium iis qui coelibatum voverunt. Damnat Ignatius eam virginitatem quae cum καυχήσει conjuncta est. VEDELIUS. Conf. Clem. Rom. i § 38. Smithus ita explicare conatur, *in honorem Christi incarnati, qui humanam naturam sanctificavit.* Bunsenius, ἐν ἁγνείᾳ μένειν τῆς σαρκὸς εἰς τιμὴν τοῦ Κυρίου. Optimum mihi quidem videtur transpositionem cum Vossio suspicari, atque ita totum locum refingere; Εἴτις δύναται ἐν ἁγνείᾳ τῆς σαρκὸς μένειν εἰς τιμὴν τοῦ Κυρίου. Cf. I Cor. vii 9.

ib. τοῦ Κυρίου τῆς σαρκός,] Haec Cod. utriusque lectio, si vera est, spectare videtur I Cor. vi 13. Coteler. ex Int. Vet. et Interpol. reponit εἰς τιμὴν τῆς σαρκὸς τοῦ Κυρίου· quemadmodum Syrus quoque et Armenius interpretantur. Eandem verborum seriem exhibet Antiochus, Hom. 21, Μέγα οὖν ἐστὶν ἐν ἁγνείᾳ μένειν εἰς τὴν τιμὴν τῆς σαρκὸς τοῦ Κυρίου ἐν ἀκαυχησίᾳ· ἐὰν γὰρ καυχήσηται, ἀπώλετο.

Digitized by Google

σαρκὸς, ἐν ἀκαυχησίᾳ μενέτω· ἐὰν καυχήσηται, ἀπώλετο· καὶ ἐὰν γνωσθῇ πλέον τοῦ ἐπισκόπου, ἔφθαρται. Πρέπει δὲ τοῖς γαμοῦσι καὶ ταῖς γαμουμέναις, μετὰ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου τὴν ἕνωσιν ποιεῖσθαι, ἵνα ὁ γάμος ᾖ κατὰ Θεὸν, καὶ μὴ κατ' ἐπιθυμίαν. Πάντα εἰς τιμὴν Θεοῦ γινέσθω.

Episcopo, Presbyteris et Diaconis honor.

ε'. Τῷ ἐπισκόπῳ προσέχετε, ἵνα καὶ ὁ Θεὸς ὑμῖν. Ἀντίψυχον ἐγὼ τῶν ὑποτασσομένων τῷ ἐπισκόπῳ,

1. ἐν ἀκαυχησίᾳ] Vet. Int. in *ingloriatione*. Qui *in gloriatione* legebant, addiderunt *Domini*. PEARSON. Similem errorem habes infra § 7.

2. ἐὰν γνωσθῇ πλέον] *Si quis*, inani δοκησισοφίᾳ elatus, aut ex morum castitatisque ostentatione *se magis aequo spectandum cognoscendumque velit, ut in aliorum opinione Episcopo praeferatur*, ille omni sano judicio vacuus est. SMITH. *Si quis*, sibi γνῶσιν arrogans, *Episcopum ut minus scientem contemserit*, Hammond. c. Blondell. Diss. i § 12, *Wer sich über dem Bischofe erhaben dünkt ist verloren*, Gieselerus, *über die Entstehung der Schriftlichen Evangelien*. p. 169, quem sequuntur Netzius et Duesterdieckius. Ego quidem sic intelligo, *if he, being endued with the grace of continence, glory over the* married *Bishop*, &c. Interpolator, ἐὰν γνωσθῇ πλὴν τοῦ ἐπισκόπου, *si idipsum* (votum coelibatus) *statuatur sine Episcopo, corruptum est.* Versio Curetoniana : *if he become known apart from the Bishop, he has corrupted himself.* Interpolatoris lectionem πλήν, a Syr. et Armen. confirmatam, admiserunt Cureton. et Petermannus. Lipsius quoque, p. 35 Disquis. de Clem. Rom. ita explicat : 'Episcopi erat exami-'nare num continentiae donum 'divinitus concessum, an vero 'etiam ob nimiam honoris cu-'piditatem fictum esset simula-'tumque.' Bene autem monet Merxius, πλέον eodem modo poni in Ep. ad Magn. § 10.

3. ἔφθαρται.] Cf. Concil. Gangr. circ. A. D. 325, Can. 4, Εἴ τις τῶν παρθενευόντων διὰ τὸν Κύριον, κατεπαίροιτο τῶν γεγαμηκότων, ἀνάθεμα ἔστω.

ib. Πρέπει δὲ] Nuptiae sc. in Ecclesia fiebant, et benedictio sacerdotalis solenniter impertita nuptis, hoc saeculo secundo. Clem. Alex. Paedag. iii 11, p. 248 B, [ed. Sylburg.] Τίνι γὰρ ὁ πρεσβύτερος ἐπιτίθησι χεῖρα ; τίνα δὲ εὐλογήσει ; οὐ τὴν γυναῖκα τὴν κεκοσμημένην, ἀλλὰ τὰς ἀλλοτρίας τρίχας. Tertull. ad Ux. ii cap. ult. et de Pudic. cap. 4. Ex his omnibus 'haud evinci 'potest'—— inquit Seldenus, ['contractui nuptiali aut ne-'cessario aut ex more minis-'trum sacrum interfuisse, aut 'quid aliud ad ipsas nuptias 'attinens praestitisse.] Uxor. Hebr. ii 28, qui hic confutan-

Digitized by Google

Si glorietur, perditur: et si videri velit plus Episcopo, corruptus est. Decet autem ducentes et ductas, cum sententia Episcopi unionem facere; ut sit secundum Dominum, et non secundum concupiscentiam. Omnia in honorem Dei fiant. 1 Cor. x 31.

VI. Episcopo attendite, ut et Deus vobis. Unanimis ego cum subjectis Episcopo, Presbyteris,

dus. PEARSON. Vid. Bingham. Orig. Sacr. XXII ii 2, iv 1; et Neandrum, *K. G.* i 487, in versione H. J. Rose, 319.

ib. γαμουμέναις,] γαμούσαις Interpolator, minus recte. γαμεῖν, *uxorem ducere*; γαμεῖσθαι, *nubere*.

5. κατὰ Θεόν,] Interpol. κατὰ Κύριον, forsitan ut melius cum Apostoli verbis congrueret, 1 Cor. vii 39, μόνον ἐν Κυρίῳ.

ib. κατ' ἐπιθυμίαν.] κατ' αἰσχρὰν ἐπιθυμίαν. Antonius in Melissa, i 14.

7. Τῷ ἐπισκόπῳ——σχεῖν ἐν Θεῷ.] Notandum est Syrum hunc locum de obedientia Episcopo praestanda, ne verbo quidem imminutum, exhibere.

ib. προσέχετε,] Hic est locus, [usque ad ἐν τῇ ἀναστάσει ὑμῶν παθητήν. § 7] quo maxime evertere conati sunt quidam [Schultet. Vedel. Usser.] hujus Epistolae auctoritatem. Quid enim, inquiunt, itane sui oblitus fuit Ignatius, ut nesciret, se ad Episcopum scribere? Non certe: ipsi videntur obliti esse praecedentium verborum, qui haec carpunt. Supra enim dixit Ignatius, προσλάλει, παράγγελλε, &c. Non itaque Polycarpo scribit, ut Episcopo obediat; sed rogat eum, ut hortetur Smyrnaeos haec facere. Quorsum enim alias omnia ista, quae sequuntur, συγκοπιᾶτε, συντρέχετε, ἀρέσκετε, &c. quae non uni dicuntur? Apparet ergo, esse fictionem personae Polycarpi, Smyrnaeos hortantis. VOSSIUS. Quia ad Smyrnae Episcopum destinata Epistola ex more antiquo legenda etiam erat Smyrnensibus, ideo S. Martyr intermiscet praecepta ad populum, exemplo Apostoli, qui in 1 ad Tim. multa praecipit omnibus Reipublicae Christianae ordinibus; aitque sicut hic, [iv 12] *Nemo adolescentiam tuam contemnat*; et Tit. ii 15 *Nemo te contemnat*. COTEL. Sic B. Paulus, ad Philipp. iv 3, Episcopo sive Ecclesiae Philippensis fratri alicui eximio seorsim scribit. Smithus conferri jubet personarum imitationes quas legimus Apoc. ii 10. Kistius censet hanc Epistolam potius inscribendam esse, *ad Polycarpum et Presbyterium*. Argumentis contra hujus capitis sinceritatem allatis, respondet Arndtius, *Studien u. Krit.* 1839, pp. 145–147.

ib. ὑμῖν.] Ita Cod. Laur. Salvinii apographum fraudi fuit Aldrichio, apud quem ἡμῖν legitur.

8. Ἀντίψυχον] Cf. Int. Vet. Ep. ad Eph. § 21. Apud Antioch. Hom. 124 errore manifesto legimus, τῷ ὑποτασσομένῳ

Digitized by Google

rem praestandum : unitatem, aliaque officia commendat.

πρεσβυτέροις, διακόνοις· καὶ μετ' αὐτῶν μοι τὸ μέρος γένοιτο σχεῖν ἐν Θεῷ. Συγκοπιᾶτε ἀλλήλοις, συναθλεῖτε, συντρέχετε, συμπάσχετε, συγκοιμᾶσθε, συνεγείρεσθε, ὡς Θεοῦ οἰκονόμοι, καὶ πάρεδροι, καὶ ὑπηρέται. Ἀρέσκετε ᾧ στρατεύεσθε, ἀφ' οὗ καὶ τὰ ὀψώνια κομίζεσθε. Μήτις ὑμῶν δεσέρτωρ εὑρεθῇ. Τὸ βάπτισμα ὑμῶν μενέτω ὡς ὅπλα, ἡ πίστις ὡς

recreor in Episcopo, qui mihi subrogatus est ; de qua Tilmanni versione cautum videas a Pearsono, Vindic. i p. 16. Kistius suspicatur voces πρεσβυτέροις, διακόνοις e loco suo motas fuisse, veramque lectionem esse ὑμῖν πρεσβυτέροις, διακόνοις. Ἀντίψυχον ἐγὼ τῶν ὑποτασσομένων τῷ ἐπισκόπῳ, καὶ μετ' αὐτῶν κ. τ. λ. Quam emendationem si non admittas, mavult vir doctus Ἀντίψυχον ἐγὼ τῶν ὑποτασσομένων τῷ ἐπισκόπῳ πρεσβυτέρων, διακόνων ... Dissert. de Potestatis Episcopalis Origine, cujus versionem Germanicam praestat Illgenii *Zeitschrift für die Historische Theologie.* Tom. ii P. 2 p. 47 sq. Ap. Damascen. S. Parall. ii 779 ed. Le Quien. Τῷ ἐπισκόπῳ προσέχετε, ἵνα καὶ ὑμῖν ὁ Θεός. Ἐγὼ ἀντίψυχον τῶν ὑποτασσομένων ἐπισκόπῳ, πρεσβυτερίῳ, διακόνοις· μετ' αὐτῶν μοι τὸ μέρος γένοιτο ἐν Θεῷ.

1. πρεσβυτέροις,] Apud Interpol. quoque, ὑποτασσομένων ἐπισκόπῳ, πρεσβυτερίῳ, διακόνοις.

2. Συγκοπιᾶτε] Alloquitur Episcopum, Presbyteros, et Diaconos ; οἱ κοπιῶντες ἐν τῷ λόγῳ. II Tim. ii 6. PEARSON. Non sunt haec ad literam exigenda ; et perversi et rixosi ingenii est ita rigide interpretari, quae metaphorarum, quas vel pueri norunt, ope, plana et manifesta sunt. *Omnia facite concorditer.* SMITH. Cf. S. Paul. ad Phil. i 27, μιᾷ ψυχῇ συναθλοῦντες τῇ πίστει τοῦ Εὐαγγελίου. Pro συναθλεῖτε Cod. uterque συναθλῆτε, quemadmodum in Ep. ad Eph. § 19 καθηρῆτο, ad Trall. § 5 εἰ δή pro ἤδη.

3. συγκομᾶσθε, συνεγείρεσθε,] Ruchatus Smitho adstipulatur, atque has locutiones proverbiales fuisse perhibet. Rectius, ut mihi quidem videtur, Wocherus, qui adlusionem latere suspicatur ad mortem et resurrectionem. Alium interpungendi modum exhibet Versio Syriaca : *rise together. As stewards of God, and His domestics and ministers,* Cureton. p. 228, quem non sequitur Graeci textus distributio, p. 11. Armenius, vocibus συναθλεῖτε, συντρέχετε omissis, *sicut procuratores Dei, et domestici et ministri ejus.*

4. καὶ πάρεδροι,] Hanc copulam praetermisit Salvinius. A Pearsono haec ita distinguuntur, ut οἰκονόμοι sint Episcopi, πάρεδροι Presbyteri, ὑπηρέται Diaconi. D. Paulus ad Tit. i 7, Δεῖ γὰρ τὸν ἐπίσκοπον ἀνέγκλητον εἶναι, ὡς Θεοῦ οἰκονόμον. Bunsenius conferri jubet I Pet. iv 10,

Digitized by Google

Diaconis: ut cum ipsis mihi pars[r] fiat capere in Deo. Collaborate adinvicem, concertate, concurrite, compatimini, cordormite, consurgite, ut Dei dispensatores et assessores[s] et ministri. Placete cui militatis; a quo et stipendia fertis. Nullus vestrum otiosus inveniatur. Baptisma vestrum maneat ut scutum, fides ut galea, charitas[t] ut

[r] *pars mihi* C. C.

[s] *assessores* C. C. 2 Tim. ii 4.

[t] *caritas* C. C.

καλοὶ οἰκονόμοι ποικίλης χάριτος Θεοῦ.

5. τὰ ὀψώνια] Et ex hoc, et ex sequentibus locis, voluerunt ostendere viri docti, Epistolam hanc non esse Ignatii, vel saltem hanc partem; quod in ea tot Latina vocabula occurrerent. Nam, inquiunt, itane rudis fuit Ignatius linguae Graecae, ut nesciret, quid *depositum*, quid *accipere*, quid *desertorem*, sermo Graecus vocet? Fefellit, ut puto, viros doctissimos judicium suum. Omnia enim haec verba desumta sunt ex militia, et jure Romano; neque Graecis minus nota, quam Romanis; immo etiam vernaculis notiora. Quis est, qui nesciat omnia militaria vocabula etiam apud Graecos obtinuisse? Hoc qui ignorat, nunquam Tacticos legit; e quibus discere est, non tantum officia, partes exercitus, militum exercitia, similiaque, sed etiam leges militares Latine fuisse scriptas et recitatas. Eadem quoque est ratio in jure Graeco-Romano, cujus innumera vocabula, una cum imperio, in Graeciam fuere translata. Hoc nos nescire non patiuntur veterum Jurisconsultorum libri. In Actis Smyrnaeae Ecclesiae de Polycarpo, habes κομφέκτωρ, et sexcenta alibi id genus, etiam in libris Novi Foederis. VOSSIUS. Ὀψώνια κομίζεσθαι idem quod S. Paulo λαβεῖν ὀψώνιον II Cor. xi 8. [Rom. vi 23, I Cor. ix 7, S. Luc. iii 14.] PEARSON. Similis imago est apud Clem. Rom. i § 21 λειποτακτεῖν, § 28 αὐτομολούντων.

6. κομίζεσθε.] Syrus, *placete ei et militate pro eo, ut stipendia ab eo accipiatis.* Legisse videtur cum Interpolatore κομίσεσθε. HEFELIUS.

ib. δεσέρτωρ] Perquam eleganter δεσέρτωρ et μενέτω opponuntur; nec inscite subjungitur δεπόσιτα, cui voci respondet nomen ἄκκεπτα. COTEL. Armenius, *Et ne quis rebellis inveniatur.* Haec cum Graeco magis quam cum Syriaco Textu conveniunt. PETERMAN. Versio Curetoniana, *Let none of you rebel.* Miratur Vossius quid Int. Vet. in mentem venerit ut pro *desertore* substitueret *otiosum.* Cod. Laur. adhuc exhibet vocem ἀργός margini hoc modo adscriptam; atque hoc glossema inusitatioris δεσέρτωρ transtulit Int. Vet.

7. μενέτω] Nam desertores arma abjiciebant. Vet. Int. *ut scutum*, quasi ἀσπίς legisset, vel ὅπλον, et quia scuti postea mentio nulla. Onomast. Vet. *Scutum*, ὅπλον. Philox. Glossa, *Scutum*, ἀσπίδα καὶ ὅπλον. Al-

Digitized by Google

περικεφαλαία, ἡ ἀγάπη ὡς δόρυ, ἡ ὑπομονὴ ὡς πανοπλία· τὰ δεπόσιτα ὑμῶν, τὰ ἔργα ὑμῶν, ἵνα τὰ ἄκκεπτα ὑμῶν ἄξια κομίσησθε. Μακροθυμήσατε οὖν μετ' ἀλλήλων ἐν πραότητι, ὡς ὁ Θεὸς ὑμῶν. Ὀναίμην ὑμῶν διὰ παντός.

Legatum in Syriam mitti jubet, qui Antiochenae Ecclesiae pacem gratuletur.

Ζ'. Ἐπειδὴ ἡ ἐκκλησία ἡ ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας εἰρηνεύει, ὡς ἐδηλώθη μοι, διὰ τὴν προσευχὴν ὑμῶν, κἀγὼ εὐθυμότερος ἐγενόμην ἐν ἀμεριμνίᾳ Θεοῦ, ἐάν περ διὰ τοῦ παθεῖν Θεοῦ ἐπιτύχω, εἰς τὸ εὑρεθῆναί με ἐν τῇ ἀναστάσει ὑμῶν παθητήν. Πρέπει,

ludere videtur ad τὰ ὅπλα τοῦ φωτός. Rom. xiii 12. PEARSON. Armenius hic a Graeco non minus quam a Syr. Textu abit. Vertit ac si legisset, ἀλλ' ἡ πίστις ἐν ὑμῖν μενέτω ὡς ὅπλα, καὶ ἡ ἐλπὶς....ἡ ὑπομονὴ ὡς ἀσπίς. PETERMAN.

1. περικεφαλαία,] Fides comparatur scuto apud S. Paulum, [Eph. vi 16] quod idem significat: quoniam utrumque inter τὰ σκεπαστὰ ὅπλα numerantur. PEARSON. Antioch. Hom. 104, Ἐνδυσώμεθα θώρακα τὴν πίστιν τοῦ Χριστοῦ, καὶ περικεφαλαίαν τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, ἀσπίδα τε καὶ δόρυ τὴν εἰς αὐτὸν ἀγάπην, καὶ τὴν μάχαιραν τοῦ Πνεύματος, ὅ ἐστι τὰ λογία αὐτοῦ.

2. δεπόσιτα] Δεπόσιτον, παρακαταθήκη, Glossae Juris. Τῆς οὐσίας ὑπὸ τοῦ φίσκου καταληφθείσης. Artemidorus, 237. [ed. Rigalt.] PEARSON. Quidquid vobis a Deo in vicem talenti committitur, illud in usus necessarios tum vestri tum aliorum impendendum est; ut debitam bonorum operum mercedem ex infinita Dei benignitate tandem in altera vita reportetis. SMITH. δεπόσητα habet Cod. uterque, permutatione literarum perquam familiari. e. g. § 4. ὑπεριφάνει pro ὑπερηφάνει, ad Philad. § 6, κτίσωνται pro κτήσωνται. Ruchatus confert Sueton. Vit. Domitian. § 7, 'Geminari castra legionum prohibuit: nec plus quam mille nummos a quoquam ad signa deponi, quod L. Antonius, apud duarum legionum hiberna res novas moliens, fiduciam cepisse etiam ex depositorum summa videbatur.' Addas Vegetium, ii § 20, 'Illud ab antiquis divinitus institutum est, ut ex donativo quod milites consequuntur, dimidia pars sequestraretur apud signa, et ibidem ipsis militibus servaretur .... Miles deinde qui sumtus suos scit apud signa *depositos*, de deserendo nihil cogitat, magis diligit signa.' Alio sensu *Ecclesiae deposita*, in Cornelii Epist. ad Cyprianum; sc. pecuniae viduarum et pupillorum sublevandorum gratia conservatae. Routh. Rel. Sacr. iii pp. 17, 35.

Digitized by Google

lancea, sustinentia ut omnis armatura. Deposita vestra, opera[u]; ut accepta vestra digna feratis. Longanimiter ferte igitur vos adinvicem in mansuetudine, ut Deus vos. Fruar vobis semper.

VII. Quia Ecclesia quae in Antiochia Syriae pacem habet, ut ostensum est mihi, per orationem vestram, et ego laetior factus sum in sollicitudine Dei; siquidem, per pati, Deo potiar, in inveniri me in oratione vestri discipulum[x]. Decet, Poly-

[u] *Vestra deposita opera* C. C.

[x] *potiar invenire in me in oratione vestri discipulum.* C. C.

3. ἄκκεπτα] In rationum libris alterum caput est *accepti*, alterum *expensi*. Cic. pro Q. Rosc. Com. 2, 'in codice *accepti* et 'expensi;' de Amic. 16, 'ut 'par sit ratio *acceptorum* et 'datorum;' in Verr. Act. II i 36, 'expensa Chrysogono servo 'HS sexcenta millia, *accepta* 'pupillo Malleolo retulit.' ἵνα τὰ ἄκκεπτα ὑμῶν, ἄξια Θεοῦ κομίσησθε Interpol. *Let your treasures be your good works, that ye may receive the gift of God, as it is just.* Cureton.

ib. κομίσησθε.] Ita Cod. uterque. Libb. impr. κομίζησθε.

ib. Μακροθυμήσατε] Damasceni Ecloga de Patientia: [ii p. 788 ed. Le Quien.] Μακροθυμεῖτε μετ' ἀλλήλων ἐν πραΰτητι, ὡς ὁ Θεὸς μεθ' ὑμῶν διὰ παντός. COTEL. Legendum μεθ' ὑμῶν, ut ap. Antonium. SMITH. Praepositionem quam Interpol. Syr. et Fragm. Damascen. Rupefucaldina agnoscunt, uncinis inclusam exhibent Hefel. Reithmayr. et Dresselius.

4. ὡς ὁ Θεὸς ὑμῶν.] Versio Petermanni, *quasi Deus esset in mediis vobis.* Cf. Phil. iv 5, ὁ Κύριος ἐγγύς.

5. Ὀναίμην ὑμῶν] *Gaudeo in vobis*, Syr. et Armenius, interpretationis suae in § 1 immemores.

6. Ἐπειδὴ] Ita Codd. Edd. cum Vossio, ἐπεὶ δέ. Vide supra Ep. ad Smyrn. § 11, ad Philad. § 10. Haec, usque ad εἰς δόξαν Χριστοῦ. p. 502 l. 5, non agnoscit Syrus ap. Cureton. p. 228.

7. ὡς ἐδηλώθη μοι,] Quum esset Troade, certior factus est, finem persecutioni Antiochiae per Trajanum impositum esse. De qua re dubitari non debet: nam a Johanne Antiocheno, Historico probato, apud Suidam, observatum est, ὅτι Τραϊανὸς τοῖς Χριστιανοῖς ἀνακωχήν τινα τῆς τιμωρίας παρέσχεν· et tum subjungit Tiberiani historiam. Tiberiani autem relatio facta est ad Trajanum, quum esset Antiochiae, ut testatur Johannes Malala, [Lib. xi] Antiochenus et ipse. PEARSON. Petermannus, *quomodo et scripserunt ad me.*

8. ἐν ἀμεριμνίᾳ] Apud Int. Vet. sine dubio scriptum fuit, *in insollicitudine*; uti § 5, ἐν ἀκανχησίᾳ, *in ingloriatione.*

10. ἐν τῇ ἀναστάσει] An legit Int. Vet. ἀνατάσει? ea enim vox

Digitized by Google

Πολύκαρπε θεομακαριστότατε, συμβούλιον ἀγαγεῖν θεοπρεπέστατον, καὶ χειροτονῆσαί τινα ὃν ἀγαπητὸν λίαν ἔχετε καὶ ἄοκνον, ὃς δυνήσεται θεοδρόμος καλεῖσθαι· τοῦτον καταξιῶσαι, ἵνα πορευθεὶς εἰς Συρίαν δοξάσῃ ὑμῶν τὴν ἄοκνον ἀγάπην εἰς δόξαν Χριστοῦ. Χριστιανὸς ἑαυτοῦ ἐξουσίαν οὐκ ἔχει, ἀλλὰ Θεῷ σχολάζει. Τοῦτο τὸ ἔργον Θεοῦ ἐστὶν καὶ ὑμῶν,

aliquoties male ἀνάστασις scribitur. Immo potius legit αἰτήσει, ut apud Interpolatorem exstat. Sed Montacutii Codex, *in resurrectione:* quod verum est, et illud *oratione* abbreviatura est. PEARSON. Codd. confundunt ἀνάστασιν et ἀνάτασιν, ap. Euseb. H.E. ii 26. Cotelerius conjicit ἀναιτήσει. Petermannus reponit ἐν τῇ αἰτήσει ex Interpolatore quem sequuti sunt Wakius, Ruchatus. Codd. lectionem interpretatus est Wocherus.

ib. παθητήν.] Quaere, an, ut a μαθεῖν μαθητής, ita a παθεῖν παθητής. PEARSON. Libb. impr. cum Vossio μαθητήν, uti Int. Vet. Armen. et Cod. Casan. Cod. Med. scripturam tuetur Netzius, mendam putat Dresselius.

ib. Πρέπει, κ. τ. λ.] Haec refert S. Polycarpus in Ep. ad Philipp. [§ 13] PEARSON.

1. Πολύκαρπε] Propter hoc caput, et consequens, scribit Eusebius, [H. E. iii 36] ab Ignatio Ecclesiam Antiochenam Polycarpo fuisse commendatam; idque postea in Catalogum suum retulit Hieronymus. Vide sis Jus Graeco-Romanum, p. 179, [tom. i ed. Freher. Τραϊανὸς ἔτη ιθ', κ. τ. λ. ἐπὶ τούτου . . . . . Ἰγνάτιος ὁ Θεοφόρος τὴν ποίμνην Πολυκάρπῳ παρέθετο.] COTEL.

ib. θεομακαριστότατε,] Vet. Int. *Deo beatissime.* Hinc colligo hanc interpretationem factam fuisse ante A. D. 650, quando Scriptor quidam Martinum Papam *Deo-beatissimum* vocat, p. 66 B. PEARSON. Fragm. Syr. ap. Cureton. p. 235, *deserving of the happiness which is of God.* Armenius, *beate.*

ib. συμβούλιον] συμβούλιον ἐποίουν, S. Marc. iii 6. Cf. xv 1, Act. xxv 12.

2. χειροτονῆσαί] Cf. ad. Philad. § 10, ad Smyrn. § 11. Peregrinum, qui, ante martyrium Ignatii natus, post medium saeculi secundi flammis se dedit, sanctum Patrem de industria imitatum esse sentit Pearsonus, Vindic. i p. 5. Luciani narrationem, mirifice sane cum iis quae in Epistolis nostris leguntur convenientem, non veram esse historiam arbitratur Deusterdieckius, sed Actorum Ignatii parodiam acerbam, e. g. § 41, Φασὶ δὲ πάσαις σχεδὸν ταῖς ἐνδόξοις πόλεσιν ἐπιστολὰς διαπέμψαι αὐτόν, διαθήκας τινὰς, καὶ παραινέσεις, καὶ νόμους, καὶ τινὰς ἐπὶ

Digitized by Google

carpe Deo beatissime, concilium congregare Deo decentissimum, et ordinare aliquem quem dilectum valde habetis et[y] impigrum, qui poterit Dei cursor vocari: et hunc dignificari, ut vadens[z] in Syriam, glorificet vestram impigram charitatem in gloriam Dei. Christianus sui ipsius potestatem non habet, sed Deo vacat. Hoc opus Dei est et vestri, quoniam ipsi[a] perfecti estis.

[y] *habetis valde et* C. C.

[z] *ut vadat in S. et glorificet* C. C.

[a] *qui ipsi* C. C.

τούτων πρεσβευτὰς τῶν ἑταίρων ἐχειροτόνησε, νεκραγγέλους καὶ νεοτεροδρόμους προσαγορεύσας.

3. *ὃς δυνήσεται*] Ita Cod. uterque. *ὡς* post Vossium Libb. impr.

ib. *θεοδρόμος*] Qui in Ep. ad Smyrnaeos [§ 11] vocatur *θεοπρεσβύτης*. VOSSIUS. In Ep. ad Philad. § 2, fideles omnes, in spirituali stadio decurrentes, communi nomine *θεοδρόμους* Ignatius appellaverat. Hic autem id nominis *sacro legato* ad Antiochenam Ecclesiam mittendo speciatim est inditum, qui *θεοπρεσβευτής* in Ep. ad Smyrn. eam ob causam est nuncupatus. Unde novum *Cursorum* in Ecclesia officium commentus est Baronius, ad ann. Chr. 44, §§ 88, 89. USSER. Christianum, spectata probitate ac morum suorum sanctitate Smyrnaeis percarum, et ad communia coetus negotia obeunda paratissimum, intelligit Scriptor in Act. Erud. Lips. 1731, p. 457. Fragm. Syr. ap. Cureton. p. 235, *an ambassador of God.* Armenius, *praecursores Dei.* Minus feliciter Grotius, annot. in Matt. x 2, et Phil. ii 25, statuit *θεοδρόμον* Smyrnensem pecunias ecclesiasticas ad Antiochenos detulisse. Cum Usser. stant Pearsonus, Vindic. i p. 6, Hammondus, Annot. in Rom. xvi 7, et Dodwellus, Diss. Cypr. vi 16, cui idem munus fuisse videtur Ecclesiarum apostolorum, II Cor. viii 23, atque Epaphroditi, Phil. ii 25. De Baronii commento videsis Bingham. Orig. Eccles. VIII vii 15, et Fischerum, in libello de *θεοδρόμοις*, veteris Ecclesiae Legatis. Coburgi 1718, § 8.

4. *καταξιῶσαι*,] Ita dedi cum Edd. omnibus, pro *καταξιῶ σε*, Cod. Laur. lectione, quam contextus recusat. *ε* et *αι* a librario nostro saepissime commutantur; cujus oscitantiae exemplum notabile exstat in Ep. ad Magn. § 7, ubi in una eademque periocha, pro *πράσσετε .. φαίνεσθαι*, Cod. *πράσσεται ... φαίνεσθε*. Fragm. Syr. *Let this man be perswaded to go to Syria: and they shall praise your love which is unwearied for the glory of God.* Petermannus quoque pro Χριστοῦ exhibet Θεοῦ.

6. *Θεῷ σχολάζει.*] *is ready to be subject to God.* ap. Syrum, qui ex hoc cap. nil nisi hanc unicam sententiam excerpsit. Cureton. p. 228. In Fragm. p. 235, *is continually prepared for God.* Armenius, *sed Deo paratus est.*

Digitized by Google

ὅταν αὐτῷ ἀπαρτίσητε. Πιστεύω γὰρ τῇ χάριτι, ὅτι ἕτοιμοί ἐστε εἰς εὐποιΐαν Θεῷ ἀνήκουσαν· εἰδὼς οὖν ὑμῶν τὸ σύντονον τῆς ἀληθείας, δι' ὀλίγων ὑμᾶς γραμμάτων παρεκάλεσα.

Vult ut Polycarpus vicinis Ecclesiis scribat, idem ut faciant.

Η'. Ἐπεὶ πάσαις ταῖς ἐκκλησίαις οὐκ ἠδυνήθην γράψαι διὰ τὸ ἐξαίφνης πλεῖν με ἀπὸ Τρωάδος εἰς Νεάπολιν, ὡς τὸ θέλημα προστάσσει, γράψεις ταῖς ἔμπροσθεν ἐκκλησίαις, ὡς Θεοῦ γνώμην κεκτημένος, εἰς τὸ καὶ αὐτοὺς τὸ αὐτὸ ποιῆσαι· οἱ μὲν δυνάμενοι πεζοὺς πέμψαι, οἱ δὲ ἐπιστολὰς διὰ τῶν ὑπὸ σοῦ

1. αὐτῷ ἀπαρτίσητε.] Ita Cod. uterque, non αὐτό, uti in Libb. impr. Non erat igitur cur textum ita refingeret Pearsonus, οἱ αὐτοὶ ἀπαρτίσητε. Apud Int. Vet. *ipsi*, ni fallor, dativus est; et sensus loci, non uti Marklando visum, *quando istud perficitis*, sed potius, *quando id illius gratia, in illius honorem perfeceritis.*

ib. Πιστεύω γὰρ τῇ χάριτι, ὅτι] Transpone verba, ὅτι τῇ χάριτι, h. e. διὰ τῆς χάριτος. SMITH.

3. τὸ σύντονον] Proba est haec lectio, ut quidem puto. Interpres attamen videtur legisse τὸ σύντομον. [sicut et Interpol.] VOSSIUS. Legit Int. Vet. ut Interpol. Codd. Nydprucc. et Florent. σύντομον· Augustanus autem Codex, et Anglicanus, ut et Mediceus, recte habent σύντονον. Σύντονον· σφοδρόν, ἰσχυρόν, συνεχές. Suidas, τὸ εἰς τὰς πράξεις σύντονον. voc. Μάρτιος. Saepe σύντομον et σύντονον confunduntur in veteribus Scriptoribus: ut apud Suidam in Ἀλφειός, συντόμως τρέχει· sed verba sunt Symmachi ap. Scholia Aristoph. [Aves. 1121] συντόνως τρέχει, ὡσεὶ Ὀλυμπιακὸς σταδιοδρόμος. Σύντονον autem τῆς ἀληθείας, ut ἄσκοπον τῆς ἀγάπης. PEARSON. *Votre parfait attachement à la vérité*, Ruchatus. *Your earnest affection for the truth*, Wakius et Chevallier. Petermanno Armenius videtur legisse τὸ ἕτοιμον.

ib. δι' ὀλίγων γραμμάτων] *Brevibus literis*, hac nempe ad Polycarpum, et altera ad Smyrnaeos. PEARSON. An rectius *brevi epistola*, uti in Ep. ad Rom. § 8? Cf. 1 Pet. v 12, δι' ὀλίγων ἔγραψα. Hebr. xiii 22, διὰ βραχέων ἐπέστειλα.

5. Ἐπεὶ πάσαις] οὖν ex Interpolatore, intra uncinos inseruerunt Coteler. et Russelius. Ἐπεὶ [οὖν] πάσαις κ. τ. λ. sine uncinis Hornemannus, margini apposuit Reithmayrus; ex Smithi mente, qui ut Graeca cum Int. Vet. congruerent omnino voluit.

ib. ἐκκλησίαις] Scripserat ad Ecclesiam Smyrnaeorum et Philadelphensium; ad alias autem scribere non potuit. Quare scribit privatim ad Polycarpum, ut ipse ejus loco ad alias scriberet. PEARSON.

Digitized by Google

Credo enim gratiae, quoniam parati [b] estis ad beneficentiam Deo decentem. Sciens vestrum compendium veritatis, per paucas vos literas consolatus sum.

[b] *qua parati* C. C.

VIII. Quia igitur omnibus Ecclesiis non potui [c] scribere, propter repente navigare me a Troade in Neapolim, ut Voluntas praecipit: scribes aliis Ecclesiis, ut Dei sententiam possidens, idem et ipsos facere; hi [d] quidem potentes pedites mittere, hi autem epistolas per a te missos [e], ut glorificeris

[c] *non omnibus Ecc. p.* C. C.

[d] *hii* C. C.

[e] *epistolas a te missas* C. C.

6. ἀπὸ Τρωάδος εἰς Νεάπολιν,] Ut S. Paulus, Act. xvi 11. PEARSON.

7. τὸ θέλημα] Mandatum Imperatoris Trajani. Sed dubito. SMITH. Cum Smitho stant Hefelius, et Wocherus, *wie der Wille (des Kaisers) gebietet.* Aliter Ruchatus, *par la volonté de mes Maîtres.* Et sic Chevallier. post Wakium, *so is the will of those to whom I am subject.* Potius, ut mihi quidem videtur, *Dei voluntas.* Θέλημα absolute ponitur Ep. ad Smyrn. § 11, ubi vide notata. Voces ὡς τὸ θέλημα προστάσσει omittit Armenius.

ib. ταῖς ἔμπροσθεν ἐκκλησίαις,] Int. Vet. male; quid esset ἔμπροσθεν non intellexit. Redde, *prioribus* seu *anterioribus illis Ecclesiis*, quae in Asia versus Syriam jacebant, praeter Philadelphicos, ad quos ipse scribebat de eadem re. Ἔμπροσθεν tam de loco, Philipp. iii 14, quam de tempore, Esai. xliii 10. PEARSON. Ecclesiis quae inter Smyrnam et Antiochiam sitae sunt; quarum aliquot vicinae S. Ignatium, quum, relicta Syria, et longo isto Minoris Asiae littore praeternavigato, Smyrnam appulisset, per Episcopos et Presbyteros suos inviserant. SMITH. Quaecunque sunt *al* ἔμπρ. ἐκκλ. certe apparet inter eas fuisse Philippensem; geminae enim dicuntur Ecclesiae, tum Asiaticae (οἱ μὲν δυνάμενοι πεζοὺς πέμψαι), tum mari quodam interjecto ab Asia sejunctae, (οἱ δὲ ἐπιστολὰς κ.τ.λ.) inter quas erat Ecclesia Philippensis. Cf. Polycarp. ad Philipp. § 13. DUESTERDIECK. Pearsonum sequitur Routhius, Script. Eccles. Opusc. i p. 27. Vedelius interpretatur, *Ecclesiis ulterioribus.* Cotelerius, *scribes vicinis Ecclesiis;* cui adstipulantur Wakius, Ruchat. Hornemann. Wocher. Chevallier. et Hilgenfeldius qui confert Ep. ad Philad. § 10, *al* ἔγγιστα ἐκκλησίαι.

8. ὡς Θεοῦ γνώμην κεκτημένος,] Smith. *utpote perspecto Dei consilio.* Cotel. *tanquam qui sententiae Dei compos sis.* Wakius, *as being instructed in the will of God.* Ruchat. *comme sachant ce qui est agréable à Dieu.* Wocher. *so wirst du, der du den Sinn Gottes dir*

Digitized by Google

πεμπομένων, ἵνα δοξασθῆτε αἰωνίῳ ἔργῳ, ὡς ἄξιος ὤν.

Salutationes.

Ἀσπάζομαι πάντας ἐξ ὀνόματος, καὶ τὴν τοῦ Ἐπιτρόπου, σὺν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτῆς καὶ τῶν τέκνων· ἀσπάζομαι Ἄτταλον τὸν ἀγαπητόν μου· ἀσπάζομαι τὸν μέλλοντα καταξιοῦσθαι τοῦ εἰς Συρίαν πορεύεσθαι· ἔσται ἡ χάρις μετ' αὐτοῦ διὰ παντὸς, καὶ τοῦ πέμποντος αὐτὸν Πολυκάρπου. Ἐρρῶσθαι ὑμᾶς διὰ παντὸς ἐν Θεῷ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ εὔχομαι, ἐν ᾧ διαμείνητε ἐν ἑνότητι Θεοῦ καὶ ἐπισκοπῆ. Ἀσπάζο-

eigen gemacht hast. Cf. Ep. ad Eph. § 3.

1. *ἵνα δοξασθῆτε αἰωνίῳ ἔργῳ, ὡς ἄξιος ὤν.*] Ita haec distinguenda. Vetus enim Versio et novi Interpretes, male haec distinguendo, malum quoque effecere sensum. Frustra quoque fuere, qui locum hunc corrigere voluerunt. Locutio enim haec satis solemnis apud Graecos, neque ipsi Ignatio inusitata : ut qui, cum alibi, tum in initio Epist. ad Eph. dicat, *τὸ πολυαγάπητόν σου ὄνομα ὃ κέκτησθε, κ. τ. λ.* VOSSIUS. Smithus mallet *δοξασθῆς*, quod in textum admisit Reithmayr. Vide supra, p. 274 l. 1.

ib. *αἰωνίῳ ἔργῳ,*] Phrasis Oratoribus usitata. Hoc charitatis et benevolentiae Christianae officio longum duraturo, immo in aeternum celebrando. SMITH. Ruchatus, cui durior videtur haec locutio quam ut tolerari possit, reponit vel *ἐν αἰνῷ ἔργου*, vel *αἰνετῷ ἔργῳ*.

ib. *ὡς ἄξιος ὤν.*] Haec de S. Polycarpo intelligenda sunt, et non cum sequentibus conjungenda ; hoc enim non sinit S. Martyris humilitas et modestia. SMITH. Armenius legisse videtur *ὡς ἄξιοι ὄντες*. PETERMAN. Dresselius refingit *ὡς ἄξιον*.

3. *τὴν τοῦ Ἐπιτρόπου,*] Fortasse illius maritus erat aut mortuus aut absens. SMITH. Epitropi *viduam*, intelligunt Markland. et Ruchatus ; *uxorem*, Coteler. Hornemann. Holsten. Hefel. Wocher. et Wakius.

4. *σὺν ὅλῳ*] Cod. Laur. exhibet *συνόλῳ*. Ap. Aldrich. perperam omittitur articulus *τῷ*.

5. *ἀσπάζομαι——πορεύεσθαι·*] Syrus, ut e capite antecedenti ita etiam e cap. 8, unicam tantum sententiam in versionem suam transtulit. Quae addit, *loco mei, sicut praecepi tibi*, in Graeco non exstant, neque in Cod. Med. neque ap. Interpol. Syrus haec e suis addidisse videtur. Praeterea Curetonus, absque ullis argumentis, omnia, quae in versione Syriaca non leguntur, a falsario quodam posteriorum saeculorum addita contendit. Sed haec capp. 7, 8 adeo omni op-

Digitized by Google

aeterno opere. Ut dignus existens, saluto[f] omnes ex nomine; et eam quae Epitropi, cum domo tota ipsius et filiorum. Saluto Attalum[g] dilectum meum. Saluto futurum dignificari ad eundum in Syriam[h]: erit gratia cum ipso semper, et mittente ipsum Polycarpo[i]. Valere vos semper[k] in Deo nostro Jesu Christo oro; in quo permaneatis in

[f] *aeterno opere ut dignus existens. Saluto* C. C.
[g] *Athalum* C. C.
[h] *Siriam* C. C.
[i] *ipso Polycarpo* C. C.
[k] *Valete semper vos* C. C.

pugnatione haereticorum, omnique muneris episcopalis commendatione carent, ut causa, quod falsarius haec adjecerit, detegi non possit. Maxima porro injuria Curetonus affirmat, verba genuina, quae Syrus legerit, necnon narrationem Eusebii (Ignatium B. Polycarpo ecclesiam Antiochenam commendasse, H. E. iii 36,) falsario ad conficienda capp. 7, 8 ansam dedisse. Id nullo modo verisimile est. Curetonus denique et in eo erravit, quod capp. 7, 8 de electione novi Episcopi Antiochenorum verba fieri putet. Ignatius enim non de novo Episcopo, sed de legatis, a pluribus ecclesiis Antiochiam mittendis loquitur. HEFELIUS.

7. *ἔσται ἡ χάρις*] Ex versione antiqua, et vulgatis, ita legendum videtur: ut supra in contextu. Nisi forte Florentini Cod. lectio sit melior, [*ἡ χάρις μετ' αὐτοῦ διὰ παντὸς ἐν Θεῷ ἡμῶν*]. Supra enim dixit, concilium convocandum, ut statueretur quis in Syriam esset mittendus. Itaque penes Polycarpum solum non erat hujus rei arbitrium; quod tamen ex altera lectione consequi videtur. Sed sciendum, quod quamvis tales ab Ecclesiis et Presbyteriis ordinabantur, tamen ab Episcopis missi dicerentur, vel quod ipsi essent primi Presbyterorum, vel quod talium decretorum essent executores. Ita Polycarpus de hac ipsa re loquens inquit, *ὅπερ ποιήσω, ἐὰν λάβω καιρὸν εὔθετον, εἴτε ἐγώ, εἴτε ὃν πέμψω πρεσβεύσοντα καὶ περὶ ὑμῶν.* [ad Philipp. § 13.] Quae verba adprime conveniunt cum Ignatianis. Quoniam enim quaedam Ecclesiae miserant Episcopos suos Antiochiam, ut adparet ex Ep. ad Philad. eo adhuc incertus erat Polycarpus, utrum ipse eo mittendus esset, an vero alius quispiam Presbyter, sive Diaconus. VOSSIUS.

ib. *καὶ τοῦ πέμποντος*] Haec usque ad *ὑμᾶς διὰ παντός* in exscribendo praetermisit Vossius, ab homoioteleuto clausularum, uti videtur, deceptus.

9. *Ἰησοῦ Χριστῷ*] MSS. ιυ χυ.

10. *ἐπισκοπῇ.*] Sub cura et regimine unius Episcopi, nimirum vestri Polycarpi. Alloquitur jam universos istius urbis Christianos. Codd. Augustanus et Leicestrensis [Epp. Interpol.] habent *ἐπισκόπου*, et fortasse rectius. SMITH. Armenius legebat *ἐπισκόπου*, et sic Hefelius in ed. quarta. Kistius, *und durch Ihn verharren in der Einheit Gottes, und unter der bischöflichen Aufsicht.* Hor-

Digitized by Google

μαι Ἄλκην τὸ ποθητόν μου ὄνομα. Ἔρρωσθε ἐν Κυρίῳ.

nemannus ἐπισκοπῇ in contextu retinet, alteram autem lectionem interpretatur, *uniti cum Deo et Antistite.* Aliter prorsus Wakius, *continue in the unity and protection of God.* cum quo faciunt Chevallierius, Ruchatus, et Wocherus.

1. Ἄλκην] Idem nomen occurrit in Ep. ad Smyrn. § 13,

Digitized by Google

unitate Dei et visitatione. Saluto Alken, desideratum mihi nomen. Valete in Domino.

ubi vide notata, necnon in Mart. Polyc. § 17. In Ep. ad Smyrn. eadem adjungit, τὸ ποθητόν μου ὄνομα. Neque stylo neque indoli Ignatii incongruum erat in hoc nomine ludere; ἄλκην scilicet, *robur*, *fortitudinem desiderabat* ad martyrium subeundum.

ib. Ἔρρωσθε ἐν Κυρίῳ.] Subjicitur in Cod. MSto, ΠΡΟΣ ΠΟΛΥΚΑΡΠΟΝ.

Digitized by Google

Digitized by Google

S. IGNATII

QUAE FERUNTUR

FRAGMENTA.

Digitized by Google

I.

Βούλεσθε μαθεῖν οἷά τις ἐφθέγξατο, ἅγιός τις πρὸ ἡμῶν τῆς διαδοχῆς τῶν ἀποστόλων γενόμενος, ὃς καὶ μαρτυρίου ἠξίωτο; Δεικνὺς τούτου τοῦ λόγου τὸ φορτικὸν, τοιούτῳ ἐχρήσατο ὑποδείγματι· "Ὃν τρόπον ὁ "περιθεὶς ἑαυτῷ ἁλουργίδα βασιλικὴν, ἰδιώτης "τυγχάνων, αὐτός τε καὶ "οἱ αὐτῷ συνεργήσαντες "ὡς τύραννοι ἀναιροῦν"ται· οὕτως," ἔφη, "οἱ "τῇ δεσποτικῇ ἀποφάσει "χρησάμενοι, καὶ ἀνά"θεμα τῆς ἐκκλησίας "ποιήσαντες ἄνθρωπον, "εἰς παντελῆ ὄλεθρον "ἀπάγουσιν ἑαυτοὺς, τὴν "ἀξίαν τοῦ Υἱοῦ ἁφαρ"πάζοντες."

I.

Vultis discere, quid dixerit vir quidam sanctus, qui ante nos et de successione Apostolorum fuit, ac martyrio dignatus est? Ut hujus verbi molestiam indicaret, hoc usus exemplo est: "Quemadmodum "si quis, privatus cum "sit, regiam purpu"ream induerit, tum "ipse, tum commilito"nes ejus, quasi tyran"ni e medio tolluntur; "sic qui dominico ut"untur decreto, et ho"minem Ecclesiae ana"thema faciunt, in ex"tremam se perniciem "abducunt, dignitatem "Filii usurpantes."

Apud Chrysostom. Homil. de Anathemate, § 3, tom. i p. 693 C ed. Ben. Baronius, Ann. 382, § 52, censet Chrysostomum, memoriter loquentem, respexisse ad Ep. ad Smyrn. interpol. § 11, Εἰ γὰρ ὁ βασιλεῦσιν ἐπεγειρόμενος κ. τ. λ. Negat renuitque Tillemontius, *Mémoires*, xi 364. In Baronii sententiam concedit Montfauconius. Ignatio haec verba diserte abjudicant Gallandius, Prolegom. p. lviii, et Bunsenius, *Ignatius und seiner Zeit*, p. 14.

Digitized by Google

II.

Ἀνὴρ δέ τις ἅγιος εἶπέ τι, δοκοῦν εἶναι τολμηρὸν, πλὴν ἀλλ' ὅμως ἐφθέγξατο. Τί δὲ τοῦτό ἐστιν; "Οὐδὲ μαρτυρίου "αἷμα ταύτην δύνασθαι "ἐξαλείφειν τὴν ἁμαρ- "τίαν."

II.

Dixit autem sanctus quispiam vir quiddam, quod magnam prae se fert audaciam, sed tamen est elocutus. Quid hoc est autem? "Ne "quidem sanguinem "martyrii delere posse "hoc peccatum." [Schisma scil. de quo loquitur.]

Apud eundem Chrysostomum, Homil. xi in Epist. ad Ephes. tom. xi. p. 86 C.

Haec pridem legenti mihi incidebat, Chrysostomum nota forte habuisse quaedam S. Martyris Cypriani Scripta, ac respexisse ea quae Lib. de Oratione Dominica post medium habet verba: [p. 150 T ed. Fell.] "Discordans et dissidens "et pacem cum fratribus non habens, secundum quod "beatus Apostolus et Scriptura sancta testatur, nec si pro "nomine Christi occisus fuerit, crimen dissensionis fra- "ternae poterit evadere . . . . . Quale delictum est, quod "nec baptismo sanguinis potest ablui! quale crimen est, "quod martyrio non potest expiari!" Quibus gemina scripsit Epist. 52 ad Antonianum, [Ep. 55 ed. Fell. p. 114] et Lib. de Unitate Ecclesiae, non adeo multum ab initio. [p. 113 T ed. Fell.] Sed mutavi sententiam, ubi postea in Johannis Antiocheni Oratione in Donationes Monasteriorum Laicis factas, tom. i Monumentorum Ecclesiae Graecae Cotelerii, p. 176 et seq. legi: Τῷ δὲ Ἐκκλησίαν Θεοῦ σκανδαλίσαντι οὐδὲ μαρτυρίου αἷμα, κατὰ τὸν Θεοφόρον

9. *delere posse hoc peccatum.*] Hermas, Past. III ix 28, 'Qui- 'cunque propter nomen Domini 'passi sunt, honorati apud Do- 'minum habentur, et omnium 'eorum *deleta sunt delicta*, quia 'propter nomen Filii Dei mor- 'tem obierunt.'

Digitized by Google

Ἰγνάτιον, ἀρκεῖ εἰς συγχώρησιν. *Ei qui Ecclesiam Dei offenderit, neque martyrii sanguis, juxta Ignatium Theophorum, ad veniam sufficit.* Ignatii igitur esse hoc dictum nullus dubito; at unde petitum, an ex deperdita ad Antiochenos Epistola, aut alia quapiam, an potius ex Didascalia ejus nomini adscripta, cum ignarissimis me nescire fateor. GRABIUS. Rectius, ut opinor, Pearsonus censet Chrysostomum ad Cypriani respexisse locum. Vid. Vindic. I ix, p, 241 ed. Churton. Conf. Clem. Rom. § 54.

III, IV.

Τῷ Καίσαρι ὑποτάγητε, ἐν οἷς ἀκίνδυνος ἡ ὑποταγή.

Εὐεργεσία τοῖς ὑποδεεστέροις καὶ ἄρχειν ἑαυτῶν μὴ ἐπισταμένοις, τὸ δουλεύειν τοῖς κατ' ἐπιστήμην ἄρχουσιν.

III, IV.

Caesari subjecti estote in iis rebus, in quibus ei parere periculo caret.

Inferioribus et iis qui sibi ipsis imperare nesciunt, beneficii pars est, ut iis serviant qui recte et scite praesunt.

Apud Johannem Damascenum in Sacr. Parallel. Lit. α Tit. xxi. Ex ed. Paris. 1712, tom. ii p. 358 D.

Adi, si placet, Epist. ad Philadelph. interpol. § 4. GALLAND.

Hoc fragmentum exstat in spuria Epistola ad Antiochenos, § 11. Notandum tamen hic, quia neque Usserius, neque Cotelerius animadvertit, quod prior tantum periodus, *Caesari in his . . . . . periculo caret,* sit inde petita; posterior vero pars apud Damascenum, loc. cit. *Inferioribus* &c. ad alterum spectet auctorem, cujus nomen in margine Latinae Editionis Parallelorum Damasceni perperam est omissum; nam non solum nusquam in S. Ignatii Epistolis,

Digitized by Google

sive genuinis, sive spuriis, exstat; sed et in Cod. cxliii Barocc. fol. 227 p. 1, prior pars istius sententiae, tanquam S. Ignatii, sine posteriori legitur. GRABIUS, Spicil. Patt. ii p. 23.

Ad hanc sententiam respexit ineditus Actorum Ignatii scriptor, quum Trajanum Imp. ita affatum eum fuisse refert: *Τίνας δὲ ἡμῶν ἔγνως στάσιν καὶ πόλεμον ἀγαπῶντας; οὐχὶ δὲ ὑποτασσομένους ἄρχουσιν, ἐν οἷς ἀκίνδυνος ἡ ὑποταγή;* Quo spectat et Polycarpi illa professio in Smyrnensis Ecclesiae Epistola de illius martyrio, [§ 10] *Δεδιδάγμεθα ἀρχαῖς καὶ ἐξουσίαις ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τεταγμέναις τιμὴν κατὰ τὸ προσῆκον, τὴν μὴ βλάπτουσαν ἡμᾶς, ἀπονέμειν·* et illud in Constit. Apost. iv, [§ 13] *Πάσῃ βασιλείᾳ καὶ ἀρχῇ ὑποτάγητε ἐν οἷς ἀρέσκει Θεῷ.* USSER.

V.

Μόνους ἄνδρας τοὺς ὁμοζύγους εἶναι νομίστεον ταῖς γυναιξὶν, οἷς καὶ ἡνώθησαν κατὰ γνώμην Θεοῦ.

V.

Solos viros conjuges esse suos existiment mulieres, quibus et unitae sunt secundum consilium Dei.

Ibid. Lit. γ Tit. xvii p. 777 B.

Haec quoque, ni fallor, Johannes Damascenus deprompsit ex eadem spuria Ep. ad Antiochenos; legimus enim § 9, *Αἱ γυναῖκες τιμάτωσαν τοὺς ἄνδρας, ὡς σάρκα ἰδίαν· μηδὲ ἐξ ὀνόματος αὐτοὺς τολμάτωσαν καλεῖν· σωφρονιζέτωσαν δέ, μόνους ἄνδρας τοὺς ὁμοζύγους εἶναι νομίζουσαι, οἷς καὶ ἡνώθησαν κατὰ γνώμην Θεοῦ.*

19. *κατὰ γνώμην Θεοῦ.*] Ep. ad Polyc. § 5, *μετὰ γνώμης τοῦ Ἐπισκόπου.*

Digitized by Google

Ἰγνάτιον, ἀρκεῖ εἰς συγχώρησιν. *Ei qui Ecclesiam Dei offenderit, neque martyrii sanguis, juxta Ignatium Theophorum, ad veniam sufficit.* Ignatii igitur esse hoc dictum nullus dubito; at unde petitum, an ex deperdita ad Antiochenos Epistola, aut alia quapiam, an potius ex Didascalia ejus nomini adscripta, cum ignarissimis me nescire fateor. GRABIUS. Rectius, ut opinor, Pearsonus censet Chrysostomum ad Cypriani respexisse locum. Vid. Vindic. I ix, p, 241 ed. Churton. Conf. Clem. Rom. § 54.

III, IV.

Τῷ Καίσαρι ὑποτάγητε, ἐν οἷς ἀκίνδυνος ἡ ὑποταγή.

Εὐεργεσία τοῖς ὑποδεεστέροις καὶ ἄρχειν ἑαυτῶν μὴ ἐπισταμένοις, τὸ δουλεύειν τοῖς κατ' ἐπιστήμην ἄρχουσιν.

III, IV.

Caesari subjecti estote in iis rebus, in quibus ei parere periculo caret.

Inferioribus et iis qui sibi ipsis imperare nesciunt, beneficii pars est, ut iis serviant qui recte et scite praesunt.

Apud Johannem Damascenum in Sacr. Parallel. Lit. *a* Tit. xxi. Ex ed. Paris. 1712, tom. ii p. 358 D.

Adi, si placet, Epist. ad Philadelph. interpol. § 4. GALLAND.

Hoc fragmentum exstat in spuria Epistola ad Antiochenos, § 11. Notandum tamen hic, quia neque Usserius, neque Cotelerius animadvertit, quod prior tantum periodus, *Caesari in his . . . . . periculo caret,* sit inde petita; posterior vero pars apud Damascenum, loc. cit. *Inferioribus* &c. ad alterum spectet auctorem, cujus nomen in margine Latinae Editionis Parallelorum Damasceni perperam est omissum; nam non solum nusquam in S. Ignatii Epistolis,

Digitized by Google

sive genuinis, sive spuriis, exstat; sed et in Cod. cxliii Barocc. fol. 227 p. 1, prior pars istius sententiae, tanquam S. Ignatii, sine posteriori legitur. GRABIUS, Spicil. Patt. ii p. 23.

Ad hanc sententiam respexit ineditus Actorum Ignatii scriptor, quum Trajanum Imp. ita affatum eum fuisse refert: *Τίνας δὲ ἡμῶν ἔγνως στάσιν καὶ πόλεμον ἀγαπῶντας; οὐχὶ δὲ ὑποτασσομένους ἄρχουσιν, ἐν οἷς ἀκίνδυνος ἡ ὑποταγή;* Quo spectat et Polycarpi illa professio in Smyrnensis Ecclesiae Epistola de illius martyrio, [§ 10] *Δεδιδάγμεθα ἀρχαῖς καὶ ἐξουσίαις ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τεταγμέναις τιμὴν κατὰ τὸ προσῆκον, τὴν μὴ βλάπτουσαν ἡμᾶς, ἀπονέμειν·* et illud in Constit. Apost. iv, [§ 13] *Πάσῃ βασιλείᾳ καὶ ἀρχῇ ὑποτάγητε ἐν οἷς ἀρέσκει Θεῷ.* USSER.

V.

Μόνους ἄνδρας τοὺς ὁμοζύγους εἶναι νομίστεον ταῖς γυναιξὶν, οἷς καὶ ἡνώθησαν κατὰ γνώμην Θεοῦ.

V.

Solos viros conjuges esse suos existiment mulieres, quibus et unitae sunt secundum consilium Dei.

Ibid. Lit. γ Tit. xvii p. 777 B.

Haec quoque, ni fallor, Johannes Damascenus deprompsit ex eadem spuria Ep. ad Antiochenos; legimus enim § 9, *Αἱ γυναῖκες τιμάτωσαν τοὺς ἄνδρας, ὡς σάρκα ἰδίαν· μηδὲ ἐξ ὀνόματος αὐτοὺς τολμάτωσαν καλεῖν· σωφρονιζέτωσαν δέ, μόνους ἄνδρας τοὺς ὁμοζύγους εἶναι νομίζουσαι, οἷς καὶ ἡνώθησαν κατὰ γνώμην Θεοῦ.*

19. *κατὰ γνώμην Θεοῦ.*] Ep. ad Polyc. § 5, *μετὰ γνώμης τοῦ Ἐπισκόπου.*

Digitized by Google

VI.

Παρθενίας ζυγὸν μηδενὶ ἐπιτίθει· ἐπισφαλὲς γὰρ τὸ κτῆμα καὶ δυσφύλακτον, ὅταν κατ' ἀνάγκην γίνηται.

Τοῖς νέοις ἐπίτρεπε γαμεῖν, πρὶν διαφθαρῶσιν εἰς ἑταίρας.

VI.

Virginitatis jugum nemini impone. Periculosa quippe res est, et servatu difficilis, quando necessitate fit.

Junioribus ante matrimonium inire permitte, quam cum scortis corrumpantur.

10 Ibid. Lit. π Tit. x p. 642 C.

Haec Melissa perinde Ignatio tribuit; nec aliunde accipi potuerunt quam ex alterutra Epistola ad Polycarpum, quum tamen in neutra occurrant. Sed nec in Epistola ad Antiochenos, ad quam pertinere feruntur in Cod. Rupefu-
15 cald. LE QUIEN.

Haec in Latina Damasceni editione et Antonii Melissa Ignatii nomini adscripta sunt, haud expresso tamen, in quo exstiterint, tractatu. Ast in Graeco MS. Parallelorum Damasceni Codice Collegii Claromontani ea diserte ex
20 Epistola ad Antiochenos leguntur citata, teste Cotelerio in notis ad spuriam Ignatii ad Antiochenos Epistolam. Neque obstat, quod monita ista uni singulari personae, non toti Ecclesiae Antiochenae, data videantur. Potuit enim S. Martyr, digressione facta, Heroni, futuro in Epi-
25 scopatu Antiocheno successori, peculiaria quaedam praescribere observanda; sicut Paulus in Epist. ad Philipp. iv 3, Episcopo sive eximio Ecclesiae Philippensis membro seorsim scripsit: *Rogo et te, germane compar, adjuva illas,*

8. διαφθαρῶσιν εἰς] Cf. Aristoph. Nub. 779, et Eq. 889, οὐκ ἐς κόρακας ἀποφθερεῖ; Av. 916, κατὰ τί δεῦρ' ἀνεφθάρης; De simplici φθείρεσθαι vide sis Cardwell. ad Joseph. Bell. Jud. IV ix 4.

9. ἑταίρας.] Al. ἑτέρας.

Digitized by Google

quae mecum laboraverunt in Evangelio. Vix igitur dubito, recitatas duas sententias Ignatii germanas esse; quarum priori consona fuit vox Paphnutii in Concilio Nicaeno perorantis, *μὴ βαρὺν ζυγὸν ἐπιθεῖναι τοῖς ἱερωμένοις ἀνδράσι, non esse imponendum sacris personis grave hoc jugum,* apud Socratem, Lib. i Hist. Eccl. cap. 11. Posteriori respondet dictum Apostoli, I Timoth. v 14, et monitum parentibus datum Lib. iv Constit. Clementis, cap. 11, *Σπουδάζετε ὥρᾳ γάμου ζευγνύναι καὶ συναλλάσσειν αὐτά, ἵνα μή, τῆς ἡλικίας ἐν τῇ ἀκμῇ ζεούσης, ἔθη πορνοκόπα ἀποβῇ. Operam date ut cum ad tempus conjugio aptum pervenerint, eos* (liberos) *matrimonio jungatis ac copuletis, ne inter aetatem in flore suo ferventem mores scortatorum contrahant.* GRABIUS.

VII.

Χρὴ τὸν προεστῶτα ἀνεπίληπτον μελετᾶν καὶ ἀσκεῖσθαι βίου, καὶ μηδὲν ἀνεπιτήδευτον ἔχειν τῶν ἀρεσκόντων Θεῷ.

VII.

Digitized by Google

σεσθε οἰκοδομεῖσθαι εἰς τὴν δοθεῖσαν ὑμῖν πίστιν, ἥτις ἐστὶ μήτηρ πάντων ἡμῶν, ἐπακολουθούσης τῆς ἐλπίδος, προαγούσης τῆς ἀγάπης, τῆς εἰς Θεὸν καὶ Χριστὸν καὶ εἰς τὸν πλησίον. Ἐὰν γάρ τις τούτων ἐντὸς ᾖ, πεπλήρωκεν ἐντολὴν δικαιοσύνης· ὁ γὰρ ἔχων ἀγάπην μακράν ἐστι πάσης ἁμαρτίας.

Contra avaritiam. Officia conjugum mulierum et viduarum;

Δ'. Ἀρχὴ δὲ πάντων χαλεπῶν φιλαργυρία. Εἰδότες οὖν ὅτι "οὐδὲν εἰσηνέγκαμεν εἰς τὸν κόσμον," ἀλλ' "οὐδὲ ἐξενεγκεῖν τι" ἔχομεν, ὁπλισώμεθα τοῖς ὅπλοις τῆς δικαιοσύνης, καὶ διδάξωμεν ἑαυτοὺς πρῶτον, πορεύεσθαι ἐν τῇ ἐντολῇ τοῦ Κυρίου· ἔπειτα καὶ τὰς γυναῖκας ὑμῶν ἐν τῇ δοθείσῃ αὐταῖς πίστει καὶ ἀγάπῃ καὶ ἁγνείᾳ, (στεργούσας τοὺς ἑαυτῶν ἄνδρας ἐν πάσῃ ἀληθείᾳ, καὶ ἀγαπώσας πάντας ἐξ ἴσου ἐν πάσῃ ἐγκρατείᾳ,) καὶ τὰ τέκνα παιδεύειν τὴν παιδείαν τοῦ φόβου τοῦ Θεοῦ. Τὰς χήρας σωφρονούσας περὶ τὴν τοῦ Κυρίου πίστιν, ἐντυγχανούσας ἀδιαλεί-

144 l. 3, p. 166 l. 5, p. 194 l. 4.

1. *πίστιν, .. ἐλπίδος, .. ἀγάπης,*] Haec tria, quorum indolem ac nexum hic describit Polycarpus, saepius in S. S. conjunctim occurrunt. Cf. I Cor. xiii 12, Gal. v 5, 6, Col. i 4, 5, I Thess. i 3, 5, 8, Heb. vi 10—12.

2. *ἥτις ἐστὶ μήτηρ*] Mutuatus est Polycarpus verba Apostoli in Ep. ad Galat. iv 26. De hoc interea vocis *πάντων* apud Paulum interdum omissae firmamento silent Critici ad locum. ROUTH. Ita in Actis quoque S. Justini Philosophi et sociorum ejus: 'Quaesivit 'praefectus et ab Hierace, ubi-'nam gentium essent ejus pa-'rentes. Cui respondet Hierax: 'Verus pater noster Christus 'est, et mater fides, qua in ip-'sum credimus: terreni vero 'parentes mei mortui sunt.' Ruinart. Act. Sinc. Mart. p. 44. Roezlerus legendum conjicit, *μήτηρ πάντων καλῶν*, quippe quibus opposita habemus, *Ἀρχὴ δὲ πάντων χαλεπῶν* § 4.

ib. *ἡμῶν,*] Hanc Codicum L V P lectionem, post Halloixium et Aldrichium, pro *ὑμῶν* in textum recepit Routhius. Caeteri ut conjecturam in marginem relegaverunt.

3. *προαγούσης*] Cf. Ep. ad Hebraeos, vii 18, *Ἀθέτησις μὲν γὰρ γίνεται προαγούσης ἐντολῆς*, ad Tim. I i 18, *τὰς προαγούσας ἐπὶ σὲ προφητείας.*

Digitized by Google

ad quas deflectamini [x], ut possitis aedificari in fide quae data est vobis, quae est mater omnium nostrum [y], subsequente spe, praecedente dilectione, quae est in Deo, et in Christo, et in proximo. Si enim quis horum intrinsecus repletus fuerit mandatis justitiae, et habuerit dilectionem, longe est ab omni peccato.

IV. Principium autem omnium malorum est avaritia [z]. Scitote ergo, quia *nihil intulimus in hunc mundum, neque auferre possumus.* Armemur armis justitiae; et doceamus nosmet [a] ipsos primum, ambulare in mandatis Domini: et post hoc [b] etiam mulieres vestras, in fide quae data est eis, et dilectione, et castitate, amantes suos viros in omni veritate et charitate [c]; diligentes omnes aequaliter in omni continentia; et filios erudire in disciplina et timore Dei. Viduae [d] vero pudicae circa fidem Dei interpellent incessanter pro om-

[x] *deflectimini* F. S.
[y] *vestrorum* L.
Rom. xiii 10. Gal. v 14. 1 Tim. i 5.
1 Tim. vi 10.
[z] *avaritia est.* L.
1 Tim. vi 7. Eph. vi 11.
[a] *nos* L.
[b] *haec* L.
[c] *caritate* L.
[d] *Viduae—Dei* om. haec in L.

ib. *τῆς εἰς Θεὸν*] *τῆς πρὸς Θεὸν* Cod. Par.

4. *Ἐὰν γάρ τις*] Legendum videbatur *ἐὰν γάρ τις τούτων ἐντὸς ᾖ πλήρης, πεπλήρωκεν ἐ. δ.* quum vox *πλήρης* in sequente absorpta esset. Atque ita Anglicam versionem suam formasse cl. Cavium post vidi. ROUTH. Huic Viri venerandi conjecturae nescio an quodammodo patrocinari videatur Int. Vet. Halloixius interpretatur, *Si quis enim haec in se habuerit.* Ruchatus, *Car si quelqu'un est revêtu de ces vertus.* Sensum satis bonum praebet versio Cotelerii: *Si quis enim intra haec fuerit.* Haud prorsus absimilia habet Ignatius ad Eph. § 5.

7. *χαλεπῶν*] Infra, Polyc. Mart. § 11, *ἀπὸ τῶν χαλεπῶν ἐπὶ τὰ δίκαια.*

12. *τὰς γυναῖκας ὑμῶν*] Forte *ἡμῶν.* JUNIUS. Hanc conjecturam probant Smith. et Routhius. At Int. Vet. *ὑμῶν* tuetur; neque ullam varietatem praebent Codices.

13. *στεργούσας——ἐγκρατείᾳ,*] Parenthesin apponendam putavimus, ut *τὸ πορεύεσθαι, ambulare,* repetatur *ἀπὸ κοινοῦ* in priore membro; et infinitivum *παιδεύειν, erudire,* constet in posteriore. USSER. Conferatur Clem. Rom. i § 21. Ruchatus vertit *ἐν πάσῃ ἀληθείᾳ, avec une entière sincérité.*

15. *παιδεύειν*] scil. *διδάξωμεν ἑαυτούς.* HEFELIUS.

17. *περὶ τὴν τοῦ Κυρίου πίστιν,*] Ed. Aldrichiana, typographi

Digitized by Google

σεσθε οἰκοδομεῖσθαι εἰς τὴν δοθεῖσαν ὑμῖν πίστιν, ἥτις ἐστὶ μήτηρ πάντων ἡμῶν, ἐπακολουθούσης τῆς ἐλπίδος, προαγούσης τῆς ἀγάπης, τῆς εἰς Θεὸν καὶ Χριστὸν καὶ εἰς τὸν πλησίον. Ἐὰν γάρ τις τούτων ἐντὸς ᾖ, πεπλήρωκεν ἐντολὴν δικαιοσύνης· ὁ γὰρ ἔχων ἀγάπην μακράν ἐστι πάσης ἁμαρτίας.

Contra avaritiam. Officia conjugum mulierum et viduarum;

Δ'. Ἀρχὴ δὲ πάντων χαλεπῶν φιλαργυρία. Εἰδότες οὖν ὅτι "οὐδὲν εἰσηνέγκαμεν εἰς τὸν κόσμον," ἀλλ' "οὐδὲ ἐξενεγκεῖν τι" ἔχομεν, ὁπλισώμεθα τοῖς ὅπλοις τῆς δικαιοσύνης, καὶ διδάξωμεν ἑαυτοὺς πρῶτον, πορεύεσθαι ἐν τῇ ἐντολῇ τοῦ Κυρίου· ἔπειτα καὶ τὰς γυναῖκας ὑμῶν ἐν τῇ δοθείσῃ αὐταῖς πίστει καὶ ἀγάπῃ καὶ ἁγνείᾳ, (στεργούσας τοὺς ἑαυτῶν ἄνδρας ἐν πάσῃ ἀληθείᾳ, καὶ ἀγαπώσας πάντας ἐξ ἴσου ἐν πάσῃ ἐγκρατείᾳ,) καὶ τὰ τέκνα παιδεύειν τὴν παιδείαν τοῦ φόβου τοῦ Θεοῦ. Τὰς χήρας σωφρονούσας περὶ τὴν τοῦ Κυρίου πίστιν, ἐντυγχανούσας ἀδιαλεί-

144 l. 3, p. 166 l. 5, p. 194 l. 4.

1. *πίστιν, .. ἐλπίδος, .. ἀγάπης,*] Haec tria, quorum indolem ac nexum hic describit Polycarpus, saepius in S. S. conjunctim occurrunt. Cf. I Cor. xiii 12, Gal. v 5, 6, Col. i 4, 5, I Thess. i 3, 5, 8, Heb. vi 10—12.

2. *ἥτις ἐστὶ μήτηρ*] Mutuatus est Polycarpus verba Apostoli in Ep. ad Galat. iv 26. De hoc interea vocis *πάντων* apud Paulum interdum omissae firmamento silent Critici ad locum. ROUTH. Ita in Actis quoque S. Justini Philosophi et sociorum ejus: 'Quaesivit 'praefectus et ab Hierace, ubi-'nam gentium essent ejus pa-'rentes. Cui respondet Hierax: 'Verus pater noster Christus 'est, et mater fides, qua in ip-'sum credimus: terreni vero 'parentes mei mortui sunt.' Ruinart. Act. Sinc. Mart. p. 44. Roezlerus legendum conjicit, *μήτηρ πάντων καλῶν*, quippe quibus opposita habemus, *Ἀρχὴ δὲ πάντων χαλεπῶν* § 4.

ib. *ἡμῶν,*] Hanc Codicum L V P lectionem, post Halloixium et Aldrichium, pro *ὑμῶν* in textum recepit Routhius. Caeteri ut conjecturam in marginem relegaverunt.

3. *προαγούσης*] Cf. Ep. ad Hebraeos, vii 18, *Ἀθέτησις μὲν γὰρ γίνεται προαγούσης ἐντολῆς*, ad Tim. I i 18, *τὰς προαγούσας ἐπὶ σὲ προφητείας.*

Digitized by Google

ad quas deflectamini [x], ut possitis aedificari in fide quae data est vobis, quae est mater omnium nostrum [y], subsequente spe, praecedente dilectione, quae est in Deo, et in Christo, et in proximo. Si enim quis horum intrinsecus repletus fuerit mandatis justitiae, et habuerit dilectionem, longe est ab omni peccato.

[x] *deflectimini* F. S.
[y] *vestrorum* L.
Rom. xiii 10. Gal. v 14. 1 Tim. i 5.

IV. Principium autem omnium malorum est avaritia [z]. Scitote ergo, quia *nihil intulimus in hunc mundum, neque auferre possumus.* Armemur armis justitiae; et doceamus nosmet [a] ipsos primum, ambulare in mandatis Domini: et post hoc [b] etiam mulieres vestras, in fide quae data est eis, et dilectione, et castitate, amantes suos viros in omni veritate et charitate [c]; diligentes omnes aequaliter in omni continentia; et filios erudire in disciplina et timore Dei. Viduae [d] vero pudicae circa fidem Dei interpellent incessanter pro om-

1 Tim. vi 10.
[z] *avaritia est.* L.
1 Tim. vi 7. Eph. vi 11.
[a] *nos* L.
[b] *haec* L.
[c] *caritate* L.
[d] *Viduae—Dei* om. haec in L.

ib. *τῆς εἰς Θεὸν*] *τῆς πρὸς Θεὸν* Cod. Par.

4. *Ἐὰν γάρ τις*] Legendum videbatur *ἐὰν γάρ τις τούτων ἐντὸς ᾖ πλήρης, πεπλήρωκεν ἐ. δ.* quum vox *πλήρης* in sequente absorpta esset. Atque ita Anglicam versionem suam formasse cl. Cavium post vidi. ROUTH. Huic Viri venerandi conjecturae nescio an quodammodo patrocinari videatur Int. Vet. Halloixius interpretatur, *Si quis enim haec in se habuerit.* Ruchatus, *Car si quelqu'un est revêtu de ces vertus.* Sensum satis bonum praebet versio Cotelerii: *Si quis enim intra haec fuerit.* Haud prorsus absimilia habet Ignatius ad Eph. § 5.

7. *χαλεπῶν*] Infra, Polyc. Mart. § 11, *ἀπὸ τῶν χαλεπῶν ἐπὶ τὰ δίκαια.*

12. *τὰς γυναῖκας ὑμῶν*] Forte *ἡμῶν.* JUNIUS. Hanc conjecturam probant Smith. et Routhius. At Int. Vet. *ὑμῶν* tuetur; neque ullam varietatem praebent Codices.

13. *στεργούσας——ἐγκρατείᾳ,*] Parenthesin apponendam putavimus, ut *τὸ πορεύεσθαι, ambulare,* repetatur *ἀπὸ κοινοῦ* in priore membro; et infinitivum *παιδεύειν, erudire,* constet in posteriore. USSER. Conferatur Clem. Rom. i § 21. Ruchatus vertit *ἐν πάσῃ ἀληθείᾳ, avec une entière sincérité.*

15. *παιδεύειν*] scil. *διδάξωμεν ἑαυτούς.* HEFELIUS.

17. *περὶ τὴν τοῦ Κυρίου πίστιν,*] Ed. Aldrichiana, typographi

Digitized by Google

πτως περὶ πάντων, μακρὰν οὔσας πάσης διαβολῆς, καταλαλιᾶς, ψευδομαρτυρίας, φιλαργυρίας, καὶ παντὸς κακοῦ· γινωσκούσας ὅτι εἰσὶ θυσιαστήριον Θεοῦ, καὶ ὅτι πάντα μωμοσκοπεῖται, καὶ λέληθεν αὐτὸν οὐδὲν, οὔτε λογισμῶν, οὔτε ἐννοιῶν, οὔτε τι τῶν κρυπτῶν τῆς καρδίας.

Officia diaconorum, juniorum, virginum:

Ε'. Εἰδότες οὖν, ὅτι "Θεὸς οὐ μυκτηρίζεται," ὀφείλομεν ἀξίως τῆς ἐντολῆς αὐτοῦ καὶ δόξης περιπατεῖν. Ὁμοίως διάκονοι ἄμεμπτοι κατενώπιον αὐτοῦ τῆς δικαιοσύνης, ὡς Θεοῦ καὶ Χριστοῦ διακόνοι, καὶ οὐκ ἀνθρώπων· μὴ διαβόλοι, μὴ δίλογοι, ἀφιλάρ-

errore, articulum *την* omnino omittit. Vertit Cotel. *circa fidem Domini prudentes.* Wakius et Chevallier. *sober, as to what concerns the faith of the Lord.* Grassius, *à l'égard des veuves, qu'elles soient extrêmement reservées à juger des choses qui regardent la foi.* Int. Vet. sequitur Herzogius, *dass sie züchtig sein im Glauben an den Herrn*, quo quidem sensu plerique intelligunt *σωφρονεῖν* apud B. Paulum, Ep. ad Tit. ii 6. Cum Wakio et Chevall. facit Ruchatus, qui *τὰς χήρας* intelligit fuisse *Diaconissas*. Cf. Ign. Ep. ad Smyrn. § 13. S. Paul. ad Tit. ii 3, 4, *πρεσβύτιδας . . . ἵνα σωφρονίζωσι τὰς νέας*, et Rom. xii 3. *Σωφροσύνην* pro *castitate ea quae in matrimonio observatur* posuit Euripides in Medea, 634 ed. Porson. ad quam denotandam scriptoribus Ecclesiasticis hanc vocem saepissime fuisse usurpatam fuse docet Suicerus. Vid. Ep. ad Tim. I ii 15.

1. *διαβολῆς, καταλαλιᾶς,*] Recte distinguuntur *διαβολή* et *καταλαλιά*, ut diversa mentis et linguae vitia, in libris sacris et scriptis Ethnicorum. SMITH. Codd. L P *διαβολικῆς καταλαλιᾶς*, sicuti Int. Vet. legebat.

2. *φιλαργυρίας,*] D. Paulus ad Tim. I vi 10, *Ῥίζα γὰρ πάντων τῶν κακῶν ἐστὶν ἡ φιλαργυρία.*

3. *θυσιαστήριον*] Ita Codd. L V P, neque aliter Int. Vet. Sic Pseudo-Ignatius quoque in Ep. ad Tarsenses § 9, *τὰς ἐν σεμνότητι χήρας, ὡς θυσιαστήριον Θεοῦ.* Libb. impr. *θυσιαστήρια.* Sed *ναός* non *ναοί* habet D. Paulus, I Cor. iii 16, II Cor. vi 16. Cf. Tertull. ad Uxor. i 7. 'Vi-'duam adlegi in ordinem, nisi 'univiram, non concedit; *aram* 'enim *Dei* mundam proponi 'oportet.' Miror Herzogium non vidisse, quod monet Usserius, multo verisimilius esse Pseudo-Clementem in Const. Apost. ii 26, hanc comparationem viduarum cum altaribus a Polycarpo fuisse mutuatum, quam Patrem nostrum id ex Constitutionibus sumsisse.

4. *μωμοσκοπεῖται,*] Ita Cod. Vat. proculdubio recte. Ean-

Digitized by Google

nibus, elongantes se[e] ab omnibus diabolicis detractionibus, et falso testimonio, et ab omni malo; cognoscentes seipsas, quia sunt sacrarium Dei: quoniam omnia Deus prospicit, et nihil eum latet, neque cogitatio, neque conscientia, neque aliquod abditum cordis.

[e] *se elongantes* L.

Heb. iv 12, 13.

V. Scientes ergo[f] quia *Deus non deridetur*, debemus digne in mandatis ejus et gloria ambulare. Similiter Diaconi inculpabiles sint in conspectu justitiae ejus[g], sicut Dei et Christi ministri, et non hominum: non criminatores, neque detrac-

[f] *autem* F.S. Gal. vi 7.

[g] *ejus justitiae* L.

dem vocem inter duas lineas satis inepte divisam agnoscunt Codd. L et P, quorum ille μώμω—σκοπεῖται exhibet, μόμος orae libri adscripto, hic μόμος—σκοπεῖται. Sic omnino legendum dudum observarunt Usser. et Smith. quamquam et ipsi cum caeteris omnibus editoribus, si Routhium, qui S. Patrem ad Hebr. iv 12, 13 respexisse arbitratur, excipias, dant πάντα ἡμῶν σκοπεῖται. Vid. Script. Eccles. Opusc. i 24, et Rel. Sacr. i 422. Vocem μωμοσκοπεῖν usurpat Clemens Rom. Ep. i § 41.

5. οὔτε τι] Ittig. Aldrich. et Lemoynius cum Halloixio οὔτ' ἔτι. Male, ut visum Usserio, qui ex Salmasii apographo emendavit; cujus correctionem, a Marklando probatam, recepit Routhius. ὀύτέ τῖ exhibet Cod. V, οὔτέ ῖῖ L, οὔτέ τι P.

7. "Θεὸς οὐ μυκτηρίζεται,"] μοικτειρίζεται Codd. L V P.

8. καὶ δόξης] Wakius, Chevall. et Herzog. Int. Vet. secuti sunt. Aliter Ruchatus, *d'une manière qui convienne à son commandement, et à son sentiment;* et Grassius, *d'une manière digne de sa volonté et de ses préceptes.*

9. Ὁμοίως] *In the same manner the Deacons blameless before his righteousness, are Deacons of God and Christ, and not of men,* Curetonus, qui hunc locum ad οὐκ ἀνθρώπων· inter excerpta e Severo exhibet, p. 246. Conf. quae Diaconis praecepit Ignatius in Ep. ad Trall. § 2.

10. τῆς δικαιοσύνης,] Erit fortasse qui, cum Routhio, τῇ δικαιοσύνῃ malit, quod mihi quoque olim in mentem venit. Sed vulgatam tuetur Int. Vet. atque ἐν δικαιοσύνῃ S. Patrem dicturum fuisse arbitror, sicut D. Lucas i 75. B. Judas κατενώπιον τῆς δόξης αὐτοῦ habet in Epistola Catholica, vers. 24.

ib. ὡς Θεοῦ καὶ Χριστοῦ] Hanc Codd. L V P, atque Int. Vet. lectionem, in textum, pro Halloixii Θεοῦ ἐν Χριστῷ, a Routhio jam receptam, confirmat Syrus ap. Cureton. p. 246. Sic ad hujus capitis finem ὡς Θεῷ καὶ Χριστῷ.

11. μὴ δίλογοι,] Ita Codd. L

Digitized by Google

γυροι, ἐγκρατεῖς περὶ πάντα, εὔσπλαγχνοι, ἐπιμελεῖς, πορευόμενοι κατὰ τὴν ἀλήθειαν τοῦ Κυρίου, ὃς ἐγένετο διάκονος πάντων· ᾧ ἐὰν εὐαρεστήσωμεν ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, ἀπολημψόμεθα καὶ τὸν μέλλοντα, καθὼς ὑπέσχετο ἡμῖν ἐγεῖραι ἡμᾶς ἐκ νεκρῶν· καὶ ὅτι ἐὰν πολιτευσώμεθα ἀξίως αὐτοῦ, "καὶ συμβασιλεύσομεν" αὐτῷ, εἴγε πιστεύομεν. Ὁμοίως καὶ νεώτεροι ἄμεμπτοι ἐν πᾶσι, πρὸ παντὸς προνοοῦντες ἁγνείας, καὶ χαλιναγωγοῦντες ἑαυτοὺς ἀπὸ παντὸς κακοῦ. Καλὸν γὰρ τὸ ἀνακόπτεσθαι ἀπὸ τῶν ἐπιθυμιῶν τῶν ἐν τῷ κόσμῳ· ὅτι πᾶσα ἐπιθυμία κατὰ τοῦ πνεύματος στρατεύεται· καὶ "οὔτε πόρνοι, οὔτε μαλακοὶ, οὔτε "ἀρσενοκοῖται βασιλείαν Θεοῦ κληρονομήσουσιν," οὔτε οἱ ποιοῦντες τὰ ἄτοπα. Διὸ δέον ἀπέχεσθαι ἀπὸ πάντων τούτων, ὑποτασσομένους τοῖς πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις, ὡς Θεῷ καὶ Χριστῷ· τὰς

V P, pressius ad verba B. Pauli I ad Tim. iii 8 quam *δίγλωσσοι*, quod habent Libb. impr. *ἐγκρατεῖς περὶ πάντα*, male vertit Int. Vet. Melius Halloix. et Cotel. *continentes in omnibus.*

2. *ὃς ἐγένετο*] Sic cum Codd. Coteler. Ittig. Aldrich. et Hefelius. Caeteri *ἐγίνετο*, quod dederat Halloixius.

4. *καὶ τὸν μέλλοντα,*] Int. Vet. legisse videtur *τὰ μέλλοντα.*

5. *πολιτευσώμεθα ἀξίως*] Sic D. Paulus ad Philipp. i 27, *Μόνον ἀξίως τοῦ εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ πολιτεύεσθε.* Cf. iii 20, et Polycratis Fragm. ap. Routh. Rel. Sacr. ii pp. 14, 15.

6. *συμβασιλεύσομεν"*] Sic cum Int. Vet. legendum vidit Routhius, et sic Codd. L et P. Cod. Vat. *συμβασιλεύσωμεν* ut in Libb. impr.

8. *προνοοῦντες ἁγνείας,*] Hoc est, *Juvenes ante omnia debent esse de castitate et pudicitia maxime solliciti.* Vet. Int. *omnem ignorantiam praevidentes:* quasi in suo codice legisset *ἀγνοίας*: prorsus male. Exemplar Salmasianum habet, *πρὸς πάντα προγνοοῦντες.* Dubito, an recte exscriptum. SMITH. Vocem *χαλιναγωγεῖν* bis usurpat D. Jacobus, i 26, iii 2.

10. *ἀνακόπτεσθαι*] Sic cum Usser. Ittig. et Lemoynio dedi ex Codd. L V P, et sic legebat Int. Vet. Sic Herzogius quoque in versione sua, *denn gut ist es abgeschnitten zu sein von allen Begierden in der Welt.* Cotel. Aldrich. Smith. Routh. et Hefelius, post edit. principem, praebent *ἀνακόπτεσθαι*, quod Halloixius *absistere*

Digitized by Google

tores, neque avari; sed omnia tolerantes, in omnibus misericordes, diligentes in omnibus, ambulantes in veritate Domini, qui factus est minister omnium: cui si complaceamus[h] in hoc saeculo, percipiemus ea quae futura sunt, secundum quod repromisit[i] resuscitare nos a mortuis: et si digne eo[k] conversati fuerimus, et si crediderimus, *conregnabimus cum eo.* Juvenes similiter inculpabiles sint in omnibus; omnem ignorantiam praevidentes[l], refrenantes se ab omni malo. Bonum est enim abscindi[m] ab omnibus concupiscentiis mundi[n]: quoniam omnis *concupiscentia adversus spiritum militat:* quia *neque fornicarii, neque molles, neque masculorum concubitores regnum Dei possidebunt,* neque illicita facientes. Propter[o] quod abstineri oportet ab omnibus his. Subjecti estote Presbyteris et Diaconis, sicut Deo et Chri-

S. Matt. xx 28.
h *Huic si placemus* Fab. Stap.
i *promisit* L. S. Johan. v 25, vi 40.
k *in eo* F.S. 2 Tim. ii 12. Apoc. iii 21.
l *providentes* F. S.
m *abscidi* F. S.
n *mundi* deest F. S. 1 Pet. ii 11. 1 Cor. vi 9, 10.
o *Propterea* L.

interpretatur, Aldrichius *declinare*, Cotel. *separari*. Melius Smithus, *emergere et sursum quasi ex aquis attolli*. Ἀνακόπτεσθαι, *retundi, inhiberi, impediri*, vel in voce media, *seipsum arcere*. Sensu eodem D. Paulus usurpat ἐγκόπτειν in Ep. ad Galat. v 7, ubi alteram lectionem ἀνέκοψε tuetur et illustrat Krebsius, Obss. in Nov. Test. e Josepho, p. 323.

ib. ἀπὸ τῶν ἐπιθυμιῶν τῶν] Articulum post ἐπιθυμιῶν addidi e Codice Vaticano.

12. οὔτε πόρνοι κ. τ. λ.] Cf. οἰκοφθόροι in Ign. Ep. ad Eph. § 16.

14. τὰ ἄτοπα.] Sic LXX Job. xxxiv 12, Οἶει δὲ τὸν Κύριον ἄτοπα ποιῆσειν; xxvii 6, Οὐ γὰρ σύνοιδα ἐμαυτῷ ἄτοπα πράξας. Sic S. Lucas quoque, xxiii 41, οὐδὲν ἄτοπον ἔπραξεν. Concil. Ephes. Can. 5, Ὅσοι δὲ ἐπὶ ἀτόποις πράξεσι κατεκρίθησαν ap. Routh. Script. Eccles. Opusc. 391. II Thess. iii 2, ἀπὸ τῶν ἀτόπων καὶ πονηρῶν ἀνθρώπων. Hesych. Ἄτοπα· πονηρά, αἰσχρά. Ἀτοπία, αἰσχρότης, πονηρία. Ἀτοπία, inquit Ernestius, *late patet, et omnem vitiositatem et perversitatem rerum, animorum &c. significat.* Schweigh. Lex. Polyb. v. Ἀτοπία.

15. τοῖς πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις,] Polycarpus Episcopi non facit mentionem, quippe qui, verecundia impeditus, eum nollet cohortari. Vide Rothium, *Anfänge*, p. 409 sq. HEFELIUS.

16. τὰς παρθένους] Plenam distinctionem Halloix. Usser. Lemoynius, Russel. et Routhius post Χριστῷ exhibent. Ego quidem cum Cotel. Ittig. et Smith. ita interpungendum duxi

Digitized by Google

παρθένους ἐν ἀμώμῳ καὶ ἁγνῇ συνειδήσει περιπατεῖν.

Presbyterorum. Officia communia.

5'. Καὶ οἱ πρεσβύτεροι δὲ εὔσπλαγχνοι, εἰς πάντας ἐλεήμονες, ἐπιστρέφοντες τὰ ἀποπεπλανημένα, ἐπισκεπτόμενοι πάντας ἀσθενεῖς, μὴ ἀμελοῦντες χήρας, ἢ ὀρφανοῦ, ἢ πένητος· ἀλλὰ προνοοῦντες ἀεὶ τοῦ καλοῦ ἐνώπιον Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἀπεχόμενοι πάσης ὀργῆς, προσωποληψίας, κρίσεως ἀδίκου· μακρὰν ὄντες πάσης φιλαργυρίας· μὴ ταχέως πιστεύοντες κατά τινος· μὴ ἀπότομοι ἐν κρίσει, εἰδότες ὅτι πάντες ὀφειλέται ἐσμὲν ἁμαρτίας. Εἰ οὖν δεόμεθα τοῦ Κυρίου, ἵνα ἡμῖν ἀφῇ, ὀφείλομεν καὶ ἡμεῖς ἀφιέναι· ἀπέναντι γὰρ τῶν τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ ἐσμὲν ὀφθαλμῶν, καὶ πάντας δεῖ παραστῆναι τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἕκαστον ὑπὲρ ἑαυτοῦ λόγον δοῦναι. Οὕτως οὖν δουλεύσωμεν αὐτῷ μετὰ φόβου καὶ πάσης εὐλαβείας, καθὼς αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ οἱ εὐαγγελισάμενοι ἡμᾶς ἀπόστολοι, καὶ οἱ προφῆται οἱ προκηρύξαντες τὴν ἔλευσιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν·

ut cerneret lector infinitivum *περιπατεῖν* ad *τὸ δέον* referendum esse. Nihil certe est quod, cum Junio, *παραγγέλλετε* desideremus, vel ex Int. Vet. Graecum ita corrigamus Αἱ *παρθένοι*..... *περιπατεῖτε*.

1. *ἁγνῇ συνειδήσει*] Cf. Clem. Rom. i §§ 2, 34, 42.

3. *εὔσπλαγχνοι*,] Hanc vocem Apostolicam, Eph. iv 32, 1 Pet. iii 8, infeliciter vertit Int. Vet. Neque melius Halloix. *pie affecti*. Recte Cotel. *ad misericordiam proni*, et Herzog. *barmherzig*. *Et*, quod ante *Presbyteri* deest, e Cod. L restitui.

4. *τὰ ἀποπεπλανημένα*,] Forte *τοὺς ἀποπεπλανημένους*. Nisi forte *πρόβατα* intelligatur, quod duriusculum videtur, quum statim sequitur *πάντας ἀσθενεῖς* in genere masculino. JUNIUS. Invenisse Vetus Interpres videtur *πάντας ἐπιστρέφοντες τοὺς ἀποπεπλανημένους*. ROUTH.

5. *χήρας, ἢ ὀρφανοῦ*,] Cf. Ignat. ad Smyrn. § 6, ad Polycarp. § 4. Lactant. Epit. § 65, 'Pupillis defensio, viduis tutela 'nostra non desit.' Hermas, Past. I ii 3, 'Grapte autem 'commonebit viduas et orphanos.' II viii 1, 'Viduis administrare, orphanos et pauperes non despicere.'

8. *προσωποληψίας*,] Hanc vocem non agnoscit Int. Vet.

Digitized by Google

sto. Virgines[p], immaculata et casta conscientia ambulate[q].

VI. Et Presbyteri simplices sint, in omnibus misericordes, omnes ab errore convertentes, omnes infirmos visitantes; viduas et[r] pupillos et pauperes non negligentes: sed semper *providentes bona coram Deo et hominibus.* Abstinete vos[s] ab omni iracundia, a judicio injusto: longe[t] ab omni avaritia estote. Non cito consentiatis adversus aliquem, ne praevaricemini[u] in judicio: scientes quia debitores sumus peccati. Si ergo deprecamur Dominum, ut nobis dimittat, debemus etiam nos dimittere. Ante conspectum enim[v] oculorum Domini sumus, et *omnes oportet astare*[x] *ante tribunal Christi*, et *unumquemque pro se rationem reddere.* Sic ergo serviamus ei[y] cum timore, et omni reverentia, secundum quod[z] evangelizaverunt nobis Apostoli Domini, et Prophetae annunciaverunt[a] adventum Domini nostri Jesu Christi:

[p] *Virgines autem* L.
[q] *ambulare* L. Ez. xxxiv 4. Heb. v 2.
[r] *et* deest Fab. Stap. Rom. xii 17. 2 Cor. viii 21.
[s] *vos* deest L.
[t] *longe estote* L.
[u] *praevaricemur* F.S. Luc. xiii 4. Matt. vi 12.
[v] *enim* deest F.S.
[x] *oportet nos astare* F.S. Rom. xiv 10, 12. 2 Cor. v 10.
[y] *Serviamus ergo ei* F.S.
[z] *quod si ergo* L.
[a] *annunciaverunt nobis* L. Act. vii 52.

10. *μὴ ἀπότομοι*] Recte Cotel. *non severi nimium.* Adjectivum nusquam in N. T. legitur. *ἀποτομία* habet B. Paulus, Ep. ad Rom. xi 22; *ἀποτόμως*, II ad Cor. xiii 10, ad Tit. i 13. Polybius XVII xi 2 de Graecorum legatis, *εἰσελθόντες εἰς τὴν σύγκλητον πάντες, κατηγόρουν ἀποτόμως τοῦ Φιλίππου.*

13. *τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ*] Significari videtur his verbis solus Christus. Apud Vet. tamen Int. voces *καὶ Θεοῦ* desunt. Interea in celebri loco Act. Apost. xx 28 praestant plurimi MSti, *ποιμαίνειν τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ, ἣν περιεποιήσατο διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος.* ROUTH. Clausula haec ab *ἀπέναντι γὰρ —λόγον δοῦναι.* in Cod. L ab Int. Lat. infra ponitur post *τὴν ἔλευσιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν.*

15. *ὑπὲρ ἑαυτοῦ*] *ὑπὲρ αὐτοῦ* Codd. L V P. Deest Int. Vet. post *secundum quod* l. 17 *ipse praecepit et:* vel tale quid.

18. *εὐαγγελισάμενοι ἡμᾶς*] *εὐαγγελισάμενοι ὑμᾶς* Codd. L V P. Smithi emendationem *ἡμῖν*, minime necessariam, in ed. sec. admissam, Hefelius in quarta repudiavit. Cf. Act. xiv 15, xvi 10. Hujus sententiae colorem e duobus S. Petri locis, I i 12, et II iii 2 sumtum esse docet Windischmannus, Vindic. Petrin. p. 25.

ib. *καὶ οἱ προφῆται*] *οἱ* om. Codd. L P. Vid. Ignat. ad Philad. § 5, et ad Smyrn. § 5. Cf. Eph. ii 20.

Digitized by Google

ζηλωταὶ περὶ τὸ καλὸν, ἀπεχόμενοι τῶν σκανδάλων καὶ τῶν ψευδαδέλφων, καὶ τῶν ἐν ὑποκρίσει φερόντων τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου, οἵτινες ἀποπλανῶσι κενοὺς ἀνθρώπους.

Antichristus, primogenitus Satanae. Falsi doctores vitandi. Orandum.

Ζ'. Πᾶς γὰρ, ὃς ἂν μὴ ὁμολογῇ Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθέναι, ἀντίχριστός ἐστι· καὶ ὃς ἂν μὴ ὁμολογῇ τὸ μαρτύριον τοῦ σταυροῦ, ἐκ τοῦ διαβόλου ἐστί· καὶ ὃς ἂν μεθοδεύῃ τὰ λόγια τοῦ Κυρίου πρὸς τὰς ἰδίας ἐπιθυμίας, καὶ λέγῃ μήτε ἀνάστασιν μήτε κρίσιν εἶναι, οὗτος πρωτότοκός ἐστι τοῦ Σατανᾶ. Διὸ ἀπολείποντες τὴν ματαιότητα τῶν πολλῶν, καὶ

1. τῶν σκανδάλων] Articulum agnoscunt Codd. L V P, omittunt Halloix. Cotel. Ittig. Lemoynius.

2. ψευδαδέλφων,] II Cor. xi 26, Galat. ii 4.

ib. ἐν ὑποκρίσει] Int. Vet. *qui in hypocrisim portant.* Forte, *in hypocrisi.* MS. Petavianus habet, *qui important nomen Domini.* Jac. Faber supplevit, *qui in vanum portant,* pro quo nos ex Magdal. MS. substituimus, *qui in hypocrisim,* vel *hypocrisi* potius, convenienter Graeco τῶν ἐν ὑποκρίσει. JUNIUS. Cf. Ignat. ad Eph. § 7, δόλῳ πονηρῷ τὸ ὄνομα περιφέρειν.

3. κενοὺς ἀνθρώπους.] Hermas, Past. II v 2, 'Evertit enim '(iracundia) *vacuos* et dubios.' xi 1, 'Applicat autem se dubiis 'et *vacuis.*'

5. Ἰησοῦν——ὁμολογῇ] His omissis Codd. L et P habent Πᾶς γὰρ ὃς ἂν μὴ ὁμολογῇ τὸ μαρτύριον τοῦ σταυροῦ. Docetas intelligit Ruchatus. Vide supra, p. 370 l. 4.

6. ἐληλυθέναι,] In Johannis Apostoli loco excitando, pro vulgata lectione ἐληλυθότα praestat cum aliis scriptoribus et codicibus ἐληλυθέναι Polycarpus, quod quidem signare ad N. Testamentum critici omiserunt. ROUTH. E memoria viri doctissimi excesserant verba Millii, Prolegom. § 286, "Ἐληλυ- " θέναι vetustissimi Cod. Vati- " cani est, ejusque quo usus est " Int. Vulgatus, nec dubito " quin autographum ipsum Jo- " hannis sic habuerit." Formam inauditam ἐληλυθῆναι, quae in editionem Usserianam, ex incuria, ni fallor, irrepserat, repetitam habes in Libb. impr. omnibus, si Clericum, Routh. Hefel. et Dresselium excipias.

7. τὸ μαρτύριον] *La verité de la Croix.* Grassius. *His suffering upon the cross,* Wakius, et Chevall. *das Leiden am Kreuze,* Herzog. Cui versioni patrocinantur Veteres Graecorum Theologi, Theodoretus scilicet et Theophylactus, qui τὸ μαρτύριον apud B. Paulum in I Tim. ii 6 ad τὸ πάθος τὸ σωτήριον re-

Digitized by Google

zelantes bona; abstinentes[b] vos a scandalis, et falsis fratribus, et[c] qui in hypocrisim portant nomen Domini, qui aberrare faciunt[d] inanes homines.

VII. *Omnis* enim *qui non confitetur Jesum*[e] *Christum in carne venisse, hic Antichristus est*; et qui non confitetur martyrium crucis, ex Diabolo est: et qui deviaverit eloquia Domini ad propria desideria, et dixerit neque resurrectionem, neque judicium esse, hic primogenitus est Satanae[f]. Propter quod relinquentes vanitatem[g] multorum,

[b] *abstinet a scandalis* F. S.
[c] *et deest* F. S.
[d] *in vanum —oberrant* Fab. Stap.
[e] *Hiesum* L.
[1] Joh. iv 3.
[f] *Satanae est.* F. S. *Sathanae* L.
[g] *vanitates* F. S.

tulerunt, et Photius, qui interpretatur τὸ μαρτύριον τοῦ Χριστοῦ ejusdem Apostoli, I Cor. i 6 τὸ ἐκούσιον καὶ τὸ σωτήριον πάθος. Vid. Suicer. in voce Μαρτύριον.

8. ὃς ἂν μεθοδεύῃ] *deflexerit* Halloix. *traduxerit* Cotel. *umwandelt* Herzog. *perverte* Chevallier. 'Isti quippe Simonis 'asseclae,' inquit Hammondus c. Blondell. Diss. I vii 4, 'γνώ-'σιν, i. e. Scripturae Sacrae 'mystice interpretandae faculta-'tem sibi arrogantes, multa 'Vet. Test. mysteria ad im-'puros usus suos accommoda-'bant. Vid. Epiphan. in Haer. 'Gnost.' De Critolao, Achaeos ad bellum concitante, Polybius XXXVIII iv 10 καὶ πολλὰ δή τινα πρὸς ταύτην τὴν ὑπόθεσιν ἐμπορεύων καὶ μεθοδευόμενος, ἐκίνει καὶ παρώξυνε τοὺς ὄχλους. Eustathius, p. 754, 21, a Lobeckio ad Soph. Aj. v 1299 indicatus, Ἰστέον δὲ ὅτι ἐντεῦθεν [Il. ί 327] ὁ Σοφοκλῆς μεθοδευθείς, ποιεῖ τὸν Τεῦκρον λέγοντα τῷ Ἀγαμέμνονι, ὅτι ὁ Αἴας διὰ τὴν αὐτοῦ γυναῖκα ἐν Τροίᾳ ἐμάχετο, κ. τ. λ. Alia dabit Dorvillius ad Charit. p. 594 ed. Reiske.

ib. τὰ λόγια] Vide Clem. Rom. I § 19, p. 84 l. 5.

9. μήτε κρίσιν εἶναι,] εἶναι om. Codd. L V P.

10. πρωτότοκός ἐστι τοῦ Σατανᾶ.] Ita S. Polycarpus appellavit Marcionem, quum se in conspectum ipsius protrusisset, ut illum salutaret ut fratrem et Christianae communionis socium orans, apud Iren. III iii, [4, p. 177 ed. Massuet.] ἐπιγίνωσκε ἡμᾶς. Cujus rei historiam Graece retulit Eusebius, H. E. iv 14, ἐπιγινώσκω τὸν πρωτότοκον τοῦ Σατανᾶ. SMITH. Elymam Magum υἱὸν διαβόλου B. Paulus, Act. xiii 10, et Simonem Magum (primitivorum haereticorum parentem) τὸν πρωτότοκον αὐτοῦ υἱὸν appellat Ignatianae ad Trall. Epistolae Interpolator. USSER. Cf. S. Johan. viii 44, Ὑμεῖς ἐκ πατρὸς τοῦ διαβόλου ἐστέ, κ. τ. λ.

11. ἀπολείποντες] Ita Codd. L V P, non ἀπολιπόντες, ut dedit Halloixius, in cujus libro legitur ex incuria typographi ἐπιστρέψαμεν. Hefelio Polycarpus respexisse videtur Clem. Rom. i § 7.

Digitized by Google

τὰς ψευδοδιδασκαλίας, ἐπὶ τὸν ἐξ ἀρχῆς ἡμῖν παραδοθέντα λόγον ἐπιστρέψωμεν, νήφοντες πρὸς τὰς εὐχὰς, καὶ προσκαρτεροῦντες νηστείαις· δεήσεσιν αἰτούμενοι τὸν παντεπόπτην Θεὸν μὴ εἰσενεγκεῖν ἡμᾶς εἰς πειρασμὸν, καθὼς εἶπεν ὁ Κύριος· "τὸ μὲν "πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής."

Ad perseverantiam hortatur: item ad patientiam, proposito Christi exemplo.

Η'. Ἀδιαλείπτως οὖν προσκαρτερῶμεν τῇ ἐλπίδι ἡμῶν, καὶ τῷ ἀρραβῶνι τῆς δικαιοσύνης ἡμῶν, ὅς ἐστι Χριστὸς Ἰησοῦς, "ὃς ἀνήνεγκεν ἡμῶν τὰς "ἁμαρτίας τῷ ἰδίῳ σώματι ἐπὶ τὸ ξύλον·" "ὃς "ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ "στόματι αὐτοῦ·" ἀλλὰ δι' ἡμᾶς, ἵνα ζήσωμεν ἐν αὐτῷ, πάντα ὑπέμεινε. Μιμηταὶ οὖν γενώμεθα τῆς ὑπομονῆς αὐτοῦ· καὶ ἐὰν πάσχωμεν διὰ τὸ ὄνομα αὐτοῦ, δοξάζωμεν αὐτόν· τοῦτον γὰρ ἡμῖν τὸν ὑπογραμμὸν ἔθηκε δι' ἑαυτοῦ, καὶ ἡμεῖς τοῦτο ἐπιστεύσαμεν.

Eis item exemplum proponit non tantum Ignatii, Zo-

Θ'. Παρακαλῶ οὖν πάντας ὑμᾶς πειθαρχεῖν τῷ λόγῳ τῆς δικαιοσύνης, καὶ ἀσκεῖν πᾶσαν ὑπομονὴν, ἣν καὶ ἴδετε κατ' ὀφθαλμοὺς, οὐ μόνον ἐν τοῖς μακα-

ib. *τὴν ματαιότητα κ. τ. λ.*] Conf. supra § 2 p. 524 l. 16.

1. *παραδοθέντα*] Cf. Ep. S. Judae, 3, *τῇ ἅπαξ παραδοθείσῃ τοῖς ἁγίοις πίστει.*

2. *νήφοντες πρὸς τὰς εὐχὰς,*] Faber Stapulensis, *Sobrii simus, in orationibus jejunia tolerantes, et supplicationibus &c.*

3. *δεήσεσιν αἰτούμενοι*] Paullo aliter distinxit Halloixius, *προσκαρτεροῦντες νηστείαις, δεήσεσιν αἰτούμενοι κ. τ. λ.* Caeteri ad mentem Int. Vet. interpunxerunt.

4. *παντεπόπτην*] Recte in Latina versione, ubi ex oscitantia librarii ponitur *prosperatorem*, ex Cod. Magd. *perspectorem* substituit Usserius. SMITH. De hac voce temere judicavit Junius, vix ullum scriptorem ea usum fuisse praeter Clem. Rom. §§ 55, 58. Vide quae supra notavimus. Loca e Cyrillo et Clem. Alex. indicavit Suicerus in voce.

7. *τῇ ἐλπίδι ἡμῶν,*] Infeliciter Int. Vet. Melius Halloixius, *Indesinenter igitur adhaereamus spei nostrae et pignori justitiae nostrae.* Cf. Ignat.

Digitized by Google

et falsas doctrinas, ad illud quod traditum est nobis a principio verbum revertamur. Sobrii simus in orationibus, et jejunia tolerantes; supplicationibus petentes omnium perspectorem [h] Dominum, *ne nos inducat in tentationem:* secundum quod dixit Dominus; *Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.* 1 Pet. iv 7.

[h] *prosperatorem* F. S. Matt. vi 13, xxvi 41. Marc. xiv 38.

VIII. Indeficienter ergo [i] toleremus propter spem nostram et pignus justitiae, quod est Jesus Christus: *qui sustulit peccata nostra in corpore suo* [k] *super lignum: qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus;* sed propter nos omnia sustinuit, *ut vivamus in ipso.* Imitatores ergo efficiamur tolerantiae ejus: et si passi fuerimus pro nomine ejus, glorificemus eum. Hoc enim nobis indicium [l] posuit de seipso: et nos hoc credidimus.

[i] *autem* Fab. Stap.

[k] *suo* deest F. S. 1 Pet. ii 24, 22. 1 Joh. iv 9.

Act. v 41.

[l] *judicium* F. S.

IX. Rogo igitur vos omnes [m] insistere verbo justitiae et patientiae, quam et [n] oculata fide vi-

[m] *omnes vos* L. et F. S.

[n] *et* deest F. S.

Ep. ad Eph. § 1, *ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ ὀνόματος καὶ ἐλπίδος.*

8. *τῷ ἀρραβῶνι*] Vox Paulina, II Cor. i 22, v 5, Eph. i 14.

13. *πάντα ὑπέμεινε.*] Cf. Ignat. Ep. ad Polyc. § 3, *τὸν κατὰ πάντα τρόπον δι' ἡμᾶς ὑπομείναντα.*

ib. *τῆς ὑπομονῆς αὐτοῦ*] Desideratur in Codd. L V P *αὐτοῦ.*

14. *διὰ τὸ ὄνομα*] S. Johan. Ep. iii 7 *ὑπὲρ γὰρ τοῦ ὀνόματος ἐξῆλθον.* Cf. Ignat. Ep. ad Eph. § 7, ad Smyrn. § 11.

15. *δοξάζωμεν*] Ita Lemoynius et Routh. Caeteri *δοξάζομεν.* Lectionem quam e Cod. Laur. admisi, tuetur Int. Vet. neque aliam, teste Usserio, habuit MS. Salmasii.

16. *ὑπογραμμὸν*] Hanc vocem a S. Petro Ep. I ii 21 adhibitam, non semel usurpat Clemens Rom. Vide notata ad Ep. i § 5, p. 30 l. 2.

ib. *τοῦτο ἐπιστεύσαμεν.*] Lege *τούτῳ*, vel si retineatur *τοῦτο*, subintellige *εἶναι.* SMITH. Haud favet quidem mutationi Int. Vetus: ad oram tamen exempli mei Aldrichianae edit. vir cl. Marklandus manu sua *τούτῳ* rescripsit. ROUTH.

18. *Παρακαλῶ*] Totus hic locus usque ad *ἀναστάντα*, est ab Eusebio prolatus, H. E. iii 36.

19. *καὶ ἀσκεῖν*] Cod. Vat. praestat *καὶ ὑπομένειν πᾶσαν ὑπομονήν.*

20. *ἣν καὶ εἴδετε*] Sic Codd. L V P. Particulam *καί* non

Digitized by Google

simi, Rufi, sed etiam Pauli reliquorumque Apostolorum.

ρίοις Ἰγνατίῳ, καὶ Ζωσίμῳ, καὶ Ῥούφῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν ἄλλοις τοῖς ἐξ ὑμῶν, καὶ ἐν αὐτῷ Παύλῳ, καὶ τοῖς λοιποῖς ἀποστόλοις· πεπεισμένους, ὅτι οὗτοι πάντες οὐκ εἰς κενὸν ἔδραμον, ἀλλ' ἐν πίστει καὶ δικαιοσύνῃ· καὶ ὅτι εἰς τὸν ὀφειλόμενον αὐτοῖς τόπον εἰσὶ παρὰ τῷ Κυρίῳ, ᾧ καὶ συνέπαθον· οὐ γὰρ τὸν νῦν ἠγάπησαν αἰῶνα, ἀλλὰ τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντα, καὶ δι' ἡμᾶς ὑπὸ [τοῦ Θεοῦ ἀναστάντα.]

agnoscit Eusebius; ideoque, ni fallor, omiserunt eam Edd. ante Routhium, qui testatur Cod. Magd. tueri particulam *et*, quam nescit hujus Interpretationis editio princeps. Apud Eusebium legitur εἴδετε, idemque praestant Maderus et Lemoynius; sed huic lectioni adversatur cum Int. Vet. ut jam recte monuit Routhius, tum scriptura, quamvis mendosa, Cod. Vat. ἴδατε.

ib. μακαρίοις] Hi viri sancti de vita jam decesserant, ut videtur, antequam hanc epistolam scripsit S. Polycarpus. Vid. infra, Polyc. Mart. § 1.

1. Ζωσίμῳ, καὶ Ῥούφῳ,] Indicat Smithus Martyrologium Romanum ad xvii Decembris, ubi haec posita sunt. 'Philippis in 'Macedonia, natalis sanctorum 'martyrum Rufi et Zosimi; qui 'ex eo numero discipulorum 'fuerunt, per quos primitiva 'ecclesia in Judaeis et Graecis 'fundata est: de quorum etiam 'felici agone scribit S. Poly-'carpus in Epistola ad Philip-'penses.' p. 314 ed. Paris. an. 1584. ROUTH.

ib. ἀλλὰ καὶ ἐν ἄλλοις τοῖς ἐξ ὑμῶν,] Ita hodierna Polycarpi exemplaria et Eusebii. Sed ἡμῶν in Eusebii Cod. D. Savilii, et Nicephoro, et apographo Salmasii legi, notavit calamo in libri sui ora Usserius. Probabile est de sui temporis persecutione intelligendum esse Polycarpum, quanquam hic Apostolos etiam ipsos in exemplorum numero recensuerit. Ita illum si intelligamus, vel de suae Smyrnensis Ecclesiae martyribus loquitur, vel de illius ad quam scribit Philippensis. Si de suae, non aliam fuisse crediderim quam hanc Arrii, ut dixi, Antonini. Si de alia Ecclesiae Philippensis, illa quoque fuerit Ignatii martyrio coaeva, circiter annum Domini quem dixi cvii. DODWELL. Diss. Cypr. xi § 27.

2. τοῖς λοιποῖς ἀποστόλοις·] Cod. Vat. τοῖς ἄλλοις ἀποστόλοις.

3. πεπεισμένους,] Ita Codd. L V P, neque aliter Eusebius. Halloixius dederat πεπεισμένοι: correxit denique nescio quis πεπεισμένος, nisi haec emendatio debetur editionis Aldrichianae typographis. Dresselius Cod. Casan. lectionem πεπεισμένων unice genuinam putat. E voce Παρακαλῶ pendet constructio.

4. οὐκ εἰς κενὸν] Sic D. Paulus ad Galat. ii 2 μήπως εἰς κενὸν

Digitized by Google

distis, non solum in beatissimis illis Ignatio et [o] Zosimo et Rufo, sed et [p] in aliis qui ex vobis sunt, et in ipso [q] Paulo, et [r] caeteris Apostolis: confidentes [s] quia hi omnes non in vacuum cucurrerunt, sed in fide et justitia; et ad debitum sibi locum a [t] Domino, cui et compassi sunt, abierunt: quia non hoc saeculum dilexerunt; sed eum qui pro ipsis et pro nobis mortuus est, et a Deo resuscitatus.

[o] *his beatissimis, Ignatio scilicet* L.
[p] *et* deest Fab. Stap.
[q] *ipso* deest F. S.
[r] *et in ceteris* F. S.
[s] *Apostolis confidentes:* L.
[t] *cum* F.S.
1 Thess. v 10.

τρέχω, ἢ ἔδραμον, ad Philipp. ii 16 ὅτι οὐκ εἰς κενὸν ἔδραμον, οὐδὲ εἰς κενὸν ἐκοπίασα. Pro *non in vacuum* ap. Int. Vet. Codex Mediceus habet *non in vano*.

5. εἰς τὸν ὀφειλόμενον] Cf. Clem. Rom. i § 5. Post τόπον addendum censuerunt Junius et Guil. Burton. ἐπορεύθησαν καί. Smithus post αὐτοῖς interserere jubet πορευόμενοι. Sed nullius mutationis opus est, ut jam Routhius vidit, quum εἰς pro ἐν hic positum videatur. Vid. supra p. 448 l. 2. Consulendus omnino Heinichenius ad Euseb. H. E. ii 25 not. 16. Cf. supra notata p. 332 l. 5.

ib. παρὰ τῷ Κυρίῳ,] *Apud Dominum.* Halloix. Coteler. et sic Anglici Interpretes recentiores. Clementson. *with the Lord.* Chevallier. *in the presence of the Lord.* Sic etiam Herzogius, *bei dem Herrn.* Minus recte Cavius et Wakius, Int. Vet. ut videtur, secuti: *by the Lord.*

6. ἠγάπησαν αἰῶνα,] Cf. II Tim. iv 10, Δημᾶς γάρ με ἐγκατέλιπεν, ἀγαπήσας τὸν νῦν αἰῶνα.

7. τὸν ὑπὲρ ἡμῶν] Hic locus eodem modo legitur ap. Euseb. H. E. iii 36, Symeonem Metaphr. in Vita Ignatii, et Nicephorum iii 19. Rufinus tamen Eusebii, et Polycarpi vetus Interpres, *eum qui pro ipsis et pro nobis mortuus est*, hic reddidit: pro quo apud Adonem, Rufinianam versionem secutum, in libello de Festivitatibus Apostolorum (xv. Kal. Jan.) excusum reperitur, *qui pro ipsis et pro omnibus mortuus est.* USSER.

8. ὑπὸ [τοῦ Θεοῦ ἀναστάντα.] Post ὑπό, Graecum Salmasii deficit nos exemplar. τοῦ Θεοῦ ἀναστάντα, ex Eusebii et Nicephori citatione, hic supplevimus; licet passivum ἀναστανθέντα, et veteris nostri Interpretis auctoritas, qui *a Deo resuscitatus* vertit, et ipsa constructionis requirat ratio. Unde Metaphrastes ἀναστάντα in Graeco, et Rufinus *resurrexit* in suo ita retinuit Latino, ut illud, ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, *a Deo*, ut minus cum eo cohaerens, uterque praetermiserit. Actorum Ignatii scriptor anonymus Polycarpi locum hunc ita interpolatum nobis exhibuit, τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντα Χριστόν, τὸν μονογενῆ υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστάντα ἐπόθησαν. Ubi vetus Latinus eorumdem interpres tantum habet, *eum qui pro nobis mortuus est Christum, et a Deo resuscitatus.* USSER.

Digitized by Google

Desiderantur Graeca quae sequentibus respondeant, praeter pauca quae servavit Eusebius, vide p. 548 l. 15. Latina autem leguntur in Veteri Versione a Jacobo Fabro Stapulensi, anno 1498 Parisiis evulgata, ad calcem Opp. Dionysii Areop. et undecim Epistolarum Ignatii, in libro 'Theologia vivificans. Cibus solidus.' inscripto.

Varia officia inculcat, specialim constantiam.

X. In his ergo state, et Domini exemplar sequimini; firmi in fide et immutabiles, fraternitatis amatores, diligentes invicem, in veritate sociati, mansuetudinem Domini alterutri praestantes, nullum despicientes. Quum potestis benefacere, nolite differre: quia *eleemosyna de morte liberat.* Omnes vobis invicem subjecti estote; *conversationem vestram irreprehensibilem habentes in gentibus:* ut ex bonis [u] operibus vestris et vos laudem accipiatis, et Dominus in vobis non blasphemetur. Vae autem illi [x], per quem nomen Domini blasphematur.

Prov. iii 28. Tob. iv 11, xii 9. 1 Pet. v 5. 1 Pet. ii 12.

[u] *omnibus* L.

[x] *illi* om. L. Jacob. ii 7. Rom. ii 24.

Halloixius quoque verba uncinis inclusa ex Eusebio et Nicephoro supplevit. Galland. Dressel. et in edd. post primam Hefelius exhibent *ἀνασταθέντα.* Codd. MSti, nulla interposita distinctione, post *ὑπό* exhibent *τὸν λαὸν κενὸν* [i. e. *καινὸν*] *ἑτοιμάζων, ἐπιδείξῃ, ἐπὶ τῆς γῆς ὃν κ. τ. λ.* a quibus scilicet verbis incipiunt Barnabae quae Graece supersunt. Librarius ille, cujus sive errore sive oscitantia periit textus Polycarpi, Ep. Barnabae prosequitur usque ad benedictionem, cui in Cod. Vat. subjiciuntur, *Ἐπιστολὴ Βαρνάβα τοῦ ἀποστόλου, συνεκδήμου Παύλου τοῦ ἁγίου ἀποστόλου.* Codd. L et P descriptores haec posteriora sicuti priora Polycarpo tribuisse videntur.

1. exemplar] Vide not. ad Ignatii Ep. ad Smyrn. § 12.

2. fraternitatis amatores,] Cf. 1 Pet. ii 17, *τὴν ἀδελφότητα ἀγαπᾶτε.*

4. mansuetudinem Domini alterutri] Sic Halloix. et Faber. Stapulensis et sic Cod. L. Libb. impr. si Coteler. excipias, omittunt *Domini.* Pro *praestantes* Al. *praesentantes.*

5. nolite differre: quia *eleemosyna*] Halloix .. nolite differre. *Eleemosyna*... Hunc locum e libro Tobiae profert Cyprianus, Ep. 55 p. 110 ed. Fell. contra Novatianos agens.

7. *conversationem—habentes*] Faber Stapulensis *considerantes irreprehensibilem in gentibus.* Halloixius dederat *conversationem vestram inter gentes habentes bonam.* Mox, pro *ex bonis operibus*, Cod. L habet *ex omnibus operibus.*

11. nomen Domini blasphe-

Digitized by Google

Sobrietatem ergo docete omnes: in qua et vos conversamini.

XI. Nimis contristatus sum pro Valente, qui Presbyter factus est aliquando apud vos: quod sic ignoret is locum, qui datus est ei. Moneo itaque vos ut abstineatis ab avaritia, et sitis casti et veraces. Abstinete vos ab omni malo. Qui autem in his non potest se gubernare, quo modo alii pronunciat hoc? Si quis non abstinuerit se ab avaritia, ab idololatria coinquinabitur; et tanquam inter gentes judicabitur. Qui autem ignorant ju-

Valentis presbyteri defectionem luget: quem errantem ut in viam reducat Dominus, orat. Ab avaritia sibi caveant.

matur.] Cf. Ignat. ad Trall. § 8.

1. in qua] *in quam* Faber Stapulensis.

4. quod sic ignoret is] Pessime in Cod. L. et Fab. Stap. *quod sic ignoretis.*

6. ab avaritia,] *dass ihr euch enthaltet des Geizes,* Herzog. et Intt. Gallici. Wochero et Uhlhornio quoque pecunias in pauperum usus collatas Valens avertisse videtur, cujus facinoris uxor ejus particeps fuerat. Longe melius, ni fallor, Chevallier. *that ye abstain from concupiscence;* sequitur enim *casti.* Presbyter ille, uti recte monet Smithus, in flagitium *illiciti concubitus* videtur fuisse lapsus, licet uxorem habuisset: illam quoque ejusdem flagitii ream. Graecum sine dubio et hic et infra, *Si quis non abstinuerit se ab avaritia,* habuit πλεονεξίας. Verum sensum optime illustrat Suicerus e Clem. Alex. Strom. p. 464, [iii 12, p. 552 Potter.] ἡ πλεονεξία πορνεία λέγεται, τῇ αὐταρκείᾳ ἐναντιουμένη. 'Adulter ergo est πλεονέκτης, 'quia sua uxore non est con-'tentus, sed aliena sibi vendi-'cat. Atque ita hanc vocem 'accipiendam esse vult cl. Hein-'sius ad Eph. v 3, in voc. 'πλεονεξία.' Cur masculae Veneris usum cum Hammondo c. Blondell. p. 9 ubi Gnosticorum piacula nefanda recenset, intelligamus, equidem non video.

ib. et veraces.] *et* deest Fab. Stapulensi.

7. Abstinete vos ab omni malo.] Faber Stap. et Halloix. *Abstinete ab omni,* sicuti et mox infra, *Si quis non abstinuerit, &c.*

8. quo modo alii &c.] Cf. I Tim. iii 5, Εἰ δέ τις τοῦ ἰδίου οἴκου προστῆναι οὐκ οἶδε, πῶς ἐκκλησίας Θεοῦ ἐπιμελήσεται; *quo modo aliis* mallet Gallandius.

10. coinquinabitur;] Hermas, Past. II iii 1, "coinquinant "mandatum Domini," iv 1, "qui carnem suam coinqui-"nant." Vocem *incoinquinatus* usurpat Ignatii Int. Vet. ut exprimat ἄμωμος, Ep. ad Magn. § 7, ad Trall. §§ 1, 13, ad Smyrn. Inscr.

11. Qui autem ignorant] Faber Stap. et Halloix. Quis ignorat ....*An nescitis quoniam Sancti de hoc mundo judicabunt?* qui-

Digitized by Google

1 Cor. vi 2. dicium Domini? *An nescimus, quia sancti mundum judicabunt?* sicut Paulus docet. Ego autem
Heb. vi 9. nihil[y] tale sensi in vobis, vel audivi, in quibus
[y] *nichil* Fab. Stap. laboravit beatus Paulus; qui estis in principio
Phil. i 5 sq. Epistolae ejus. De vobis etenim gloriatur in om-
[z] *quae solae tunc Dominum* L. nibus Ecclesiis, quae Deum solae tunc[z] cognoverant: nos autem nondum noveramus. Valde ergo, fratres, contristor pro illo et pro conjuge ejus: quibus det Dominus poenitentiam veram. Sobrii ergo estote et vos in hoc; et non sicut inimicos

bus verbis hic locus S. Pauli exhibetur in Versione Vulgata. Conferendus est Dionysius Alexandrinus in Ep. ad Fabium; *αὐτοὶ τοίνυν οἱ θεῖοι μάρτυρες παρ' ἡμῖν, οἱ νῦν τοῦ Χριστοῦ πάρεδροι, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ κοινωνοί, καὶ μέτοχοι τῆς κρίσεως αὐτοῦ καὶ συνδικάζοντες αὐτῷ, κ. τ. λ.* Euseb. H. E. vi 42.

2. sicut Paulus] Hic locus suspicionem praebet Crednero, quia scilicet Polycarpus, in locis ex Epistolis Apostolicis excitandis, nomen Scriptoris sacri quem adlegat, nunquam profert. *Beiträge zur Einleitung in die biblischen Schriften.* i p. 29.

ib. Ego autem nihil tale] Cf. Ignat. ad Magn. § 11, *οὐκ ἐπεὶ ἔγνων τινὰς ἐξ ὑμῶν οὕτως ἔχοντας*, ad Trall. § 8, *Οὐκ ἐπεὶ ἔγνων τοιοῦτόν τι ἐν ὑμῖν.*

4. qui estis] Supplere vult Smithus *laudati*, vel quippiam tale. Vide supra § 1. ROUTH. Chevallier. post Wakium, vertit, *who are named in the beginning of his Epistle.* Herzog. *wie ihr da geschildert seid im Anfange seines Briefes.*

7. nos autem] Per *nos*, Usserius *Polycarpum* ipsum intelligit. Rectius forsitan *Smyrnenses* Coteler. Smith. Ruchat. Cf. Act. xvi 6, 12, xix 2, 10.

8. pro conjuge ejus:] *pro* deest Fab. Stap. et Halloix. Nullum coelibatus votum a clericis tanquam ordinationis suae conditio in tribus prioribus saeculis requirebatur. Ad cleri coelibatum minime pertinent canones qui *συνεισάκτων* meminerunt, quo tamen referuntur a Pontificiis; uti docet Dodwellus, Diss. Cypr. iii 17. Chaeremon Nili Episcopus, una cum conjuge, tempore persecutionis fugit; Euseb. H. E. vi 42. Novatus presbyter erat Carthaginiensis illigatus conjugio; Cyprian. Ep. 52, p. 97 ed. Fell. Haec et alia exempla congessit Binghamius, Orig. Eccles. IV v 5, falsus in eo quod Pagium adlegat ut fatentem Cyprianum in matrimonio vixisse: Baronio enim Cyprianum conjugatum fuisse affirmanti contradicit Pagius, Crit. ad ann. 248, n. 4, tom. i p. 231, quem viri eruditissimi errorem notavit Grischovius.

9. veram.] Fab. Stap. et Halloix. *vestram.*

Digitized by Google

tales existimetis [a], sed sicut passibilia membra et errantia eos revocate; ut omnium vestrum corpus salvetis. Hoc enim agentes, vos ipsos aedificatis.

2 Thess. iii 15.

[a] *aestimetis* L.

1 Cor. xii 26.

Votum, et adhortatio ad precationem.

XII. Confido enim vos bene exercitatos esse in sacris literis, et nihil vos latet; mihi autem non est concessum modo. Ut his Scripturis dictum est; *Irascimini, et nolite peccare;* et, *Sol non occidat super iracundiam vestram.* Beatus qui meminerit: quod ego credo esse in vobis. Deus

Ps. iv 4. LXX.

Ephes. iv 26.

4. in sacris literis,] In utriusque Testamenti Scripturis, uti ex locis mox adlatis constat.

5. et nihil vos latet;] Comparat cl. Routhius I Ep. S. Johan. ii 20. Similia fere habet Ignatius, Ep. ad Ephes. § 14, Ὧν οὐδὲν λανθάνει ὑμᾶς.

ib. mihi autem non est concessum modo.] Supple, *graviter et indecore irasci*, vel *me nimis severum atrocemque adversus illos gerere.* Sed dubito, annon a scopo aberraverim. SMITH. Mihi sensus esse videtur: *vos librorum sacrorum scientia polletis, qua ego adhuc non gaudeo. Igitur, ut in his libris dictum est, nolite ita irasci, ut peccetis.* HEFELIUS. Halloixius: *latet; mihi autem non est concessum modo, ut his Scripturis dictum est:* Irascimini *&c.* Verba *mihi—modo* lunulis includit Faber Stapulensis. Routhio haec verba παρενθετικῶς posita esse videntur. Paullo aliter habentur in Cod. L, *non est concessum modo uti his Scripturis. Dictum est enim . . .* Haud absimile quid habet Hermas, Past. I ii 3, "illi "enim permissum est." Vulgatam vertit Chevall. post Wakium, *But at present it is not granted unto to me to practise that which is written . . .* Herzogius, *Denn mir ist es nicht zugetheilt worden, wie es in den Schriften steht: Zürnet ihr,* &c. Ruchatus, *il ne m'est pas seulement permis* (*de mettre en colère.*) Grassius, *pour moi, je ne suis point encore arrivé à ce degré d'intelligence.* Nihil horum mihi placet, neque meliorem explicationem ipse habeo; nisi si distinctionem poneremus post *concessum*, et *vos aedificare* ex verbis *vos ipsos aedificatis* ad finem § 11 subaudiremus, *mihi autem non est concessum* (*vos aedificare*). *Modo ut* &c. Sequitur p. 548 l. 3 *aedificet vos.* Hanc interpunctionem secuti sunt Hefel. et Dresselius cui post *Modo* praeceptum morale excidisse videtur.

8. qui meminerit:] sc. hujus Scripturae Sacrae *mandati.* Alii legunt: *crediderit.* HEFELIUS.

9. Deus autem &c.] Hujus loci usque ad *castitate*, l. 5 p. 548, versionem exhibet Curetonus inter excerpta e Severo, p. 246, iterumque p. 244, non ultra vocem *mansuetudine* prolati a Timotheo. Utrobique pro *Dei*

Digitized by Google

[b] *et* deest Fab. Stap.

[c] *in* om. L.

Act. viii 21.

[d] *Dominum nostrum et Deum* L. Gal. i 1. 1 Tim. ii 2.

S. Matt. v 44.

[e] *atque principibus et* L.

autem et Pater Domini nostri Jesu Christi, et [b] ipse sempiternus Pontifex, Dei Filius, Jesus Christus, aedificet vos in fide et veritate, et in [c] omni mansuetudine; et sine iracundia, et in patientia et longanimitate et tolerantia, et castitate: et det vobis sortem et partem inter sanctos suos; et nobis vobiscum, et omnibus qui sunt sub coelo, qui credituri sunt in Dominum nostrum [d] Jesum Christum, et in ipsius Patrem, *qui resuscitavit eum a mortuis.* Pro omnibus sanctis orate. Orate etiam pro regibus et potestatibus, et principibus, atque [e] pro persequentibus et odientibus vos, et pro inimicis crucis, ut fructus vester manifestus sit in omnibus, ut sitis in illo perfecti.

De Epistolis Ignatii, quas Philippensibus mittit Polycarpus.

ΙΓ'. Ἐγράψατέ μοι καὶ ὑμεῖς καὶ Ἰγνάτιος, ἵνα ἐάν τις ἀπέρχηται εἰς

XIII. Scripsistis mihi et vos et Ignatius, ut si quis [f] vadit ad Syriam,

[f] qui L.

Filius, Jesus Christus, legitur, *God Jesus Christ.*

3. in omni mansuetudine;] Praepositionem non agnoscit Halloixius. Abest a Cod. L, uti mox *et* ante *in patientia.*

5. et longanimitate] Faber Stap. *et in longanimitate.*

9. *a mortuis.*] Ultra has voces Polycarpum nihil addidisse pronuntiat Bunsenius in Epp. ad Neandrum, p. 109. Benedictionem autem B. Paulus interponit ad Rom. xv 33, neque ideo totum cap. xvi in suspicionem interpolationis cadit.

11. pro regibus] Ex his verbis Hilgenfeldius colligit Epistolam non esse scriptam ante A. D. 161, in quo M. Aurelius Antoninum Verum adoptavit, et hi primi duo Augusti appellati sunt. Spartian. Æl. Ver. § 5. At 1 Tim. ii 2, *ὑπὲρ βασιλέων*, pluralis non de duobus Imperatoribus principatum simul gerentibus, sed de Regibus universis intelligendus est.

12. pro inimicis crucis,] D. Paulus ad Philipp. iii 18, *τοὺς ἐχθροὺς τοῦ σταυροῦ τοῦ Χριστοῦ.*

15. Ἐγράψατέ——ἀπήκουσαν.] Habentur Graeca haec apud Eusebium, H. E. iii 36. Ignatii Fragmentum a Routhio, Script. Eccl. Opusc. tom. i p. 26 prolatum e Cod. MSto penes D. Thomam Phillips Baronettum, idem contigit mihi in Cod. MSto Bibliothecae Caesareo-Vindobonensis reperire. Verba habes supra, p. 518.

16. καὶ Ἰγνάτιος,] Vid. Ign. Ep. ad Polyc. § 8.

Digitized by Google

Συρίαν, καὶ τὰ παρ' ὑμῶν ἀποκομίσῃ γράμματα· ὅπερ ποιήσω, ἐὰν λάβω καιρὸν εὔθετον, εἴτε ἐγὼ, εἴτε ὃν πέμψω πρεσβεύσοντα καὶ περὶ ὑμῶν.

deferat literas meas, quas fecero ad vos; si habuerimus tempus opportunum, sive ego, seu [g] legatus quem misero pro vobis. Epistolas sane

[g] *sive* L.

1. Συρίαν,] sc. Antiochiam. Ignatius § 7 Polycarpo mandaverat, ut ipse legatum ad Ecclesiam Antiochenam mitteret ob pacem restitutam, et § 8 huic legato simul Epistolas aliarum Ecclesiarum gratulatorias traderet. Praeter hoc Ignatii mandatum Philippenses quoque ipsi Polycarpum precibus adierant, ut ipsorum Epistolam suo legato traderet ad Antiochenos perferendam. His votis se responsurum esse Polycarpus pollicetur. HEFELIUS.

ib. παρ' ὑμῶν] Pro ὑμῶν, in Nicephoro et quibusdam Eusebii exemplaribus, legitur ἡμῶν· quod et Rufinus secutus fuisse videtur, quum reddidit, *deferat litteras ad vos;* et Polycarpi Vet. Int. quum vertit, *deferat litteras meas quas fecero, ad vos:* ita enim illud, ὅπερ ποιήσω, exprimere volebat. Quod non animadvertens Jacobus Faber, *quas et dedero ad vos*, hic substituit; contra MSS fidem. Ubi tamen et nostrum hunc Polycarpi, et Eusebii interpretem Rufinum deceptum fuisse apparet, de litteris ad Philippenses deferendis ista accipientem, cum ad Antiochenos dandae litterae intelligantur; vel ab ipsis Philippensibus, si παρ' ὑμῶν, vel a Polycarpo et Smyrnaeis suis, si παρ' ἡμῶν hic legendum fuerit. Quod posterius ex Ignatii verbis illis, in Ep. ad Smyrn. [§ 11] firmamentum accipit. Ὁ ἐφάνη μοι ἄξιον, κ. τ. λ. USSER. Haec viri magni sunt; quae vero nihil cogunt ut ἡμῶν pro lectione recepta ὑμῶν, quod et Patricio Junio visum erat, substituatur. A nuntio Polycarpi litterae illae tam Philippensium, quam Smyrnaeorum deferri possent; id quod particula καί in verbis καὶ τὰ παρ' ὑμῶν et in sequentibus πρεσβεύσοντα καὶ περὶ ὑμῶν significare videtur. ROUTH.

2. ἀποκομίσῃ] τοὺς γοῦν τὰ γράμματα κομίζοντας. Chrysost. Ep. 17, tom. iii p. 606 ed. Ben. De Veteris Ecclesiae Tabellariis vide sis Fischeri de Θεοδρομοῖς Commentationem, cap. v § 4. Pro *quas fecero*, Faber. Stap. exhibet *quas et dedero.*

ib. ὅπερ ποιήσω,] Int. Vet. legisse videtur, ἅπερ. Mox pro πέμψω Eusebius habet πέμπω, uti monuit Junius. Locum ita interpretatur Halloixius, *ut si quis eat in Syriam, vestras etiam perferat literas. Quod equidem faciam, si tempus opportunum nactus fuero, sive egomet ipse, sive is quem mittam, &c.*

5. πέμψω] Apud Euseb. H. E. iii 32, πέμπω.

6. καὶ περὶ ὑμῶν.] τά pro καί legendum monuit Marklandus, adposito S. Pauli ad Coloss. iv

Digitized by Google

Τὰς ἐπιστολὰς Ἰγνατίου τὰς πεμφθείσας ἡμῖν ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ἄλλας ὅσας εἴχομεν παρ' ἡμῖν, ἐπέμψαμεν ὑμῖν, καθὼς ἐνετείλασθε· αἵτινες ὑποτεταγμέναι εἰσὶ τῇ ἐπιστολῇ ταύτῃ· ἐξ ὧν μεγάλα ὠφεληθῆναι δυνήσεσθε. Περιέχουσι γὰρ πίστιν, καὶ ὑπομονὴν, καὶ πᾶσαν οἰκοδομὴν τὴν εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν ἀνήκουσαν.

Ignatii, quae transmissae sunt vobis ab eo[h], et alias, quantascunque apud nos habuimus, transmisimus vobis, secundum quod mandastis; quae sunt subjectae huic Epistolae: ex quibus magnus vobis erit profectus. Continent enim fidem, patientiam, et omnem aedificationem ad Dominum nostrum pertinentem.

[h] nobis Ad leo. Fab. Stap.

Et de ipso Ignatio, et de his[i] qui cum eo sunt, quod certius agnoveritis, significate.

[i] ipsis Stap.

8. Sed nihil hic mutandum videtur. ROUTH. Cf. Ignat. ad Smyrn. § 11, ad Polyc. § 7.

1. Τὰς ἐπιστολὰς] Designantur duae, una ad Polycarpum, altera ad Polycarpi seu Smyrnensem Ecclesiam. COTEL. Ad has duas Epistolas facillime hunc pluralem referri concedit Lipsius, p. 12; testimonium autem non admittit, quo una saltem Epistola, quae Syriace non exstat, defenditur. Bunsenius diserte confitetur hisce verbis indicari Epistolam Smyrnaeis inscriptam. *Ignatius und seiner Zeit.* p. 108.

2. τὰς πεμφθείσας ἡμῖν ὑπ' αὐτοῦ,] Ita locum hunc citant Eusebius, Nicephorus, et Graecus Actorum Ignatii scriptor anonymus: quam legitimam esse lectionem agnoscit etiam Baronius. In Versione *ab eo* (Graeco ὑπ' αὐτοῦ respondens) ex Magdalenensis Collegii exemplari restituimus: quod alii codices in *habeo* transmutarunt. USSER. Apud Int. Vet. corrige audacter cum Smitho *nobis*, quod exhibet Halloixius; Polycarpo scilicet, et Smyrnaeorum Ecclesiae.

3. καὶ ἄλλας] Vide nostram de Ignatii et Polycarpi Scriptis Dissertationem, cap. ii. USSER.

9. ὠφεληθῆναι] Anonymus Martyrii B. Ignatii descriptor legit ὠφεληθήσεσθε, quomodo et vetus Polycarpi Interpres reddidit. USSER. Faber Stap. *ex omnibus enim vobis magnus*, &c. Halloix. *quibus multum juvari poteritis.*

13. ἀνήκουσαν.] Vide supra, Ign. Ep. ad Smyrn. § 8, et Clem. Rom. i § 45.

14. Et de ipso Ignatio, ...

Digitized by Google

XIV. Haec vobis scripsi per Crescentem, quem in praesentem diem commendavi vobis, et nunc commendo. Conversatus est enim[k] nobiscum inculpabiliter: credo quia et[l] vobiscum similiter. Sororem autem ejus habebitis commendatam, quum venerit ad vos. Incolumes estote in Domino Jesu Christo. Gratia cum omnibus vobis[m]. Amen[n].

Crescentem et sororem ejus commendat.

[k] *enim* deest F. S.

[l] *et* deest F. S.

[m] *vestris* F. S.

[n] deest *Amen* in Cod. Laur.

significate.] Hujus ita in Bibliotheca sua, [Cod. cxxvi] de Polycarpi hac ad Philipp. Epist. agens, meminit Photius: Λέγει καὶ τὰς ἐπιστολὰς αὐτοῖς Ἰγνατίου τοῦ Θεοφόρου ἀπεσταλκέναι, καὶ αἰτεῖται ἀναδιδαχθῆναι παρ' αὐτῶν, εἴ τι περὶ ἐκείνου διακούσαιεν. In Halloixii tamen editione verba ista sunt omissa, quae docent eodem tempore, quo a Syria ad martyrium Romam abductus est Ignatius, scriptam a Polycarpo istam fuisse Epistolam, 'in qua,' inquit idem Halloixius, 'quum color et lineamenta, 'quibus eam Irenaeus, Euse- 'bius, et Photius describunt, 'reperiantur, quin ipsius Mar- 'tyris germana sit, dubitari non 'potest. Nam et forma fidei 'ejus, atque praedicatio verita- 'tis (quam Irenaeus inde posse 'addisci admonet) clare in ea 'elucet; et testimonia, quae 'illic citari e priore Petri Epi- 'stola Eusebius docet, multa 'comparent: et frequentes com- 'monitiones cum perspicuitate 'sermonis atque simplicitate, 'juxta Ecclesiasticam interpre- 'tandi formam, (quibus eam 'abundare Photius profitetur) 'passim sese offerunt et osten- 'tant: ita ut ad perfectam ejus 'recognitionem vix desiderari 'amplius quicquam possit.' USSER. De morte Ignatii Polycarpus jam certior factus erat § 9, sed circumstantias, dicta, &c, ut videtur, ignorabat. Postulat ergo a Philippensibus ut sibi significent, quidquid Ignatii mortem spectans iis esset cognitum. Graeca Καὶ περὶ αὐτοῦ Ἰγνατίου καὶ τῶν μετ' αὐτοῦ Interpres debebat reddere *qui cum eo erant.*

1. quem in praesentem diem commendavi] Hanc editionis principis et Fabri Stapulensis lectionem praetulimus, praeeunte cl. Routhio, qui suspicatur Polycarpum scripsisse ὃν μέχρι τοῦ παρόντος ὑμῖν συνέστηκα, καὶ νῦν συνίστημι. Vulgatam *in praesenti* exhibent Codd. Laur. et Magd. Vertunt Clementson. et Chevall. cum Wakio, *in the present Epistle.* Cavius, *hitherto.* Herzogius, *welchen ich für jetzt empfohlen habe.* Ruchatus, *que je vous ai déjà ci-devant recommandé.*

4. credo quia &c.] Cf. 1 Pet. v 12, τοῦ πιστοῦ ἀδελφοῦ, ὡς λογίζομαι. Rom. viii 18, λογίζομαι γὰρ ὅτι οὐκ ἄξια κ. τ. λ.

7. Gratia cum omnibus vobis.] Ita concluditur Epistola apud Halloixium; atque eadem est conclusio Epistolis ad Titum et ad Hebraeos. Vulgatam, quam retinet Hefelius, *Incolumes estote in Domino Jesu Christo, in gratia cum omnibus*

Digitized by Google

vestris, pressius quam clarius ita interpretatur Herzogius: *Gehabet euch wohl in unserm Herrn Jesu Christo, in der Gnade mit Allen den Eurigen.* Versiones vernaculae habent, *and His grace be with you all*, lectionem Codicis Petaviani, *et gratia ipsius cum omnibus vobis*, ab Usserio indicatam, secutae. Cod. Magdal. praestat, *omnibus nostris*. Ruchatus, *La grace de (notre) Seigneur Jésus-Christ soit avec vous, et avec tous ceux qui vous appartiennent.* Grassius, *Que le Seigneur vous conserve dans sa grace avec tous les vôtres.*

Digitized by Google

FRAGMENTA
QUINQUE
E RESPONSIONUM CAPITULIS,
S. POLYCARPO
ADSCRIPTIS;
VICTORIS EPISCOPI CAPUANI CATENAE IN IV EVANGELISTAS INSERTA.

Haec Fragmenta, 'non aspernanda' judice Bullo, Def. Fid. Nic. II iii 7, Feuardentius ad calcem annotationum suarum in Irenaei lib. iii cap. 3 apposuit, existimans ea ex variis Polycarpi Epistolis deprompta esse. Eadem Halloixius in Vit. Patt. Orient. i 532, Usserius post Martyrium Polycarpi, Freyius, ed. Ignat. &c p. 162, exhibuerunt. Jure scribit Cavius, 'an genuina sint, non sine ra-'tione dubitare licet.' Hist. Lit. i 47. Tentzelius ea excerpta esse e Διδασκαλίᾳ Polycarpiana suspicatur. Exercit. p. 164.

I.

MATTHAEUS Dominum dixisse testatur, quod Moyses scribit Adam locutum fuisse hoc modo: *Hoc nunc os ex ossibus meis, et caro ex carne mea: propter hoc relinquet homo patrem et matrem*, &c. Sed concordant Domini verba cum Moysi Matt. xix 5. Gen. ii 24.

6. VICTORIS] De tempore Victoris oscitat Cavius. "Cla-"ruit circa A. D. 545," Hist. Lit. i p. 523 ed. 1740. "La-"tine vertit Fragmenta Poly-"carpi circa A. D. 480," ibid. p. 47. A. D. 480 dat Feuardentius. 'Scriptor erat non adeo 'accuratus,' inquit Lemoynius, 'utpote qui Praefationem edi-'derit in Harmoniam Evange-'licam quam credidit esse Ta-'tiani, quum esset Ammonii.' Var. Sacr. Proleg.* 14.

15. e Διδασκαλίᾳ] De Patrum Διδασκαλίαις et Διδάχαις adeas sis Pfaffium, Irenaei Fragm. i notis illustrantem. pp. 11–19.

Digitized by Google

sermonibus ; qui Adam praebens officium inspiratione divina prophetavit, ipse a Moyse hoc dixisse refertur. Deus vero, qui per inspirationem divinam in corde Adam ista verba formavit, ipse Pater a Domino recte locutus fuisse refertur. Nam et Adam hanc prophetiam protulit : et Pater qui eum inspiravit, recte dicitur protulisse.

II.

IDEM, ad haec verba Christi, *Calicem meum bibetis*, &c. S. Matt. xx 23.

Per hujusmodi potum, significat passionem. Et
Act. xii 2. Jacobum quidem novissimum martyrio consummandum : fratrem vero ejus Johannem transiturum absque martyrio ; quamvis et afflictiones plurimas, et exsilia tolerarit : sed praeparatam martyrio mentem Christus martyrem judicavit. Nam Apo-
1 Cor. xv 31. stolus Paulus, *Quotidie*, inquit, *morior* ; dum impossibile sit quotidie mori hominem ea morte, qua semel vita haec finitur. Sed quoniam pro Evangelio ad mortem jugiter erat praeparatus, se mori quotidie sub ea significatione testatus est. Legitur

12. novissimum] Tillemontio, ii 635 n. 4, haec prorsus indigna Polycarpo videntur, quia scilicet Jacobus, Johannis frater, *primus* inter Apostolos pro Christo sanguinem fudisse perhibetur. Respondet Gallandius, interpretem legisse ἔσχατον, quam vocem obvio sensu accepit, quum vertere debuerit *primum*. Hesychius : Ἔσχατον· πρῶτον. Cf. Pindar. Nem. x 59, ab Abreschio indicatum.

21. Legitur &c.] Quin postremum hoc membrum aliena manu assutum sit, nequaquam dubito. Neque enim Polycarpus, qui omnia B. Johannis acta, tanquam ejus discipulus, vel videbat ipse, vel ex eo audiebat, vel ex comitibus addiscebat, scripsisset *Legitur*, quasi scilicet id non aliunde, quam ex libris sciret. HALLOIX. i p. 597. Gallandius putat hunc locum orae Cod. Graeci, quo usus est Victor, additum fuisse e Tertulliano, de Praescr. § 36, vel ex Hieronymo, adv. Jovin. i 26. De Apostoli in oleum fervens demersione nihil sciebant Eusebius, Demonstr. Evang. iii 3, p. 116 c, et Origenes in S. Matt. tom. xvi § 6.

Digitized by Google

et in dolio ferventis olei, pro nomine Christi, beatus Johannes fuisse demersus.

III.

IDEM, de initio Evangelii secundum S. Marcum.

Rationabiliter Evangelistae principiis diversis utuntur, quamvis una eademque evangelizandi eorum probetur intentio. Matthaeus, ut Hebraeis scribens, genealogiae Christi ordinem texuit, ut ostenderet, ab ea Christum descendisse progenie, de qua eum nasciturum universi Prophetae cecinerant. Johannes autem ad Ephesum constitutus, qui Legem tanquam ex Gentibus ignorabant, a causa nostrae redemtionis Evangelii sumsit exordium: quae causa ex eo apparet, quod Filium suum Deus pro nostra salute voluit incarnari. Lucas vero a Zachariae sacerdotio incipit, ut ejus filii miraculo nativitatis, et tanti praedicatoris officio, Divinitatem Christi Gentibus declararet. Unde et Marcus antiqua prophetici mysterii competentia adventui Christi declarat: ut non nova, sed antiquitus prolata ejus praedicatio probaretur. Aut per hoc Evangelistis curae fuit, eo uti prooemio, quod unusquisque judicabat auditoribus expetere. Nihil ergo contrarium reperitur, ubi licet diversis scriptis, ad eamdem tamen patriam pervenitur.

IV.

IDEM, in illud, *Noli vocare amicos tuos, sed pauperes et debiles*, &c. S. Luc. xiv 12.

Praecipit, non amicos, sed infirmos quosque vocandos ad prandium. Quod si claudus aut quilibet eorum sit amicus, sine dubio talis pro amicitia minime est rogandus: unde ipsa quasi videntur

11. constitutus,] Forsitan *constitutis*. ROUTH. Rel. Sacr. i 411.

Digitized by Google

se impugnare mandata. Nam si non amici, sed claudi et caeci sunt invitandi, ipsosque quoque amicos esse contingat, nequaquam rogare debemus. Sed amicos, arbitror, intelligi hoc loco debemus illos, quos pro mundi hujus terrena consideratione diligimus, non pro Divinae contemplationis intuitu. Hi sunt igitur amici relinquendi. Denique, ideo debilium exempla proposuit, quos pro nullius possumus appetere necessitate negotii, nisi tantum pro fructu retributionis aeternae.

V.

IDEM, in illud, *Opus consummavi, quod dedisti mihi ut faciam.* S. Johan. xvii 4.

Quomodo opus salutis humanae adimplesse commemorat, quum necdum crucis vexillum conscenderat? Sed definitione voluntatis, de qua cuncta venerandae passionis insignia adire decreverat, jure se opus perfecisse significat.

12. Hoc Fragmentum Grotius integrum exscribit Annot. in loc.

15. *conscenderat*] Ἀκυρολογία quaedam hic notari poterit. Nam *gestari* quidem vexillum crucis non semel audivimus; sed *conscensum* a Christo fuisse vexillum illud, nullibi adhuc invenimus. USSER. Ambrosius in Ps. cxviii Serm. 8, 'ascendens illud patibulum Dominus ... Christus qualis crucem ascenderit.' In Breviario Sarisburiensi, Antiph. Die S. Andreae, 'Antequam te ascenderet Dominus noster, O beata Crux.' In Officio Anastasimi, Antholog. Nov. σζ', Ἀνελήλυθας, τὰ πάθη μου θεραπεύσων, ἐπὶ σταυροῦ τῷ πάθει. ib. Ἀνῆλθες ἐν σταυρῷ δυναστείαν ζωσάμενος. σλε', Ἀνῆλθες ἐπὶ σταυροῦ Ἰησοῦ ὁ καταβὰς ἐξ οὐρανοῦ. Amalarius Fortunatus inscripsit cap. 25 lib. iii de Ecclesiasticis Officiis, 'De ascensione Christi in Crucem.'

Digitized by Google

MARTYRIUM

S. IGNATII.

Digitized by Google

PRAEFATIO

THOMAE SMITHI

IN

ACTA MARTYRII

S. IGNATII.

ACTA haec, quae recudi oportet, mihi quidem genuina et sincera plane videntur; licet fortasse, quod tamen vix affirmaverim, versus finem quippiam labis admistum habeant. Vetus autem Versio, quam edidit D. Usserius Armachanus ex Codice Caiensi, ut cuivis ex leviuscula collatione facile constare poterit, maxime convenit cum Graeco exemplari Colbertino. Utriusque mendis, quae passim irrepsere, sublatis, editionem, quum sibi invicem mutuam lucem foenerentur, longe integriorem jam damus. A familiaribus S. Ignatii, qui illum ab Antiochia Romam usque comitati sunt, et illius ultimo et maxime glorioso agoni interfuere, descripta fuisse, multa in ipsis Actis id testatissimum reddunt[a], et extra omne dubium ponunt; et quidem non longe post ipsius consummationem, et proximo, ut verisimillimum videtur, anno, dum res gestae cum totius itineris ratione in recenti fidelius inhaeserint memoria.

Illos autem fuisse Philonem et Agathopodem, quorum meminit sanctissimus Martyr in Epistolis ad Smyrnaeos et ad Philadelphenses, hunc Antiochenae, illum vero Tarsensis Ecclesiae Diaconum, vix a quoquam dubitari aut potest, aut debet. Quaedam autem a tertio Ignatianarum Epistolarum Collectore interserta et male addita fuisse affirmat D. Usserius, (consentiente postea D. Pearsono, qui illius

[a] Sect. 5, *ἡμεῖς μὲν ἄκοντες καίου γίνεσθαι.* et 6, *συναντῶμεν ἀπηγόμεθα, στένοντες ἐπὶ τῷ ἀφ' τοῖς ἀδελφοῖς.* et 7, *Τούτων αὐ- ἡμῶν μέλλοντι χωρισμῷ τοῦ δι- τόπται γενόμενοι.*

Digitized by Google

auctoritate nimium quantum abreptus, oculis suis licet perspicacissimis, illud non vidit, quod absque Graeci textus lumine vix esset videndum) ad id quidem leviusculis suspicionibus inductus; tum quod in altera versione Codicis Cottoniani, in qua multae absurdae et fabulosae narrationes contra fidem historiarum ex novitiis Actis interpolatis desumptae, et quae merito illum edidisse puduerit, continentur, abessent; tum quod in istis periochis velit Interpolatorem ad Epistolarum Ignatianarum Syllogen, tunc recens factam, respexisse. Sed manifestum est, tum alterum istum Interpretem, utpote nullius judicii, et fidei suae prodigum, maxime de historia S. Ignatii sollicitum, Epistolam ejusdem ad Romanos, quae necessario erat interponenda, inconsiderate admodum neglexisse, quasi ad ipsius propositum neutiquam attinuisset, (ut solent quandoque Interpretes, vel potius, quod dicendum videtur, Exscriptores, praefationes, aliaque in textu recte collocata, pro libidine sua omittere); tum suspicionem istam *de Literis praecedentibus*, quasi in isthac collectione simul positis (quum longe aliud per ista verba [§ iv] *διὰ τῶν ἡγουμένων*, h. e. *per Praefectos* sive *Episcopos*, intelligi debere, ex integro ante positae sectionis argumento clarissime liquet) ex mala interpunctione, et legendo *Literas appositas* pro *Literis appositis* (quem errorem facile inter festinandum admisit imperitus oscitansque librarius) utpote non alii fundamento innixam, ortum habuisse; quae ex Graeco textu ..... *ταῖς ἐκκλησίαις ταῖς ὑπαντησάσαις αὐτῷ διὰ τῶν Ἡγουμένων, γραμμάτων εὐχαριστῶν ἐκπεμφθέντων πρὸς αὐτὰς*, et restituta jam Latina Versione omnino diluitur. Nec tamen abnuerim, si quispiam dixerit, Interpretem nostrum, neglecta solita in vertendis ad literam Graecis diligentia, periocham hanc, juxta facilem debitamque verborum constructionem neutiquam ab ipso intellectam, mala et imperita versione corrupisse.

Mirae et putidae prorsus sunt exceptiones, quas adversus itineris rationem, hisce Actis recensitam, objiciunt osores Episcopalis hierarchiae, iniqui admodum, et hac ex parte parum ingenui adversarii. Iter vero istud hoc modo institutum erat, quod compendio describam. Primo An-

Digitized by Google

tiochia Seleuciam descendit S. Ignatius: illic nave conscensa Smyrnam navigavit: relicta Smyrna Troadem appulit: a Troade Neapolim navi abducebatur: hinc iter terrestre iniens, Philippos, urbem satis celebrem, pervenit, reliquamque Macedoniae partem, qua itur ad Epidamnum, pedes peragravit: hic reperta nave per Adriam in mare Tyrrhenum delatus, multasque insulas illic sitas, et civitates juxta littora, et praecipue Puteolos (quos maxime invisisse cupiebat, ut S. Pauli, illuc non longe post naufragium ex insula Melitensi transeuntis, sacra vestigia relegeret, si per saevas, quae hieme solent ingruere, tempestates licuisset) praetervectus, tandem ad Portum prope Ostiam appulit, et inde mox a militibus abreptus, alacer et cum gaudio, post tot labores terra marique exantlatos, Romam ducitur, laurea martyrii coronandus.

Frustra hic contra fidem Actorum objiciunt hi Censores tot tantasque hujus itineris circuitiones, quod nimirum longe rectiori breviorique cursu e Syria in Italiam esset navigandum: quasi fuisset in potestate S. Ignatii illud, prout lubebat, melius et commodius ordinasse; aut militibus, quorum curae erat traditus, sive imperata facere, sive pro arbitrio agere per hosce delicatos homines haud licuisset. Qualis autem est ista ingenii perversitas, ex malesano partium studio orta, si quispiam rei gestae historiam et veritatem frivolis quibusdam argutiis convulsum ire velit, hoc solo nomine, quum eam aliter fieri aut potuisse aut debuisse in animum inducat suum? praesertim quum circumstantiae rerum, quae universam, ex tot seculorum intervallo obductam, tollerent obscuritatem, sint incompertae, non certum, quo agebantur custodes isti, consilium vel conjectura assequi liceat. Isthoc saeculo non qualibet anni tempestate adeo facile aut crebro erat navigatum. Occasiones, prout sese obtulerint, captandae. Recta ad oras maritimas Syriae Seleuciam usque Antiochia abducitur S. Ignatius. Illic, ut par est credere, navis in anchoris stabat, Smyrnam versus, urbem nempe commerciis celeberrimam, post aliquantillum temporis solutura. Hanc conscendere coactus est S. Ignatius a militibus, qui, ut nostris Censoribus placet, navi conducta, procul relictis

Digitized by Google

Asiae Minoris littoribus, iter destinatum maturare debuissent. Inter Smyrnam et Troadem naviculae ultro citroque transibant: a Troade autem ad oras Macedoniae mari finitimas facilis frequensque erat trajectus: quod ex Actis Apostolorum et aliunde ex historiis istorum temporum satis constat. Quum vero naves Italiam directo itinere petituras reperire haud facile esset, quidni dixerim, illos hac mentis intentione et proposito Neapolim tetendisse, ut inde Macedoniam commodo suo peragrarent? Quod de reliquo itinere dici poterat, illos quasi aut necessitate compulsos, aut majoris commodi gratia ejusmodi viarum ambagibus usos fuisse. Nolo autem conjecturam hanc amplius venditare, adversus quam an quippiam solidi objici possit, dubito. Scio a quibusdam aliam longeque diversam laboriosae hujus circumgyrationis causam, aliudque consilium assignari solere; nec eam facile rejiciendam putaverim: quasi hujusmodi ingratissimis moris, tamque longi et anfractuosi itineris malis incommodisque S. Ignatium fatigare, ejusque constantiam frangere, ex instinctu Diaboli, animo habuissent Christiani nominis infensissimi hostes, a quibus ferali sententia ad bestias damnatus fuisset: *τῷ μόχθῳ τῆς ὁδοιπορίας* sive *τῷ μήκει τῆς ὁδοῦ καὶ τῷ πλήθει*, ut observavit S. Chrysostomus in Oratione de laudibus S. Ignatii Antiochiae habita; qui ad haec Acta, in quibus totam itineris rationem comprehensam legerat, alludere hic plane mihi videtur. Quicquid fuerit, sive hoc, sive illud, ex alterutra hypothesi admissa, ineptis Magdeburgensium Centuriatorum, Blondelli, aliorumque cavillationibus abunde satisfieri posse, cordatus ingenuusque Lector, uti credo, pro candore et sagacitate sua censebit.

Unum eumdemque fuisse Versionis horum Actorum ac Epistolarum Auctorem, praeterquam quod in eodem manuscripto Codice Caiensi simul exstent conjunganturque, multa sunt, quae id facile dent evictum. Stylus aeque barbarus, et a puritate Latini sermonis abhorrens: et praecipue verborum phrasiumque rigidissima ad literam versio; quasi Interpres opinaretur, de illius fide dubitari posse, nisi hisce apicibus, qui illam plane obscurant, sensumque reddunt intricatiorem, ad superstitionem usque,

Digitized by Google

et quasi affectata nimiae diligentiae laude, mordicus adhaesisset.

Hactenus de Actis genuinis, quae sequioribus saeculis foede erant corrupta, et ab impuris Interpolatorum manibus inquinata: qui dum aut credulae plebis, ad amplexandum avidissimis auribus, quicquid illis figmentorum lenocinio placeret, pronae, segni stupidaeque indoli et ingenio indulgere, aut gloriam Sanctorum et Martyrum inventis fabellis, licet inficetis, prodigiosisque narrationibus, humanam sortem exsuperantibus, augere studuerint, veritatem misere corruperunt, mendaciisque suis serae posteritati ivere illusum; idque quidem citra omne remedium, nisi puriora vetusti aevi monumenta, e tenebris quorundam eruditorum diligentia in lucem educta, illorum fraudes, imposturas, perfidiamque detexissent.

Acta haec interpolata, quae *posteriora* appellabimus, sexto aut saltem septimò saeculo primum ficta fuisse, veri perquam simile D. Pearsono, aliisque Viris doctissimis, videtur: et deinde progressu temporis, novis, iisque miris, commentis aucta constat. Prae modestia enim hac ex parte laudandus videbitur Simeon Metaphrastes, hisce malis artibus fraudulentisque incrustationibus ex luxuriantis ingenii vitio satis famosus, si cum aliis Actorum architectis et consarcinatoribus conferatur. Horum Actorum exemplar exstat in Bibliothecae Bodleianae Archivis Baroccianis Cod. CXCII ex quo multa excerpta habentur apud D. Usserium in Annotationibus suis ad hujus sanctissimi Praesulis Martyrium. Ex hoc impuro fonte profluxerunt, ut ibi quoque vir ille maximus observavit, mirae istae narrationes, quae non solum apud Vincentium Bellovacensem, aliosque recentiores, sed quae apud Bedam et Adonem in Martyrologiis suis occurrunt.

Exstant Latine ejusmodi Acta Martyrii S. Ignatii in Archivis Laudinis ejusdem Bibliothecae. L 23, [Laud. Lat. 31] quae dum olim percurri, omnia juxta novum hoc exemplar Graecum mire interpolata, multis quoque de variis sermonibus inter Trajanum, quem fingunt Romae tunc fuisse, et S. Ignatium habitis, de sententia mortis ab isto Imperatore et Senatu Romano in S. Martyrem prolata,

Digitized by Google

deque cruciatibus huic irrogatis, ubique insertis, (quod pariter quoque legitur in Menaeo Graecorum, ad natalem S. Ignatii xx die Decembris celebratum,) ne alia vana, puerilia, falsa, et S. Ignatio indigna memorem, vel perfunctorie legendo reperi. Item prostant in iisdem Archivis L 21. [Laud. 114.] Acta alia Latina, ejusdem fere in omnibus tenoris. Reperi quoque in eadem Bibliotheca alium Codicem manuscriptum, NE. E, 7, 5, [Bodl. 336] continentem quaedam ex Actis Interpolatis, ex quibus pauca haec exscripsi, fol. 57, 6, *Legitur autem, quod beatus Ignatius inter tormentorum genera nunquam ab invocatione nominis Jesu Christi cessabat: quem quum tortores requirerent cur hoc nomen toties replicaret, ait:* Hoc nomen cordi meo inscriptum habeo, et ideo ab ejus invocatione cessare non valeo. *Post mortem igitur ejus, illi qui audierant, volentes curiosius experiri, cor ejus ab ejus corpore avellunt, et illud scindentes per medium, totum cor inscriptum hoc nomine* IHC. XPC. *literis aureis inveniunt. Unde ex hoc plurimi crediderunt.* Sed in hisce putidis frivolisque fabulis enarrandis immorari plane piget.

Quod vero ad alteram Latinam Versionem a D. Usserio ex Bibliotheca Cottoniana editam spectat, si excipiamus pudenda ista insomnia et deliria ex Actis Graecis, posterioribus versus finem addita, quae in lucem vulgari, ut supra dixi, merito magnum illum virum puduerit, interpretem istum verum Actorum Graecorum exemplar, quoad ea omnia nimirum quae in editione Usseriana in adversa columna apponuntur, coram oculis habuisse ex utriusque collatione satis liquet; licet ille verborum Graecorum sensum in multis neutiquam assecutus fuerit. Verum dico exemplar, licet non integrum, quum sectio una et altera in Versione ista desideretur: nisi potius dicendum sit, aut ipsum Interpretem aut Exscriptorem, ea, quae seriei historiae non adeo bene convenire pro captu suo judicaverit, ex industria omisisse.

Digitized by Google

DISSERTATIO

JOHANNIS PEARSONI,

DE ANNO QUO

S. IGNATIUS A TRAJANO ANTIOCHIAE AD BESTIAS ERAT CONDEMNATUS.

Hanc Dissertationem e schedis Pearsonianis hausit Smithus, e cujus libro Russelius recudendam curavit. Exstat in Bibl. Bodleian. MS. Smith. 44.

EX Johanne Malela docet Usserius Ignatium condemnatum esse ineunte anno 107; sed aut Malela ipse falsus[a], aut non recte explicatur. Nam Trajanus non vidit Antiochiam post adeptum imperium ante finem anni 112, sexennio fere post illud tempus quo eum volunt Ignatium condemnasse. Quod est primo a nobis demonstrandum.

I. Dubitari non potest quin Hadrianus Trajanum in expeditione Orientali comitatus sit. Hadrianus autem A. D. 112 factus est Archon Athenis, et Trajanus eo ipso tempore fuit Athenis, ubi aliquamdiu moratus est. Trajanus A. D. 111 consul designatus est VI ob hanc expeditionem, quam tum molitus est. A. D. 112 consulatum iniit Romae; absens enim suscipere consulatum noluit. Suscepto consulatu veris initio expeditionem iniit, ac primo in Achaiam trajecit, ubi dum moratur, ad eum veniunt legati ex Oriente, etiam ab Indis. Ex Achaia in Asiam aut Aegyptum transiit. In Aegypto duo fecit: quaesivit de eventu belli; et dedicavit spolia Casio Jovi, in quae Epigramma exstat Hadriani: et inde cum exercitu per Seleuciam profectus est Antiochiam.

[a] Cum Malela faciunt Chronica sine nomine scripta, in Museo Britannico conservata. Cod. Add. 14, 643. Vid. ap. Cureton. p. 107, *The Antient Syriac Version &c.* Lond. 1845.

Digitized by Google

II. Idem inde demonstratur, quod ante illum annum semper in Occidente versatus est. Secundo Tribunitiae potestatis anno Consulatum suscipere noluit, quia Kalend. Jan. in Germania fuit. Tertio Trib. Pot. anno suscepit Consulatum Romae, ibique mansit. Trib. Pot. quarto iniit Romae Consulatum quartum, ut bellum primum Dacicum susciperet, quod eodem anno confecit. Trib. Pot. quinto Consulatum non suscepit, quia nondum Romam a primo bello Dacico redierat. Trib. Pot. sexto iniit Consulatum quintum, ut bellum secundum Dacicum susciperet: quod bellum peregit, occiso Decebalo, σὺν χρόνῳ καὶ μόλις. Trib. Pot. decimo, A. D. 106, ex SC. trophaea; apud Spanhemium in Juliani Caesares, p. 233. Per totum annum 106 permansit in Dacia, civitates condidit, et provinciam tributariam fecit [b]. Dum in Dacia moratus est, Arabia a Palma recepta; unde Imperator VI dictus est.

III. Ex numero victoriarum, unde Imperator dictus, idem clarissime ostenditur. Post fugam Decebali, primo bello Dacico confecto, dictus est Imperator IV, triumphavit de victo Decebalo A. D. 102, ex Dacia reversus, ex SC. hunc titulum habuit sub finem ejus anni, ut patet ex inscriptione apud Occonem, p. 200. Neque Imperator V dictus est ante annum 106, nam Tribunitiae potestatis nono adhuc Imperator IV ut patet ex inscriptione apud Gruter. 247, 1, exeunte scil. anno 105, vel ineunte 106. Sed eodem Trib. Pot. nono, A. D. 106 dictus est Imperator V, ut constat ex Occone [c], Grutero, et Reinesio, victo rursum Decebalo. Anno 107 invenit thesauros Decebali, et Decebalus seipsum interfecit. Trajanus autem civitates condidit in Dacia, eamque provinciam tributariam fecit, quo tempore Palma recepit Arabiam. Anno 108 Trajanus e Dacia Romam reversus triumphavit secundo de Dacis, et tunc dictus est Imperator VI hoc anno exeunte, Gruter. 190, 4. Post hunc annum titulo Imperatoris VI diu contentus est, ut inscriptiones ap. Gruter. indicant. "Trib.

[b] tributariam fecit.] Has voces alia manu exaratas exhibet MS.

[c] Trib. Pot. 7, Imp. IV, Occo. p. 202. [Impp. Rom. Numism. Aug. Vind. 1601.] Trib. Pot. 8, Imp. IV, p. 203. Trib. Pot. 9, Imp. V, p. 204.

Digitized by Google

" Pot. 13. Imper. VI. . . . . Trib. Pot. 14. Imper. VI. . . . . " Trib. Pot. 16. Imper. VI. . . . Trib. Pot. 17. Imper. VI." Hucusque igitur, sub finem A. D. 113, nullam victoriam obtinuerat in Oriente. An. 114 exeunte, vel ineunte 115, Trib. Pot. 18, Imp. VII a prima in Oriente victoria. Anno 115, Trib. Pot. 18, Imp. VIII et IX, et adhuc Dacicus. Quadratus, Cos. A. 105, fuit Praeses Syriae antequam Trajanus Parthicus appellatus est. Inscript. Smith. p. 7.[d] An. 116, Trib. Pot. 19, Imp. XI; sed quaere. Ex his omnibus Inscriptionibus patet, Trajanum non ante annum 114 in Oriente Imperatorem appellatum esse. Quod si intrasset Antiochiam ineunte A. D. 107, et tunc contra Parthos expeditionem fecisset, per septennium integrum nulla victoria contra Parthos potitus esset: quod est maxime sane incredibile.

IV. Facile probari potest, Trajanum ex Occidente ante annum 112 pedem non tulisse. Nam sepeliverat Suram antequam reliquit Romam, ut tradit Dio. Sura autem Consul fuit Anno 107, et sub eo Cos. factus est Hadrianus Praetor. Hadrianus jam Praetor existens, factus est Legatus Leg. Minerviae, et approbatus a Trajano bello hoc Dacico secundo, factus est Consul An. 109, suffectus scilicet. In Consulatu comperit a Sura, adoptandum se a Trajano esse, Spartian.[e] [p. 4 ed. Obrecht.] Ergo Sura adhuc in vivis, anno 109 jam affecto.

V. Trajanus in Occidente fuit, et quidem in Italia tunc quum Plinius erat Proconsul Bithyniae: ex Oriente autem in Italiam nunquam reversus est. At Plinius non profectus est in Bithyniam ante annum 109[f].

Variae sunt Virorum doctorum de Proconsulatu Plinii sententiae, dum explicant Eusebium in Chronico. Prima est Baronii, qui tradit Plinium, quinto Trajani anno missum in Bithyniam, eodemque tempore scripsisse literas ad Trajanum de Christianis; sed eum, opinor, nemo secutus est.

[d] Sept. Asiae Eccles. Notit. Muratorius quoque protulit, 317, 1.

[e] adoptandum — Spartian.] Has voces alia manu exaratas exhibet MS.

[f] annum 109.] Post has voces in MSto legimus; 'quod 'probandum; nam consul erat 'Anno 100 jam affecto. Centumcellis erat cum Trajano A. '102, quo A°.' [Sic in MSto.]

Digitized by Google

Secunda est sententia Halloixii, missum quinto, venisse in provinciam sexto Trajani, ibi per plures annos officio functum esse, ac demum literas scripsisse ad Trajanum de Christianis, anno imperii ejus 10, ut puto 11. Tertia Usserii, qui Halloixii argumenta probat, et ad annum Trajani decimum literas refert.

Sed ex his nemo quidquam certi affert. Baronius primum ex principiis manifesto falsis statuebat, eum quinto Trajani anno missum. Halloixius concedit Baronio, tunc eum missum fuisse: ipse nullam concessionis rationem reddit. Usserius probat Halloixii plures annos.

Ego neque quarto, neque quinto Trajani anno, missum fuisse Plinium in Bithyniam censeo, sed demum undecimo. Non quarto; quia tunc erat Trajanus in Dacia, neque ulla ex Bithynia epistola ejus scripta est ad Trajanum in Dacia. Non quinto; tunc enim erat Centumcellis in Italia judex. Non sexto; tunc enim Trajanus in Dacia rursus, ubi permansit per quadriennium: neque rediit Romam, ante annum imperii undecimum. Tunc autem adhuc erat in Italia Plinius; nam ibi scripsit epistolam ad Caninium de scribendo poëmate de utroque bello Dacico.

Dico igitur, eum missum in Bithyniam sub aestatem anni undecimi, ibique permansisse per biennium, usque ad aestatem anni decimi tertii. In more enim positum fuit, ut Magistratus Bithynorum per biennium officio fungerentur; cum Proc. Bithyniae apud Imperat. Claudium, *alterum biennium*. Sic postea apud Lactantium, de Mort. Persecutor. § xvi, legimus de Donato, quod per decennium in carcere permansit: id factum fuisse sub Praefectis Bithyniae, Flaccillo, (ita lego, non Flaccino,) Hierocle, et Priscilliano, biennio sub singulis, postquam sc. Diocletianus et Maximianus purpuram deposuerant. Nam Praefectus, decessor Flaccilli, non nominatur, sed sine nomine innuitur his verbis[ε].....ubi *profectus* corrupte scribitur, et legendum, *Praefectus*. Successor Priscilliani erat Eratineus. § xl. Nempe quinque fuere Praesides Bithyniae

ε his verbis] scil. 'repente 'adhuc dubia luce ad Ecclesiam 'profectus cum ducibus et tribu- 'nis et rationalibus venit.' § xii.

Digitized by Google

per tractum temporis decennalis persecutionis, quorum primus non nominatur, quia quum illic esset Imperator, per Praefectum Praetorio (*res*) [h] Nicomediae gestae sunt.

Sed quia pluribus annis Plinium in Bithynia fuisse asserit Halloixius, idque colligit ex pluribus natalibus Trajani a Plinio in provincia celebratis, quorum aliquos nominat, alios omittit: ex his ego potius colligendum putavi, non plures quam duos annos in Bithynia permansisse Plinium. Nam intra quinque menses tres solennitates observatae sunt: sex autem, neque plures, neque pauciores, a Plinio indigitantur, et a Trajano grato animo agnoscuntur. Harum omnium I Natalis ejus genuinus. Plinius autem per totum hoc biennium ad Trajanum scribit, Romae vel in Italia consistentem. Nam quum primo venit in provinciam, scribit de mensuris fideliter agendis. Rescribit Trajanus, " Mensores vix etiam iis operibus quae aut Romae, " aut in proximo fiunt, sufficientes habeo." Lib. x Ep. 29. Rursus scribit de Architectis ad Trajanum, qui respondet, " Modo ne existimes brevius esse ex Urbe mitti, quum ex " Graecia etiam ad nos venire soliti sunt." Ep. 49. Rursus Edicta plura mittere ad Trajanum Domitiani, Vespasiani, et Augusti voluerat: quod tamen omisit, " quia," inquit, Ep. 71, " vera et emendata in scriniis tuis esse " credebam." Scrinia autem illa, ubi, nisi Romae, erant? Quod si haec vera sint, quis non (*credit,*) [h] Trajanum ante decimum quartum vel decimum quintum imperii sui annum Romam non reliquisse.

Quid igitur sentiendum est de anno, quo Trajanus S. Ignatium Antiochiae ad bestias condemnavit, et Romam misit ad hoc supplicium subeundum? Res ipsa certe expedita est. Nam Trajanus imperii sui anno decimo octavo, Messala et Pedone Consulibus, (Consulatus Pedonis ad A. D. 115, Urbis 868,) Antiochiae hibernavit. Ubi ingens terrae motus exstitit, ex quo Imperator aegre evasit; ut observat Dio. Hos terrae motus ideo contigisse Gentiles (*crediderunt,*) quia eorum Dii negligebantur; id autem

[h] Voces typis Italicis designatas lunulisque inclusas supplevit Smithus. MS. ' Praefectum ' Praet. Nicomediae gesta sunt.'

Digitized by Google

imputabant Christianis: et erat exercitus Trajani valde Gentilis. Quare quum Ignatius, Antiochiae Episcopus, Christianorum in Syria quasi Princeps (*haberetur*), hunc Imperator, vere in Parthos exercitum ducturus, in judicium vocat, et vocatum condemnat: quod ab eo nunquam factum ante legimus: sed ex liberis sanctissimi Episcopi responsis hoc fecit. Non haec nos excogitamus: sunt autem a Johanne Malela, qui Antiochenus fuit, diserte tradita. Vide Usser. pp. 53, 54. [Nott. in Ignatii Acta.]

Sed quid tandem sentiemus de loco illo Malelae, in quo suam sententiam fundavit optimus Usserius? Respondeo, si intelligatur de Trajano, qui in imperio Nervae successit, falsissimus est, ut ostendimus: si referatur ad martyrium S. Ignatii, etiam illud contra mentem Malelae fit. Sed si aliter eum intelligamus, neque veritati, neque Malelae injuria fiet. Sic igitur Malelam interpretor: Trajanus, Trajani filii Nervae pater, rediit Antiochiam A. D. 79. Pone Trajanum patrem pro filio, et An. 79 pro 107, et omnia constabunt, et ipse sibi Malela. Factum hoc sub Vespasiano, qui Trajanum in pretio habuit, quod ille sub ipso Vespasiano Tribunus fuit in bello Judaico An. 67, forte Consul suffectus 74. Hunc igitur fecit Vespasianus Procos. Asiae An. 79, quo postea ipse mortuus est. Confer Inscript. eandem apud Smithum, p. 41, Sponium, iii p. 143. Sub patre tunc militavit Trajanus filius juvenis adhuc 21 annos natus. Pater Trajanus An. 78 Parthos superavit, et ad Antiochiam reversus est Januarii 7 An. 79, ad suscipiendum Proconsulatum Asiae, quem ei indulsit Vespasianus pater. De qua victoria Parthica intelligendus est Plinius: "Nonne incunabula haec tibi, Caesar, et ru-
" dimenta, quum puer admodum Parthica lauro gloriam
" Patris augeres?" [Paneg. § 15.]

Damnatus igitur est ad bestias S. Ignatius A. D. 116, eodem anno exeunte Romae passus est[i].

[i] In Vindiciis, II 1, Pearsonus statuit Ignatium ab Antiochia Romam tractum vulgaris Aerae Christianae anno 107; anno Christi vero 113 Epistolas scripsisse.

Digitized by Google

ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΕΡΟΜΑΡΤΥΡΟΣ

ΙΓΝΑΤΙΟΥ ΤΟΥ ΘΕΟΦΟΡΟΥ.

Ignatius gregis sui curam habet.

Α'. ΑΡΤΙ *διαδεξαμένου τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν Τραϊανοῦ, Ἰγνάτιος ὁ τοῦ ἀποστόλου Ἰωάννου μαθητὴς, ἀνὴρ ἦν τοῖς πᾶσιν ἀποστολικὸς, καὶ ἐκυβέρνα τὴν ἐκκλησίαν Ἀντιοχέων ἐπιμελῶς, τοὺς πάλαι χειμῶνας μόλις παραγαγὼν τῶν πολλῶν ἐπὶ Δομετιανοῦ διωγμῶν, καθάπερ κυβερνήτης ἀγαθὸς, τῷ οἴακι τῆς προσευχῆς καὶ τῆς νηστείας, καὶ τῇ συνεχείᾳ τῆς*

1. ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ] Syriacam versionem capp. i—iv incl. nuperrime Curetonus e Cod. Musei Londinensis typis vulgavit. Codex hic paucos ante annos e bibliotheca Claudii J. Rich, Legati Britannici in urbe Bagdad, Londinum delatus, etiam fragmentum Epistolae S. Ignatii ad Romanos continet. Versio autem Martyrii Syriaca non ubique ad verbum textui Graeco cod. Colbert. respondet, quum Syrus nonnunquam Graeca male intellexerit, saepissime autem paraphrasi sit usus. Caeterum omnes variae lectiones inde ortae nullius sunt ponderis. HEFELIUS.

2. ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ] Cod. Laur. *Τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου Ἱερομάρτυρος.*

4. *Ἄρτι διαδεξαμένου*] Trajanus Imperii primordia cepit A. D. 98. Ignatius, si Usserium et Burtonum audias, passus est A. D. 107; si Guerikium, A. D. 116; sin autem Clintonum et Greswellium, A. D. 115. Pearsonus et Clericus B. Patris martyrium ad annum 116 referunt. Quo anno Lloydius quoque persecutionem, per quam Ignatius martyr factus est, accidisse constituit, probante Schulthessio, Symbol. ad Internam Criticen Libb. Canon. i 177.

5. *Τραϊανοῦ,*] Syrus ap. Cureton. *At that same time, when the wicked emperor Trajan.* Talia epitheta manum seriorem produnt.

ib. *Ἰωάννου μαθητής,*] De discipulatu S. Ignatii sub cura et

Digitized by Google

MARTYRIUM

SANCTI HIEROMARTYRIS

IGNATII THEOPHORI.

I. NUPER recipiente principatum Romanorum Trajano, Apostoli et Evangelistae Johannis discipulus Ignatius, vir in omnibus Apostolicus, gubernabat Ecclesiam Antiochenorum. Qui quondam procellas vix mitigans multarum sub Domitiano persecutionum, quemadmodum gubernator bonus, gubernaculo orationis et jejunii, continuitate doc-

institutione S. Johannis Apostoli altum silent Scriptores Ecclesiastici; quorum plerique omnes, sive ejusdem, sive diversi aevi, in enarrandis Sanctorum Martyriis occupati, parentum, patriae, nataliumque memoriam, et universam illorum vitae praecedentis rationem, institutum, reliquasque *περιστάσεις*, literis mandare posterisque tradere neglexerint. Interim ex horum Actorum fide statuendum videtur, Ignatium fuisse auditorum S. Johannis, licet de tempore et loco, sive in Palaestina, sive in Syria, sive potius una cum S. Polycarpo (quod mox asseritur § 3) in Asia Minori, nondum constet. SMITH.

6. *ἦν τοῖς*] Lege *ἐν* pro *ἦν*, quod in Codice suo non habebat Vet. Int. particula *καί*, quae sequitur, deleta. SMITH. Versio Curetoniana lacunam exhibet: *a man * * * who in all actions resembled the Apostles.*

7. *ἐπιμελῶς,*] Hanc vocem cum reliquis versionibus omisit Armenius, et videtur legisse *τοὺς πολλοὺς χειμῶνας Δ. τοῦ βασιλέως παραγάγων κάθαπερ.* PETERMAN. Syrus, *and like a good pilot.*

ib. *τοὺς πάλαι*] *δς τοὺς πάλαι* Grabius, cum Int. Cod. Caiensis.

8. *παραγαγὼν*] Int. Vet. *mitigans*, male. *Egressus, transiens, quum vix procellas evasisset.* [sic etiam Ruchat. Wakius, et Chevallier. Syrus, *and with difficulty passed through.*] Quaenam autem illa mala essent, quae S. Ignatius in ista persecutione sub Domitiano passus fuerat, et ex quibus eluctatus est, ex defectu historiarum pariter nos latet. SMITH.

Digitized by Google

διδασκαλίας, τῷ τόνῳ τῷ πνεύματι, πρὸς τὴν ζάλην τὴν ἀντικειμένην ἀντεῖχεν· δεδοικὼς, μή τινα τῶν ὀλιγοψύχων ἢ ἀκεραιοτέρων ἀποβάλῃ. Τοιγαροῦν ηὐφραίνετο μὲν ἐπὶ τῷ τῆς ἐκκλησίας ἀσαλεύτῳ, λωφήσαντος πρὸς ὀλίγον τοῦ διωγμοῦ· ἤσχαλλεν δὲ καθ' ἑαυτὸν, ὡς μήπω τῆς ὄντως εἰς Χριστὸν ἀγάπης ἐφαψάμενος, μηδὲ τῆς τελείας τοῦ μαθητοῦ τάξεως. Ἐνενόει γὰρ τὴν διὰ μαρτυρίου γινομένην ὁμολογίαν πλεῖον αὐτὸν προσοικειοῦσαν τῷ Κυρίῳ. Ὅθεν ἔτεσιν ὀλίγοις ἔτι παραμένων τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ λύχνου δίκην θεϊκοῦ τὴν ἑκάστου φωτίζων διάνοιαν διὰ τῆς τῶν

1. τῷ τόνῳ τῷ πνεύματι,] *contentione spiritus*, Ruinartus, qui ad oram libri ex ingenio dederat vel τοῦ πνεύματος vel τῷ πνευματικῷ. Illam emendationem comprobat Clericus, suspicatur tamen Martyrii auctorem scripsisse τῷ εὐτόνῳ πνεύματι, h. e. *firmo et constanti*. Smithus, Int. Cotton. ab Usserio editum secutus, *labore spirituali*, reponit πόνῳ πνευματικῷ, quam lectionem amplexi sunt Wakius, et Chevall. *Avec un esprit fervent*. Ruchat. Versio Curetoniana : *with the helm of prayer and constant fasting, and by the admonition of spiritual works, stood up against the tumults of the power of the enemy*. Armenius legisse videtur, τῇ διδασκαλίᾳ καὶ τῷ πόνῳ τῷ πνευματικῷ aut τοῦ πνεύματος. Roberto Scott haec triplicis metaphorae ope e rebus nauticis sumtae ita explicari posse videntur, ut nulla conjectura sit opus. Ignatius scilicet sistitur non ut clavum tenens solum, sed ut τοῦ κελευστοῦ quoque munia obiens, immo ut funes et armamenta tractans. Voces τῇ συνεχείᾳ, e Thucyd. vii 14, ξυνέχοντες τὴν εἰρεσίαν, illustrari putat Vir eruditissimus, et cum τῷ τονῷ τῷ πνεύματι, confert Ignat. ad Eph. § 9, τῷ σχοινίῳ χρώμενοι τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ.

2. τὴν ἀντικειμένην] Has voces omisit Armenius. PETERMAN.

ib. μή—ἀποβάλῃ.] *veritus ne amitteret* Clericus, quem sequitur Chevallier. *ne illa (tempestas) dejiceret*, Ruinart. cum Int. Vet. et sic Ruchat. et Wakius.

ib. τῶν ὀλιγοψύχων] 1 Thess. v 14, παραμυθεῖσθε τοὺς ὀλιγοψύχους.

3. ἀκεραιοτέρων] *ne aliquem pusillanimem aut infirmum amitteret*, Int. Cotton. quem sequitur Clericus. Syrus, ap. Cureton. *any of the humble and of little strength*. Eodem sensu Wakius et Chevall. *not well-grounded in the faith*. Grabius, *quemquam simpliciorem ;* Ruchatus, *quelq'un...des plus sim-*

Digitized by Google

trinae, robore spirituali, fluctuationi adversantis [a] se opposuit potentiae: timens, ne aliquem eorum qui pusillanimes et magis simplices prosterneret. Igitur laetabatur quidem [b] de Ecclesiae inconcussione, quiescente ad paucum persecutione: dubitavit autem secundum seipsum, quod nondum vere in Christum charitatem attigerat, neque perfectum discipuli ordinem. Cogitavit enim eam quae per Martyrium confessionem plus ipsum adducere ad familiaritatem Domini. Unde annis paucis adhuc permanens Ecclesiae, et, ad lucernae modum divinae [c], cujusque illuminans cor per

[a] *adversanti* Cod. Laur.

[b] *quidem* deest C. C.

[c] *divinae* ..... C. C.

ples. Vox ἀκέραιος occurrit Matt. x 16, Rom. xvi 19, et Phil. ii 15, ad quem locum videndus Krebsius, Obss. in Nov. Test. e Josepho, p. 331.

4. τῷ—ἀσαλεύτῳ,] *the firmness*, Int. Syrus. Apud Grabium τῷ omittitur, ex operarum incuria, ut videtur. Concil. Chalced. Defin. Fid. τὸ τοῦ κηρύγματος ἄνωθεν ἀσάλευτον ἐκδιδάσκουσα, ap. Routh. Script. Eccles. Opusc. ii p. 77 l. 13. Cf. Ep. ad Hebr. xii 28, βασιλείαν ἀσάλευτον παραλαμβάνοντες.

5. ἤσχαλλεν δὲ] Minus apte Int. Vet. neque melius Cotton. *consideravit.* Tu vertas cum Smitho, *dolebat animo, tristitia afficiebatur.* Versio Curetoniana: *for he was subdued in himself, lest he should go astray from that true love of Christ, to which he had been brought near.*

8. Ἐνενόει γὰρ] Grabius tacite admisit ἐνόει.

ib. τὴν διὰ μαρτυρίου] *that by the testimony of confession, if it should happen and befal him, he would be brought very near to God.* Syrus ap. Cureton. p. 252.

9. προσοικειοῦσαν] *similiorem reddentem.* CLERICUS. Rectius Ruinart. *proximiorem reddentem;* et Wakius, *for he thought that the confession which is made by martyrdom would bring him to a yet more close and intimate communion with the Lord.* προσοικειοῦν legendum putat Smithus; sed non video quid praestet vulgatae.

10. λύχνου] Cf. S. Johan. v 35, ὁ λύχνος ὁ καιόμενος καὶ φαίνων.

11. τῶν [θείων] γραφῶν] Neuter Interpretum θείων agnoscit: lunulis igitur inclusi, sicut olim Smithus et Gallandius. Armenius legisse videtur τῶν ἁγίων γραφῶν. Alia legebat Syrus: *by explaining the Scriptures which were disclosed to him through prayer.*

Digitized by Google

[θείων] γραφῶν ἐξηγήσεως, ἐπετύγχανεν τῶν κατ' εὐχήν.

Β'. Τραϊανοῦ γὰρ μετὰ ταῦτα, ἐννάτῳ ἔτει τῆς αὐτοῦ βασιλείας, ἐπαρθέντος ἐπὶ τῇ νίκῃ τῇ κατὰ Σκυθῶν καὶ Δακῶν καὶ ἑτέρων πολλῶν ἐθνῶν, καὶ νομίσαντος ἔτι λείπειν αὐτῷ πρὸς πᾶσαν ὑποταγὴν τὸ τῶν Χριστιανῶν θεοσεβὲς σύστημα, καὶ εἰ μὴ τὴν τῶν δαιμόνων ἕλοιτο λατρείαν μετὰ πάντων ὑπεισιέναι τῶν ἐθνῶν, διωγμὸν ὑπομένειν ἀπειλήσαντος, [ὁ φόβος] πάντας τοὺς εὐσεβῶς ζῶντας ἢ θύειν ἢ τελευτᾶν κατηνάγκαζεν. Τότε τοίνυν φοβηθεὶς ὑπὲρ τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας ὁ γενναῖος τοῦ Χριστοῦ στρατιώτης, ἑκουσίως ἤγετο πρὸς Τραϊανὸν, διάγοντα

Coram Trajano sistitur.

3. ἐννάτῳ ἔτει] Apud Int. Vet. Usser. et Smith. pro *quarto* anno *nonum*, IX pro IV, reponunt e Codice Cottoniano. In textu Graeco δεκάτῳ ἐννάτῳ ἔτει corrigit Grabius, qui ιθ' scriptum fuisse suspicatur; atque Martyrium Ignatii, ad mentem Pearsoni, ponit anno Trajani undevicesimo, scil. A. D. 116. Wakius, lectore inconsulto, emendationem Grabii sequitur. Sed longe corruptiora sunt haec Acta, idque plurimis in locis, quam ut sperare liceat remediis talibus textum hodiernum ad pristinam integritatem revocari posse. Temporum notae praesertim, ut cuivis ex inspectione nequaquam acerrima constare poterit, misere confunduntur passim. Conferendus omnino Greswellius noster in libro cui titulus, *Dissertations upon an Harmony of the Gospels*, iv 415—454 ed. 2dae, ubi, inter alia, optimo jure statuere videtur, e Plinii Ep. vi 31, Trajanum aestatem A. U. C. 860, Imperii nonam, Centumcellis egisse. Non ante A. D. 109 Trajanum Antiochiam adiisse censet Uhlhornius, p. 255.

5. Δακῶν] Primum quidem bellum Dacicum, victo Decebalo, in quarto Trajani consulatu, eodemque potestatis tribunitiae anno quarto, confectum est; ut vetus nos docet inscriptio, apud Gruterum, ccxlvi 6, unde in Italiam reversus Trajanus, "de "Dacis et Scythis triumphavit;" ut in Eusebiano Chronico legimus. Verum posterius bellum Dacicum, quod Armeniacam et Parthicam expeditionem proxime antecessit, hic intelligitur: cujus is exitus fuit, ut Decebalus sibi ipsi manus attulerit, et in Daciam colonias Trajanus deduxerit. USSER.

7. σύστημα,] Int. Cotton. ver-

Digitized by Google

Scripturarum enarrationem, sortitus est iis [d] quae secundum votum.

[d] *hiis* C. C.

II. Trajano enim, post quartum annum imperii sui, elato de victoria illa quae adversus Scythas et Thraces [e] et alteras multas et diversas gentes; et existimante adhuc deficere ipsi ad omnem subjectionem Christianorum Deum venerantem congregationem, nisi [f] daemoniacam cogeret culturam cum omnibus subintrare gentibus: persecutionem comminans, omnes ipsos Dei cultores existentes vel sacrificare vel mori cogebat. Tunc igitur timens pro Antiochenorum Ecclesia virilis Christi miles, voluntarie ductus est ad Trajanum, agentem

[e] *de victoria Scytharum et Dacum* MS. Cott.

[f] *ut* C. C.

tit *cultum;* Ruinart. *coetum;* Wakius, *company.* Melius Clericus, qui Christianorum, prout res tunc temporis erant, *corpus* seu societatem ubicunque intelligit. Ruchat. *le pieux corps des Chrétiens.* Vox est recentioris Graecismi, de qua videndus Schweighaeuser. in Lex. Polyb. Adhibet Dio Cassius quoque, e. g. lv 24, de Evocatis, *εἰσὶ καὶ νῦν σύστημα ἴδιον.* In Ep. ad Philipp. Ignatio adscripta, § 15, *τὸ σύστημα τῶν παρθένων, τὸ τάγμα τῶν χηρῶν.* Coetus sodalitatesque valde aversabatur Trajanus. Cf. Plin. Ep. x 42, 43, 97, 98.

8. *τῶν δαιμόνων*] Non ita loquebatur Trajanus, qui Daemonas infimi generis Deos esse, cum caeteris Romanis et Graecis, norat. Sed scriptor Martyrii Christianus verbis Christianis mentem ejus exposuit. CLERICUS. De persecutione generali sub Trajani principatu silent historici. Cf. Euseb. H. E. iii 32.

ib. *ἕλοιτο*] *eligeret, vellet.* Male Vet. Int. refert ad Trajanum, reddendo *cogeret,* [sic etiam Int. Cotton. *inclinaret.*] Sed fortasse haec lectio vitiosa est; pro qua, *cogitaret,* vel quippiam simile, mihi quidem videtur substituendum. SMITH. Hefelius, in Ed. quarta, *ἔλοιντο,* Noltii conjecturam sequens, propter nomen *πληθυντικὸν* Christianorum coetus. Ruchatus conferri jubet Euseb. H. E. ix 10, *τῇ θρησκείᾳ ταύτῃ ἦν ἐξ ἔθους θρησκεύειν εἵλετο.*

10. [*ὁ φόβος*]] Lunulis incluserunt Grabius, Smith. Galland. et quidem recte. Adsumentum enim est quod neuter Interpretum in Cod. suo legebat. Mox pro *εὐσεβῶς ζῶντας,* Smithus corrigit *εὐσεβεῖς ὄντας.*

12. *τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας*] *on account of the Churches at Antioch.* Cureton.

13. *ἑκουσίως ἤγετο*] *Sponte duci* dicitur hic, qui non refugit ire ad Trajanum; quanquam nemo cogebat, ex rescripto Tra-

Digitized by Google

μὲν κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν, σπουδάζοντα δὲ ἐπὶ Ἀρμενίαν καὶ Πάρθους. Ὡς δὲ κατὰ πρόσωπον ἔστη Τραϊανοῦ τοῦ βασιλέως· "Τίς εἶ, κακόδαιμον, τὰς ἡμετέρας σπουδάζων δια- "τάξεις ὑπερβαίνειν, μετὰ τὸ καὶ ἑτέρους ἀναπείθειν, "ἵνα κακῶς ἀπόλωνται;" Ἰγνάτιος εἶπεν· "Οὐδεὶς "Θεοφόρον ἀποκαλεῖ κακοδαίμονα· ἀφεστήκασι γὰρ "ἀπὸ τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ τὰ δαιμόνια. Εἰ δὲ ὅτι "τούτοις ἐπαχθής εἰμι, [καὶ] κακόν με πρὸς τοὺς δαί- "μονας ἀποκαλεῖς, συνομολογῶ· Χριστὸν γὰρ ἔχων

jani ad Plinium. Sed cur ibat ad Trajanum Ignatius? Cur non potius latitabat, aut Antiochia aberat, dum illic erat Imperator, non malus quidem, sed caeteroqui Christianis minus aequus? Crediderim, aut potius suspicer, sed ex ipsa re, Ignatium ivisse ad Trajanum, ut eum placaret expositione doctrinae Christianae, si modo eam audire vellet; aut etiam, ne quid dissimulem, ut, si minus Trajanum placare posset, totam iram ejus ipse exciperet, Ecclesiamque Antiochenam sic metu liberaret. Illis enim temporibus, Episcopi potissimum poenas luebant spreti Ethnicismi; populus plerumque negligebatur. Numquam promiscue in Christianos omnes inquisitum aut saevitum esse constat, vel ex ipsis antiquissimis Martyrologiis; unde liquet multos adfuisse Christianos 'candidatis,' ut Tertullianeo loquendi genere utar, 'crucis,' dum in carcere essent, et ipso illo tempore quo consummabantur; quod videmus vel in hoc Martyrio, atque antiquissimis quibusvis id genus narrationibus. CLERICUS.

2. καὶ Πάρθους.] Metaphrastes, μέλλοντι κατὰ Περσῶν ἐκστρατεύειν. Ubi *Persas* ille nominat, quos alii *Parthos* vocabant: quemadmodum Osroem sive Cosroem, adversus quem a Trajano tunc bellum gestum est, ab Aurelio Victore quidem *Persarum*, [de Caesar. cap. 13] a Dione vero *Parthorum* regem videmus appellatum. [lxviii 17.] Sic et *Parthici* regni initia post Alexandrum M. explicans Julianus, Orat. 1 in laudes Constantii, [p 21 ed. Schaefer.] *Persarum* usurpat nomen; et Justinianus, tum in initio, tum sub finem Constitutionis de Vetere Jure enucleando, quae in utraque lingua Pandectis Florentinis praefixa legitur, τῇ πρὸς Πέρσας εἰρήνῃ Graece expressit, quod per bella *Parthica* abolita, et aeterna pace sopita, Latina lingua significaverat. '*Persarum* 'regna, quae nunc *Parthorum* 'intelligimus;' inquit Plinius, vi 13, et 'Ipsa *Persis* in *Par-* '*thorum* jampridem translata nomen.' ib. 25. USSER.

3. κατὰ πρόσωπον] Cf. Polyc. Ep. ad Philipp. § 3, κατὰ πρόσωπον τῶν τότε ἀνθρώπων. Haec for-

Digitized by Google

quidem secundum illud tempus apud Antiochiam, festinantem autem ad Armeniam et Parthos. Ut autem coram facie stetit Imperatoris Trajani, Trajanus dixit: "Quis est [g] cacodaemon, nostras festi- "nans praeceptiones transcendere; cum et alteros "persuadere, ut perdantur male?" Ignatius dixit: "Nullus Theophorum vocat cacodaemonem [h]: re- "cesserunt enim longe a servis Dei daemonia.

[g] *es tu* MS. Cott.

[h] *Nullum Theophorum voca cacodaemonem* C. C.

mula, quae a LXX saepe ponitur, e. g. Deut. vii 24, ix 2, eo notanda est, quia Hieronymus, Opp. vii p. 407 ed. Vallars. consentientibus quidem Graecis nonnullis interpretibus, verba D. Pauli ad Galat. ii 11 *κατὰ πρόσωπον αὐτῷ ἀντέστην* exponit, tamquam Paulus Petro restitisset ficte tantum, secundum faciem publicam, utili quadam simulatione. Vid. Bull. Judic. Eccl. Cathol. ii 13.

ib. *τοῦ βασιλέως·*] Vide sis notata ad Clem. Rom. Ep. i 37.

4. *Τίς εἶ, κακόδαιμον,*] Nemo est qui ignoret ab Ethnicis *κακοδαίμονα* dictum, sine ulla contumelia, quemvis *infelicem*. [Conferendus omnino cl. Pearsonus in Vindic. ii p. 146] Attamen Ignatius vocem Christianorum more interpretatur, quasi Trajanus *κακοδαίμονα* dixisset *ἐνεργούμενον*, ut loquamur Ecclesiastico more, seu a malo Daemone obsessum. Qua in re, quod cum pace sanctissimorum manium dictum esto, nonnulla tamen cavillatio fuisse videtur. CLERICUS. Versio Curetoniana: *What art thou, O ill fated man! who art precipitate, and hastenest to transgress my orders?* Ut credam virum Apostolicum dicteriis istius modi usum fuisse a me quidem impetrare nequeo. *Κακοδαιμονᾷς, insanis, larvae te agitant*, habes apud Aristophanem, Plut. 372.

ib. *τὰς ἡμετέρας——διατάξεις*] Videtur aut plurali numero significare unum illud Rescriptum, quod ad Plinium in Bithyniam miserat; aut id ipsum alibi promulgari jussit. Quamvis autem Rescripto hoc inquiri Trajanus in Christianos vetaret, attamen puniri eos jubet, si deferrentur atque arguerentur; hoc est, si Christianos esse se fateri necesse haberent, nec vellent sacra Diis facere. CLERICUS.

5. *μετὰ τὸ*] Leg. *τοῦ*. SMITH.

6. *ἀπόλωνται ;*] Habet quidem Cod. Colbert. *ἀπολοῦνται* in Indicativo; sed *ἵνα* regit Subjunctivum, aut Optativum; nec in re tantilla Scriptorem *σολοικίζειν* necesse est. *Male* autem *perire* hic dicuntur Christiani, non quod Magistratus in eos inquirerent, sed quod accusatos et convictos, aut sacra facere Diis, aut capite poenas dare oporteret. CLERICUS.

9. [*καὶ*] *κακόν με*] Particulam *καί*, quam supervacaneam esse monuerat Smithus, Clericus sic retinet in Versione sua, *Sin vero quia iis infestus sum, me etiam malum in Daemonas vocas, adsentior*. Curetonus, *But if, because I am a burden upon*

Digitized by Google

" ἐπουράνιον βασιλέα, τὰς τούτων καταλύω ἐπιβου-
" λάς." Τραϊανὸς εἶπεν· " Καὶ τίς ἐστιν Θεοφόρος;"
Ἰγνάτιος ἀπεκρίνατο· " Ὁ Χριστὸν ἔχων ἐν στέρ-
" νοις." Τραϊανὸς εἶπεν· " Ἡμεῖς οὖν σοι δοκοῦμεν
" κατὰ νοῦν μὴ ἔχειν Θεοὺς, οἷς καὶ χρώμεθα συμμά-
" χοις πρὸς τοὺς πολεμίους;" Ἰγνάτιος εἶπεν· " Τὰ
" δαιμόνια τῶν ἐθνῶν Θεοὺς προσαγορεύεις πλανώ-
" μενος· εἷς γὰρ ἔστιν Θεὸς, ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν,
" καὶ τὴν γῆν, καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ πάντα τὰ ἐν
" αὐτοῖς· καὶ εἷς Χριστὸς Ἰησοῦς, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ
" ὁ μονογενὴς, οὗ τῆς βασιλείας ὀναίμην." Τραϊανὸς
εἶπεν· " Τὸν σταυρωθέντα λέγεις ἐπὶ Ποντίου Πιλά-
" του;" Ἰγνάτιος εἶπεν· " Τὸν ἀνασταυρώσαντα τὴν
" ἐμὴν ἁμαρτίαν μετὰ τοῦ ταύτης εὑρετοῦ, καὶ πᾶσαν
" καταδικάσαντα δαιμονικὴν πλάνην καὶ κακίαν ὑπὸ
" τοὺς πόδας τῶν αὐτὸν ἐν καρδίᾳ φορούντων." Τρα-
ϊανὸς εἶπεν· " Σὺ οὖν ἐν ἑαυτῷ φέρεις τὸν σταυρω-

those evil ones and against the unclean Spirits.

1. καταλύω ἐπιβουλάς.] διαλύω apud Russelium ex incuria typothetarum. Syrus legisse videtur: τὸν τούτων καταλύοντα ἐπιβουλάς.

2. Θεοφόρος;] *And who is he that has God clothed upon him?* Cureton.

3. Ὁ Χριστὸν ἔχων ἐν στέρνοις.] Idem ac Χριστὸν ἐν καρδίᾳ φορῶν, quod mox sequitur: titulo quidem satis apto, qui omnibus vere Christianis pari jure indi possit. SMITH. Vide notata ad Ignat. Ep. ad Ephes. Inscript. ὁ καὶ Θεοφόρος, et § 9, Χριστοφόροι. Moshemius, de Rebus Christ. Saec. ii § 24, hoc nomen suspicatur commune Ignatio fuisse cum aliis Episcopis aetatis illius, hominemque significare, qui Deum seu mandata et voluntatem divinam fert, populoque significat.

10. ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ] Uterque Interpres legebat ὁ Υἱὸς αὐτοῦ.

11. οὗ τῆς βασιλείας] Uterque Interpres legisse videtur φιλίας. Hic, *cujus amicitia fruar*, alter, *cujus amicitiam acquisivi*. Sed Graeci Codicis lectio, quam aliquo modo paraphrasi sua firmat Symeon, neutiquam debet sollicitari. S. Ignatius enim, quum paullo ante Christum suum ἐπουράνιον βασιλέα nuncupasset, in *illius regnum* se admissum iri, illoque tandem *fruiturum*, jam ferventissima prece optat. SMITH. Alia ante Syri oculos versabantur: *whom I look to, that I may live in His love.*

Digitized by Google

" Si autem quoniam iis[i] gravis sum, malum me
" adversus daemones vocas, confiteor. Christum
" enim habens[j] supercoelestem regem, dissolvo
" horum insidias[k]." Trajanus dixit: " Et quis
" est Theophorus?" Ignatius respondit: " Qui[l]
" Christum habet in pectore." Trajanus dixit:
" Nos igitur tibi videmur non habere secundum
" intellectum Deos, quibus utimur compugnato-
" ribus adversus adversarios?" Ignatius dixit:
" Daemonia gentium Deos appellas errans. Unus
" enim est Deus, qui fecit coelum, et terram, et[m]
" mare, et omnia quae in ipsis; et unus Christus
" Jesus, filius ipsius unigenitus, cujus amicitia
" fruar." Trajanus dixit: " Crucifixum dicis sub
" Pontio Pilato?" Ignatius dixit: " Crucifigentem
" peccatum cum ipsius inventore: et omnem con-
" demnantem daemoniacam malitiam sub pedibus
" eorum qui ipsum in corde ferunt." Trajanus
dixit: " Tu igitur in teipso Christum circumfers?"

[i] *hiis* C. C.
[j] *habens* deest C. C.
[k] *has insidias* C. C.
[l] *respondit, et qui* C. C.
1 Cor. viii 6.
[m] *et* deest C. C.
Gal. ii 20. Rom. viii 10.
Rom. xvi 20.

13. Τὸν ἀνασταυρώσαντα] Contumeliose dixerat Trajanus σταυρωθέντα, quasi ignominiosum mortis genus satis ostenderet Jesum eum non esse, qui coli posset. Quamobrem Ignatius subjicit illico ea, ex quibus liquebat crucifixionem honori ei fuisse, non dedecori: quum ejus ope veniam impetrarit crediturus; deque daemonibus, quorum regnum sic evertit, triumpharit. Vide Col. i 20, et sqq. ii 14, 15. CLERICUS.

ib. τὴν ἐμὴν ἁμαρτίαν] Τὸ ἐμὴν superflue videtur additum; uti statim πλάνην καί. SMITH. Interpres Syrus vocem ἐμὴν non agnoscit.

16. ἐν καρδίᾳ φορούντων."] Ex animo ei credentium et parentium. Quod loquendi genus mirum videri non debuit Trajano, quum a Romanis amici ab amicis *gestari in sinu* dicerentur. Terentius in Adelphis, Act. iv Sc. v 75. 'Hic non 'amandus? hiccine non *gestan-* 'dus in sinu est?' Sic et Cicero ad Q. Fratrem, Ep. 13 Libri ii, de Caesare: 'mihi 'crede *in sinu est*.' CLERICUS. Hermas, Past. II xii 4, 'qui habet Dominum *in corde* 'suo,' III ix 21, 'quidam alii in 'labiis Dominum, non *in corde* 'ferentes.'

17. τὸν σταυρωθέντα;"] Uterque Interpres τὸν Χριστόν; legebat. Curetonus, *Hast thou then put Him on, and art clothed with Christ?*

Digitized by Google

" *θέντα*;" Ἰγνάτιος εἶπεν· "Ναί· *γέγραπται γάρ*· " Ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπεριπατήσω." Τραϊανὸς ἀπεφήνατο· "Ἰγνάτιον προσετάξαμεν, τὸν ἐν ἑαυτῷ " λέγοντα περιφέρειν τὸν ἐσταυρωμένον, δέσμιον ὑπὸ
Romam mittitur. " στρατιωτῶν γενόμενον ἄγεσθαι παρὰ τὴν μεγάλην " Ῥώμην, βρῶμα γενησόμενον θηρίων εἰς τέρψιν τοῦ " δήμου." Ταύτης ὁ ἅγιος μάρτυς ἐπακούσας τῆς ἀποφάσεως, μετὰ χαρᾶς ἐβόησεν· " Εὐχαριστῶ σοι, " Δέσποτα, ὅτι με τελείᾳ τῇ πρός σε ἀγάπῃ τιμῆσαι

1. "Ναί· *γέγραπται γὰρ κ. τ. λ.*] Hinc Johanni Constantinopolitano Episcopo, in Sermone de Pseudoprophetis, [inter Chrysostomo adscriptos, tom. vii p. 218 ed. Savil.] Ignatius *τὸ τοῦ Θεοῦ οἰκητήριον* appellatur; quo et illa spectat paraenesis, in Epistola Ignatio tributa ad Heronem, [§ 6] *Σεαυτὸν ἁγνὸν τήρει, ὡς Θεοῦ οἰκητήριον· ναὸς Χριστοῦ ὑπάρχεις.* USSER.

2. *Τραϊανὸς ἀπεφήνατο*·] Hinc dubium solvitur a Scaligero in Euseb. Animadv. num. 2123 ita propositum: 'Quaerendum, 'quare ex Syria Romam homo 'bestiis objiciendus perducitur? 'Nam non solum de Christianis, sed et de Gentibus cognitio erat ejus, qui provinciam 'regebat, et in ipsa provincia 'secundum jurisdictionem suam 'supplicium de illis sumebat. 'Soli cives Romani provocabant ad Caesarem; ut Paulus 'in Actis Apostolorum. Hoc 'modo, siquidem civis Romanus fuit, Ignatius potuit Romam perduci. Sed civem 'Romanum bestiis objicere leges non sinebant...Quare hoc 'dubium aliis excutiendum re'linquimus. Ego ingenue fateor inscitiam meam.' Nam faciunt ista quidem ad Graecorum illorum Actorum *ἀνεκδότων* fidem minuendam, quae a provinciali Praefecto Ignatium Romam missum fuisse volunt, Trajano in urbe tum commorante; sed legitima Acta non attingunt, quae ab ipso Imperatore Antiochiae tunc agente, sententiam de Martyre in Romano Amphitheatro bestiis objiciendo prolatam fuisse indicant. In Actis vero apud Metaphrastam porro addicitur, id supplicii genus a Trajano potissimum fuisse electum, quod *hic mortis modus longe gravissimus* ipsi fuisset visus; de loci vero in quo perageretur delectu, Imperatori, ab ea Senatus parte quae praesens aderat, hanc consilii rationem fuisse redditam. *Οὐκ ἐν Ἀντιοχείᾳ συνεβούλευον δεῖν γενέσθαι τὴν ἔκδοσιν, ἵνα μὴ ποθεινόν, φησιν, οὕτω καὶ μᾶλλον ἐπίδοξον παρὰ τοῖς οἰκείοις πολίταις τὸν Ἰγνάτιον ἐργασώμεθα, μαρτυρικῷ δῆθεν τέλει τὴν ζωὴν καταλύοντα. Ὥστε προσήκειν ἔφασκον εἰς Ῥώμην αὐτὸν ἀπαχθέντα δεσμώτην, ἐκεῖ τοῖς θηρσὶν ἐκδοθῆναι. Οὕτω γὰρ τῷ μήκει τε τῆς πορείας χαλεπωτέραν ὑφέξει τὴν κόλασιν, καὶ ἅμα Ῥωμαίοις ἀγωνούμενος ὅστις εἴη, καθάπερ εἷς τῶν κακούργων*

Digitized by Google

Ignatius dixit[n]: "Etiam[o]. Scriptum est enim: "*Inhabitabo in ipsis, et inambulabo.*" Trajanus sententiavit: "Ignatium praecipimus, in seipso "dicentem circumferre Crucifixum, vinctum a "militibus duci in magnam Romam[p]; cibum be- "stiarum, in spectaculum plebis, futurum[q]." Hanc audiens sanctus Martyr sententiam, cum gaudio exclamavit: "Gratias ago tibi, Domine, quia me "perfecta ad te charitate honorare dignatus es, "cum Apostolo tuo Paulo vinculis collocari fer-

[n] *Ignatius autem dixit* C. C.
[o] *etiam* deest C. C. Levit. xxvi 12. 2 Cor. vi 16.
[p] *in Romam duci magnam* C. C.
[q] *in spectaculum futurum plebis* C. C.

ἀναιρεθῆναι δόξειε, καὶ οὐδὲ βραχείας τὸ μετὰ ταῦτα μνήμης παρ' ἐκείνοις ἀξιωθήσεται.—Quo et illa Chrysostomi [in Ignatii Encomio, ii 598 ed. Ben.] faciunt, de Diaboli hac in re consilio. *Οὐ γὰρ ἐν ταῖς πόλεσιν, ὧν προεστήκεισαν, ἠφίει σφάττεσθαι τοὺς ἐπισκόπους, ἀλλ' εἰς τὴν ἀλλοτρίαν ἄγων ἀνήρει. Ἐποίει δὲ τοῦτο, ὁμοῦ μὲν ἐρήμους τῶν ἐπιτηδείων λαβεῖν σπεύδων, ὁμοῦ δὲ ἀσθενεστέρους ἐργάζεσθαι τῷ μόχθῳ τῆς ὁδοιπορίας ἐλπίζων.* USSER.

3. *Ἰγνάτιον κ. τ. λ.*] Sententiae verba ipsa esse haec vix crediderim: neque enim Magistratus Romani damnatis illudere, in ipsa sententia, solebant; nec Trajanus ferocis ingenii fuisse traditur. Nec diceret Romanus *παρὰ τὴν μεγάλην Ῥώμην*, sed sic in Provinciis populi loquebantur. CLERICUS. Infra § 5 *ἐν τῇ μεγάλῃ Ῥώμῃ*. Usserius conferri jubet Nicephor. H. E. iii 19, *Τραϊανῷ εἰς τὴν Ἀντιόχειαν γενομένῳ, ἐπεὶ ἐλέγχων οὐκ ἀνίει τὴν δεισιδαιμονίαν τἀνδρὸς, δέσμιον ἐκεῖθεν εἰς Ῥώμην ἐκπέμπει λέουσι παραβληθῆναι βορὰν, μὴ τὴν εἰς Χριστὸν ἐξομνύμενον πίστιν.* Digest. l. xxxi d. de Poenis, 'Ad 'bestias damnatos furore populi 'Praeses dimittere non debet. 'Sed si ejus roboris vel artificii 'sint, ut digne populo Romano 'exhiberi possint, Principem 'consulere debet. Ex provincia 'autem in provinciam transduci 'damnatos sine permissu Prin- 'cipis non licere Divus Severus 'et Antoninus rescripserunt.'

6. *βρῶμα θηρίων*] Sic in Ep. ad Rom. § 6, *Ἄφετέ με θηρίων εἶναι βοράν.* Cf. Euseb. H. E. viii 13, *οὗτος μὲν θηρίων βορὰ μεθ' ἑτέρων ἐπ' αὐτῆς Ἐμίσης γενόμενος.*

ib. *εἰς τέρψιν*] Potius *ὄψιν*, ut Vet. Int. Alter vero consentit cum Graeco, *pro avocatione populi.* Infra § 5, *ἵνα ἐπ' ὄψεσι τοῦ δήμου.* SMITH. Syrus utramque lectionem, *τέρψιν* et *ὄψιν*, videtur tueri, quarum posteriorem ex margine in textum irrepsisse existimo. PETERMANN.

7. *ὁ ἅγιος μάρτυς*] Serioris aevi locutio. Vide supra p. 570 l. 5.

8. *μετὰ χαρᾶς*] In Grabii libro typographi oscitantia dedit *κατὰ χαρᾶς.*

9. *ὅτι με τελείᾳ*] Hunc locum Clericus ita refingit et interpretatur: *ὅτι μοι τελείᾳ τῇ πρός*

Digitized by Google

" κατηξίωσας, τῷ ἀποστόλῳ σου Παύλῳ δεσμοῖς
" συνδήσας σιδηροῖς." Ταῦτα εἰπὼν, καὶ μετ' εὐφροσύνης περιθέμενος τὰ δεσμὰ, ἐπευξάμενος πρότερον τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ ταύτην παραθέμενος μετὰ δακρύων τῷ Κυρίῳ, ὥσπερ κριὸς ἐπίσημος, ἀγέλης καλῆς ἡγούμενος, ὑπὸ θηριώδους στρατιωτικῆς δεινότητος συνηρπάζετο, θηρίοις αἱμοβόροις ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἀπαχθησόμενος πρὸς βοράν.

Γ'. Μετὰ πολλῆς τοίνυν προθυμίας καὶ χαρᾶς, ἐπιθυμίᾳ τοῦ πάθους, κατελθὼν ἀπὸ Ἀντιοχείας εἰς τὴν Σελεύκειαν, ἐκεῖθεν εἶχετο τοῦ πλοός· καὶ προσχὼν μετὰ πολὺν κάματον τῇ Σμυρναίων πόλει, σὺν πολλῇ χαρᾷ καταβὰς τῆς νηὸς, ἔσπευδε τὸν ἅγιον Πολύκαρπον τὸν Σμυρναίων ἐπίσκοπον τὸν συνακροατὴν θεάσασθαι· ἐγεγόνεισαν γὰρ πάλαι μαθηταὶ τοῦ [ἁγίου] ἀποστόλου Ἰωάννου· παρ' ᾧ καταχθεὶς, καὶ πνευματικῶν αὐτῷ κοινωνήσας χαρισμάτων, καὶ τοῖς δεσμοῖς ἐγκαυχώμενος, παρεκάλει συναθλεῖν τῇ αὐ-

Smyrnam transit.

με ἀγάπῃ κ. τ. λ. *Gratias tibi, Domine, ago, quod in me eam sententiam tuleris ut me mulctaveris vinculis quae sunt mihi instar maximi tui erga me amoris.* Lectio vulgata, quam tuetur uterque Interpres, mihi quidem sensum satis bonum praebere videtur.

2. συνδήσας] In Vet. Int. corrige librarii mendum, et lege *colligari.* SMITH. Int. Cotton. habet *alligari.*

3. περιθέμενος] Non est *circumponens*, ut habet Vet. Int. sed ut alter, [Cottonianus] *suscipiens;* hoc est, *circumponi sibi passus.* CLERICUS.

4. τῇ ἐκκλησίᾳ,] Idem ac ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας. SMITH. Infra, § 6 habes παρακαλέσας τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ τῶν ἐκκλησίων.

ib. καὶ ταύτην παραθέμενος] Aliter Syrus ap. Cureton. *and prayed, first for the Church, with many tears, imitating his Lord in this, that like a notable ram of a good flock, he went at the head of it.*

7. αἱμοβόροις] Hunc locum addas illis quos e Patribus et Josepho collegit Hasius sub hac voce in nova Thesauri editione. Interpres, ut videtur, ὠμοβόροις legebat.

10. τοῦ πάθους,] *in the desire of the sufferings of the Cross,* Syrus.

ib. εἰς τὴν Σελεύκειαν,] Erat *Seleucia* [*Seleucia* nempe *Pie-*

Digitized by Google

" reis." Haec dicens, et cum gaudio circumponens vincula, oransque prius pro Ecclesia, et hanc cum lachrymis commendans Domino; velut aries insignis boni gregis dux, a bestiali militari duritia raptus est, bestiis cruda vorantibus ad Romam ad cibum adducendus.

III. Cum multa igitur promptitudine et gaudio, ex desiderio passionis, descendens ab Antiochia in Seleuciam, illinc[r] habebat navigationem: et applicans post multum laborem Smyrnaeorum civitati[s], cum multo gaudio descendens de navi festinabat sanctum Polycarpum Episcopum[t] coauditorem videre: (fuerant enim quondam discipuli Johannis[u].) Apud quem adductus, et spiritualibus[v] cum ipso communicans charismatibus[w], et vinculis glorians, deprecabatur concertare ipsius

[r] *illuc* C.C.

[s] *civitati* deest C. C.

[t] *Episcopum Smirneorum* C. C.

[u] *Apostoli* MS. Cott.

[v] *spiritualiter ei* MS. C.

[w] *carismatibus* C. C.

riae] urbs maritima, 130 stadiis ab *Antiochia* dissita, ut in Persicorum lib. ii docet Procopius; [p. 62 l. 15 ed. Hoeschel.] ex qua, ut Paulus et Barnabas, Act. xiii 4, ita nunc iter suum maritimum iniit Ignatius. USSER.

11. *τοῦ πλοός*·] Serioris aevi genitivus. Vid. Lobeck. ad Phrynich. p. 453. Eamdem formam adhibet S. Lucas, Act. xxvii 9. Cf. *τοῦ νοὸς* I Cor. xiv 19, Eph. iv 17, 23.

12. *μετὰ πολὺν κάματον*] Cf. Ep. ad Rom. § 5, *Ἀπὸ Συρίας μέχρι Ῥώμης θηριομαχῶ.*

ib. *τῇ Σμυρναίων πόλει,*] Ruinart. et Grabius, scripturam Cod. Colbert. serviliter secuti, *Σμυρνέων.*

13. *τῆς νηός,*] Clericus, Ionismo offensus, de suo dedit *τῆς ναός*, hic, et infra § 5.

14. *τὸν συνακροατὴν*] *Condiscipulum.* Versio Curetoniana: *who was his fellow in the obedience of Christ.*

15. *πάλαι*] Non semper de longo tempore dicitur, e. g. infra, p. 592 l. 8. Cf. Platon. Theaet. init. *ἐπεικῶς πάλαι*, et Xenoph. Oecon. xvi 10, *ἔλεγον ἐγώ σοι πάλαι.* De minus quinquaginta annorum intervallo ponit Thucydides, ii 35. Cf. Clem. Rom. supra, p. 178 l. 3.

ib. *τοῦ* [*ἁγίου*] *ἀποστόλου*] Smithus et Gallandius uncinis incluserunt *τοῦ ἀποστόλου*, quam vocem agnoscit Int. Cotton.

16. *παρ' ᾧ καταχθείς,*] Infeliciter haec post Int. Vet. vertit Wakius, *being brought to him.* Melius Ruinart. et Clericus, *apud quem diversatus*, quo sensu recentiores hanc vocem frequentasse docet Passovius.

18. *συναθλεῖν*] Hoc est, precibus a Deo petere, ut Ignatium

Digitized by Google

τοῦ προθέσει, μάλιστα μὲν κοινῇ πᾶσαν ἐκκλησίαν· (ἐδεξιοῦντο γὰρ τὸν ἅγιον διὰ τῶν ἐπισκόπων καὶ πρεσβυτέρων καὶ διακόνων αἱ τῆς Ἀσίας πόλεις καὶ ἐκκλησίαι, πάντων ἐπειγομένων πρὸς αὐτὸν, εἴ πως μέρος χαρίσματος λάβωσι πνευματικοῦ·) ἐξαιρέτως δὲ τὸν ἅγιον Πολύκαρπον, ἵνα διὰ τῶν θηρίων θᾶττον ἀφανὴς τῷ κόσμῳ γενόμενος, ἐμφανισθῇ τῷ προσώπῳ τοῦ Χριστοῦ.

Scribit Ecclesiis, praesertim Romanae.

Δ'. Καὶ ταῦτα οὕτως ἔλεγεν, καὶ οὕτως διεμαρτύρατο· τοσοῦτον ἐπεκτείνων τὴν πρὸς Χριστὸν ἀγάπην, ὡς οὐρανοῦ μέλλων ἐπιλαμβάνεσθαι διὰ τῆς καλῆς ὁμολογίας καὶ τῆς τῶν συνευχομένων ὑπὲρ τῆς ἀθλήσεως σπουδῆς, ἀποδοῦναι δὲ τὸν μισθὸν ταῖς ἐκκλησίαις ταῖς ὑπαντησάσαις αὐτῷ διὰ τῶν ἡγουμένων, γραμμάτων εὐχαριστῶν ἐκπεμφθέντων πρὸς

gloria martyrii donaret. Peti tamen hoc unum recte poterat a Deo, ut constantem praestaret, si ad sanguinem pro Christo fundendum eum vocaret. Omnes enim preces ejuscemodi ex arbitrio Dei pendeant necesse est, cujus consilia homines ignorant. CLERICUS.

1. *πᾶσαν ἐκκλησίαν*·] Intelligi hic non tantum Ecclesiam totam Smyrnensem, sed totum *σύστημα* Ecclesiarum Asianarum, sequentia sat clare ostendunt. CLERICUS.

5. *μέρος χαρίσματος πνευματικοῦ*·] Locutio ex Ep. ad Rom. i 11 desumta; *ἵνα τι μεταδῶ χάρισμα ὑμῖν πνευματικόν.* Per *πνευματικὰ χαρίσματα* Symbola Eucharistica intelligit Clericus; quam interpretationem vellem exemplis vocis *χάρισμα* hoc sensu usurpatae confirmasset. Rationem longe aliam adfert Burtonus, qui de donis quae vocantur miraculosis sermonem esse opinatur. *Lectures on the Ecclesiastical History of the Second and Third Centuries*, p. 231. Dona illa extraordinaria Spiritus Sancti non modo secundo sed et sequenti saeculo Ecclesiae liberaliter concessa fuisse, docet Moshemius, de Rebus Christianorum ante Constantinum. Saec. ii § 5. Cf. Saec. iii § 4. Operae pretium facies si de hac quaestione adieris Praesulem eruditissimum Johannem Kaye, in libro inscripto, *The Ecclesiastical History of the Second and Third Centuries illustrated from the Writings of Tertullian*, pp. 98—100. Loca classica legas in Justin. M. Dial. cum Tryph. 82, Iren. adv. Haer. II xxxi 2, V vi

Digitized by Google

proposito, maxime quidem [x] communiter omnem Ecclesiam : (honorabant enim Sanctum per Episcopos, Presbyteros et Diaconos, Asiae civitates et Ecclesiae ; omnibus festinantibus ad ipsum, si quo aliquam partem charismatis accipiant spiritualis :) praecipue autem Sanctum Polycarpum ; ut velocius, per bestias disparens mundo factus, appareat faciei Christi.

[x] *quidem. Communiter omnes Ecclesiae honorabant. Honorabant enim &c.* C. C.

IV. Et hoc sic dixit, sic testificatus est : tamen extendens eam, quae circa Christum, charitatem, ut coelum quidem apprehendere per *bonam confessionem* et per coorantium pro certamine studium, reddi autem mercedem Ecclesiis obviantibus Christi, per praecedentes literas gratias agens,

1 Tim. vi 12.

1. Origen. c. Celsum, i 2 extr. et Ruaei notam ; 46, ii 8, iii 28, vii 4, 67.

9. Δ'. Καὶ ταῦτα] Tota haec Sectio, cum parte proxime sequentis, usque ad verba *attigit ad Troadem*, p. 589 l. 3 abest a MSto Cottoniensi.

10. ἐπεκτείνων] Curetonus, p. 254, *Stretched out were his hands ; and the hope of his heart* (*was*), *that he might obtain heavenly things by a good testimony.*

11. μέλλων] Hanc Toupii emendationem, pro μέλλειν, admisit Hefelius.

14. διὰ τῶν ἡγουμένων,] *Per Praefectos* sive *Episcopos.* Vet. Int. *per praecedentes*, (hic enim interpunctio apponenda est, nec ad *literas*, quae subsequuntur, referri aut potest aut debet) h. e. *dignitate praecedentes ;* vel potius rescribendum, *Praesidentes*, quo titulo Episcopi merito suo olim gavisi sunt. Hoc potius malo, quam ut fingam Interpretem nostrum in suo Codice προηγουμένων reperisse. Versionem autem Latinam ad exemplar Graecum, in quo sensus integer et intellectu facilis est, omnino conformari oportere quis non videt ? Male hanc et alteram, quae sequitur, sectionem imaginatus est Usserius ab Ignatianarum Epistolarum collectore fuisse intersertas : quas series narrationis necessario exigit, et quae procul omni dubio in originalibus Martyrii Actis exstabant, ut hodie Graece exstant. SMITH. Vox ἡγούμενοι legitur in Ep. ad Heb. xiii 7, 17, 24, quibus in locis Vulgata Versio habet *praepositi*, Beza *ductores*. Hermas, Past. I ii 2, " Dices ergo eis " *qui praesunt* Ecclesiae."

15. γραμμάτων εὐχαριστῶν] Leg. εὐχαριστικῶν. GRABIUS. Forsitan διὰ γραμμάτων vel γραμμάτων εὐχαρίτων. TOUP. Aliter

Digitized by Google

αὐτὰς, πνευματικὴν μετ' εὐχῆς καὶ παραινέσεως ἀποσταζόντων χάριν. Τοιγαροῦν τοὺς πάντας ὁρῶν εὐνοϊκῶς διακειμένους περὶ αὐτὸν, φοβηθεὶς μή ποτε ἡ τῆς ἀδελφότητος στοργὴ τὴν πρὸς Κύριον αὐτοῦ σπουδὴν ἐκκόψῃ, καλῆς ἀνεῳχθείσης αὐτῷ θύρας τοῦ μαρτυρίου, οἷα πρὸς τὴν ἐκκλησίαν ἐπιστέλλει Ῥωμαίων ὑποτέτακται.

Legitur hic Epistola ad Romanos.

A Smyrna Romam ducitur.

Ε'. Καταρτίσας τοίνυν, ὡς ἠβούλετο, τοὺς ἐν Ῥώμῃ τῶν ἀδελφῶν ἄκοντας διὰ τῆς ἐπιστολῆς, οὕτως ἀναχθεὶς ἀπὸ τῆς Σμύρνης (κατεπείγετο γὰρ ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ὁ Χριστοφόρος φθάσαι τὰς φιλο-

ap. Int. Syrum: *those Churches which came to meet him by means of their chief persons, and conducted him with letters of thanks.*

1. ἀποσταζόντων χάριν.] Perperam Int. Vet. Similem fere locutionem habes in Ep. ad Magn. § 14, δροσισθῆναι.

5. σπουδὴν ἐκκόψῃ,] Timebat nempe, ne Ecclesia Romana, ejus amore permota, amicos adhiberet apud Trajanum, non inclementem caeteroqui Principem, ut veniam sibi impetrarent; quod si factum fuisset, egregiam occasionem constantiae suae Deo et hominibus probandae amitteret. CLERICUS. Versio Curetoniana: *when, then, he saw the love of all men towards him, and the access by means of their ministry to the love of God, he was afraid, and feared lest he might go astray from his unanimity and love towards his Lord, by means of the solicitude which there was for him from many, and might wander from the door of that martyrdom to which he was sent.*

9. Καταρτίσας] Καταρτίζειν, non videtur hic esse *perficere*, ut habet Vetus Int. Usserianus, sed *componere animos* aliter sentientium, eosque ad id probandum quod ipse cupiebat adducere. Idem Interpres ἀντὶ τοῦ ἄκοντας legit ἀπόντας. [quam lectionem praetulit Smithus.] Sed potior est Colbert. Cod. lectio. *Inviti* sane videbant Christiani eximium virum et qui Episcopali munere egregie fungeretur, ad mortem duci, quamvis caeteroquin ejus constantiam probarent. Vide de verbo καταρτίζω dicta ab Hammondo atque a nobis ad II Cor. xiii 11. CLERICUS. Ruinartus vertit, *postquam ergo repugnantes fratres . . . . praeparasset;* quam interpretationem sequitur Chevallier. Paullo aliter Wakius, *and having thus strengthened such of the breth-*

Digitized by Google

appositas ad ipsas, spiritualem cum orationibus [y] et admonitionibus amplexantes gratiam. Igitur omnes videns amicabiliter dispositos ad ipsum, timens ne forte fraternitatis dilectio ad Dominum ipsius festinationem abscindat, bona aperta ipsi porta martyrii, talia ad Ecclesiam mittit Romanorum, ut subordinata sunt.

[y] *y oratione* C. C.

Act. xxi 13.

Vide supra p. 378.

V. Perficiens igitur, ut volebat, eos qui in Roma fratrum absentes per Epistolam, sic ductus [z] a Smyrna; (urgebatur enim a militibus Christophorus [a] occupare honores in magna civitate, ut in

[z] *ductus fr.* . . . et chasma literarum plus quam quinque in C.C.

[a] *Christoferus* C. C.

ren as were against his martyrdom. Ruchatus, *Ayant ainsi ramené par sa lettre ceux d'entre les frères de Rome*, &c.

12. ὁ Χριστοφόρος] Cf. Ep. ad Eph. § 9, Χριστοφόροι, ἁγιοφόροι.

ib. τὰς φιλοτιμίας] Per hasce φιλοτιμίας intelligo ludos solennes, magno sumptu ac studio a munerum publicorum magistratuumque candidatis, qui inde gratiam et applausum plebis Romanae captabant, pro more exhiberi solitos. Quapropter S. Ignatius a feris militibus, jam occupata terra, ad iter maturandum urgebatur, ut Romam, antequam dies isti communis laetitiae et publicae festivitatis essent elapsuri, perveniret; bestiis nimirum in Amphitheatro, juxta sententiam ab ipso Trajano nuper Antiochiae latam, objiciendus. Patet autem ex Kalendario vetusto sub Imperatore Constantio, filio Constantini Magni, confecto, in quo sola Gentilium solemnia recensentur, quod edidit Lambecius in Appendice ad iv Lib. Commentariorum de Bibliotheca Vindobonensi, illo ipso die, quo S. Ignatius martyrium passus est, nempe decimo tertio Kalendas Januarias, *Munus Kandida*, i. e. *Candidatorum*, celebratum fuisse. SMITH. Ita intellexerunt etiam Ruinartus et Clericus. Idem Kalendarium exhibet Graevius, Thes. Antiq. Rom. viii p. 96 sq. Locus Demosthenis, quem minus accurate a Budaeo indicatum fuisse queritur Clericus, exstat in Orat. de Corona, tom. i p. 312 ed. Reisk. ἐμοὶ μὲν τοίνυν ὑπῆρξεν, Αἰσχίνη, ... ἐξελθόντι ἐκ παίδων, τἀκόλουθα τούτοις πράττειν, χορηγεῖν, τριηραρχεῖν, εἰσφέρειν, μηδεμιᾶς φιλοτιμίας, μήτε ἰδίας μήτε δημοσίας, ἀπολείπεσθαι. Nostrum locum optime illustrat Lucianus, Asin. § 53. Εἶτα τὸ τελευταῖον τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἐνστάσης, ἐν ᾗ τὰς φιλοτιμίας ἦγεν ὁ ἐμὸς δεσπότης, εἰσάγειν ἔγνωσάν με εἰς τὸ θέατρον. Liceat mihi, dum de hoc sensu vocis φιλοτιμία agitur, locum Plutarchi quem in

Digitized by Google

τιμίας ἐν τῇ μεγάλῃ Ῥώμῃ, ἵνα ἐπ' ὄψεσι τοῦ δήμου Ῥωμαίων θηρσὶν ἀγρίοις παραδοθεὶς, τοῦ στεφάνου τῆς ἀθλήσεως ἐπιτύχῃ,) πρόσεσχε τῇ Τρωάδι. Εἶτα ἐκεῖθεν καταχθεὶς ἐπὶ τὴν Νεάπολιν διὰ Φιλίππων παρώδευεν Μακεδονίαν, περὶ καὶ τὴν ἤπειρον τὴν πρὸς Ἐπίδαμνον, ἐν τοῖς παραβαλαττίοις νηὸς ἐπιτυχὼν, ἔπλει τὸ Ἀδριατικὸν πέλαγος, κἀκεῖθεν ἐπιβὰς τοῦ Τυρρηνικοῦ, καὶ παραμείβων νήσους τε καὶ πόλεις, ὑποδειχθέντων τῷ ἁγίῳ Ποντιόλων, αὐτὸς μὲν ἐξελθεῖν ἔσπευδεν, κατ' ἴχνος βαδίζειν ἐθέλων τοῦ ἀποστόλου Παύλου. Ὡς δὲ ἐπιπεσὸν βίαιον πνεῦμα οὐ συνεχώρει, τῆς νηὸς ἐκ πρύμνης ἐπειγομένης, μακαρίσας τὴν ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ τῶν ἀδελφῶν ἀγάπην, οὕτω παρέπλει. Τοιγαροῦν ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ καὶ νυκτὶ τῇ αὐτῇ, οὐρίοις ἀνέμοις προσχρησάμενοι, ἡμεῖς

Indice omisit Reiskius, exhibere. ζηλοτυποῦσα δὲ Κλεοπάτρα τὰς Ὀκταβίας ἐν τῇ πόλει τιμὰς . . . . πολλαῖς ἀνελάμβανε φιλοτιμίαις τὸν δῆμον. Vit. Antonii, § 57. Φιλότιμον, ut, e Crusii Turco-Graecia docet Cangius, Glossar. Med. et Inf. Graecitatis, appellant Graeci hodierni *munus*, quo Patriarcham donant, cum quarto aut quinto quoque anno cum suis comitibus metropoles Ecclesiae Graecanicae subjectas lustrat ac circumit.

1. Ῥώμῃ,] Int. Vet. legebat, ἐν τῇ μεγάλῃ πόλει. Vide quae supra notavimus ad § 2.

2. τοῦ στεφάνου τῆς ἀθλήσεως] Supple ex Int. Vet. δικαιοσύνης διὰ τοιαύτης. SMITH.

4. ἐκεῖθεν——ἐπὶ τὴν Νεάπολιν] Hunc trajectum bis fecit Apostolus, ultro citroque. Act. xvi 11, xx 6.

5. Μακεδονίαν,] Adde πεζῇ, ut legebat Vet. Int. et habet Symeon. SMITH. Uhlhorn. pro περὶ reponit πεζῇ. Cf. Act. xvi 11, 12.

ib. περὶ καὶ] καὶ περὶ in prioribus edd. Hefelius; in quarta πέρα καί *et ultra etiam eam Epiri partem.*

ib. τὴν πρὸς Ἐπίδαμνον,] Ignatius via Egnatia, Thessalonicam cum Dyrrachio, i. e. Epidamno jungente usus est. Cf. Tafel. Dissert. i et ii de via Egnatia, Gotting. 1837, et Tubing. 1841. HEFELIUS. Ad illum tractum terrae continentis et mediterraneae, in quo sita est Epidamnus. SMITH. Aliter Grabius et Clericus cum Ruinarto, καὶ τὴν Ἤπειρον τὴν πρὸς Ἐπίδαμνον. *ad eam Epiri partem, quae ad Epidamnum sita est.* Sic Wakius quoque et

Digitized by Google

conspectu plebis Romanorum bestiis feris projectus corona justitiae per tale certamen potiatur;) attigit ad Troadem [b]. Deinde illinc ductus ad Neapolim per Philippenses [c], pertransivit Macedoniam pedes, et terram quae ad Epidamnium. Cujus in juxta marinis nave potitus, navigavit Adriacum pelagus, et illinc [d] ascendens Tyrannicum [e], et transiens insulas et civitates, ostensis Sancto Pociolis, ipse quidem exire festinavit, secundum vestigia ambulare volens Apostoli Pauli. Ut autem incidens violentus non concessit ventus, nave a prora repulsa, beatificans illam quae in illo loco fratrum charitatem [f], sic transnavigavit. Igitur in una die et nocte eadem prosperis ventis utentes,

[b] *Trojae appropinquavit.* MS. Cott.
[c] *Philippesios* MS. Cott. *Philippenses transivit* C. C.
[d] *illuc* C. C.
[e] *Turannicum* C. C. Act. xxviii 13, 14.
[f] *caritatem fratrum* C. C.

Chevallierius. Armenius, *transibat Macedoniam pedes terra, donec veniebat in Epidamnum urbem (quae est Dyrrachium juxta Epirum) maritimam.* Apud Ruchat. pro *de l'Empire*, legendum *de l'Epire.* Paullum lucis adferunt Interpretes qui pro *Tyrrhenicum* praestant *Tyranicum* vel *Tyrannicum*, et quorum alter ex urbe Puteolana, quod jam monuerat Usserius, Pontiolum Episcopum fabricavit, quem et S. Ignatio obviam exisse finxit. Cod. Caiensis non exhibet *et ad terram*, uti docet Smithus.

6. *ἐν τοῖς παραθαλαττίοις*] i. e. vel Epidamni vel Apolloniae; ex utraque urbe via Egnatia initium cepit. Cf. Tafel. Dissert. i pp. 2, 3. HEFELIUS, qui ad mentem Int. Vet. post *Ἐπίδαμνον* incidit.

8. *καὶ παραμείβων——πόλεις,*] Neque in altero Interprete ista leguntur, neque in Metaphrasta. USSER.

11. *Ὡς δὲ ἐπιπεσὼν κ. τ. λ.*] Interpres Vetus fraudi fuit Chevallierio, qui sic vertit: *But a violent wind arising, and driving back the ship.* Rectius Wakius, *driving on the ship.* Hoc scilicet vult Actorum Scriptor, Ignatium, quo pressius Pauli vestigiis incederet, iter a Puteolis Romam usque terra facere cupiise; cujus voti compos fuisset, ni validus ventus aspirasset, et militibus Romam properantibus fidem fecisset, cursum maritimum faciliorem fore itinere pedestri.

12. *τῆς νηὸς*] Vide supra § 3.

ib. *μακαρίσας*] *beatos praedicans*, quod, per septiduum, Paulum hospitio excepissent. CLERICUS.

13. *τῶν ἀδελφῶν ἀγάπην,*] Ita ipse Ignatius ad Smyrn. [§ 12] necnon ad Philad. [11] *Ἀσπάζεται ὑμᾶς ἡ ἀγάπη τῶν ἀδελφῶν τῶν ἐν Τρωάδι.* GRABIUS.

15. *ἡμεῖς*] Chevallier. Ruinartum secutus, censet ex hoc

Digitized by Google

μὲν ἄκοντες ἀπηγόμεθα, στένοντες ἐπὶ τῷ ἀφ' ἡμῶν μέλλοντι χωρισμῷ τοῦ δικαίου γίνεσθαι. Τῷ δὲ κατ' εὐχὴν ἀπέβαινεν σπεύδοντι θᾶττον ἀναχωρῆσαι τοῦ κόσμου, ἵνα φθάσῃ πρὸς ὃν ἠγάπησεν Κύριον. Καταπλεύσας γοῦν εἰς τοὺς λιμένας Ῥωμαίων, μελλούσης λήγειν τῆς ἀκαθάρτου φιλοτιμίας, οἱ μὲν στρατιῶται ὑπὲρ τῆς βραδύτητος ἤσχαλλον, ὁ δὲ ἐπίσκοπος χαίρων κατεπείγουσιν ὑπήκουσεν.

ς'. Ἐκεῖθεν γοῦν ἐώσθησαν ἀπὸ τοῦ καλουμένου Πόρτου· (διεπεφήμιστο γὰρ ἤδη τὰ κατὰ τὸν ἅγιον μάρτυρα·) συναντῶμεν τοῖς ἀδελφοῖς φόβῳ καὶ χαρᾷ πεπληρωμένοις, χαίρουσιν μὲν ἐφ' οἷς ἠξιώντο τῆς τοῦ Θεοφόρου συντυχίας, φοβουμένοις δὲ διότι περ ἐπὶ θάνατον ὁ τοιοῦτος ἤγετο. Τισὶ δὲ καὶ παρήγγελλεν ἡσυχάζειν, ζέουσι καὶ λέγουσι καταπαύειν τὸν δῆμον πρὸς τὸ μὴ ἐπιζητεῖν ἀπολέσθαι τὸν δίκαιον, ὃς εὐθὺς γνοὺς τῷ πνεύματι, καὶ πάντας ἀσπασά-

Romam advertit.

loco satis constare haec Acta esse genuina, quia scilicet ad normam D. Lucae, Act. xvi 8—10, transit scriptor a tertia ad primam personam.

2. μέλλοντι χωρισμῷ] *futura separatione*, per mortem Martyris. USSER. μέλλοντι——γίνεσθαι. Cf. Euseb. H. E. i 4, τὸ μέλλον ἔσεσθαι προθεωρήσας.

5. μελλούσης λήγειν—φιλοτιμίας,] In MS. [Vet. Int.] glossa haec ad marginem habetur apposita. *Inanem gloriam dicit militum; qui inaniter gloriabantur de eo, quod Sanctum vinctum ducebant ad mortis spectaculum.* USSER. Recte Ruinartus, *quum finis immundi spectaculi instaret.* Vide p. 586 l. 12.

9. ἐώσθησαν] Post hanc vocem interpunxit Freyius. Caeteri libri exhibent ἐώθησαν. Vide sis Elmsleium ad Eurip. Med. 329.

10. Πόρτου·] Ad hunc etiam usque diem *Il Porto* vocato, de quo in xii Ecclesiasticae suae Historiae libro Philostorgius, [cap. 3 p. 535 ed. Vales.] Μέγιστον οὗτος νεώριον Ῥώμης, λιμέσι τρισὶ περιγραφόμενος, καὶ εἰς πόλεως μικρᾶς παρατεινόμενος μέγεθος. Portus autem iste Romanus, prope Ostiam a Claudio structus, a Trajano nuper in melius restauratus fuerat, tum aliis rebus postea, tum Portuensi Hippolyti Episcopatu celebris; qui a Johanne Zonara et aliis, ἐπίσκοπος τοῦ κατὰ Ῥώμην Πόρτου

Digitized by Google

nos quidem nolentes abducimur, gementes de ea quae a nobis futura separatione : justo [g] autem fieri ipsi secundum votum accidit ; festinanti citius recedere de mundo, ut attingat ad quem dilexit Dominum. Navigantes igitur in Portum Romanorum, debente finem habere mundi inani gloria, milites quidem pro tarditate offendebantur. Episcopus autem gaudens festinantibus obediebat.

[g] *justi* C. C

VI. Illinc igitur expulsi a vocato Portu, (diffamabantur enim jam quae secundum sanctum Martyrem [h],) obviamus fratribus, timore et gaudio repletis, gaudentibus quidem in quibus dignificabantur, eo quod Theophori consortio ; timentibus autem, quod ad mortem talis ducebatur. Quibusdam autem et annunciavit silere, ferventibus et dicentibus quietare plebem ad non expetere perdere justum : quos confestim spiritu cognoscens,

[h] *secundum Martyrem sanctum* C. C.

appellatur. USSER. Ostiam intelligit Clericus, Hist. Eccl. A. D. 116 § 8. Humani quid passus est V. D. laeva enim Tiberis ripa sita est Ostia urbs, dextra autem Portus Romanus. Videatur omnino Cluverius, Ital. Antiq. p. 878. Cf. Gibbon. cap. 31.

11. *συναντῶμεν*] Ita pro vulgata *σὺν αὐτῷ μὲν* reposui e Codice Parisiensi : quemadmodum legisse Int. Vet. constat, uti jam monuerat Smithus.

12. *τῆς τοῦ Θεοφόρου*] Apud Int. Vet. duo illa vocabula *eo quod* redundare videntur. Ita tamen in Cod. MS. exstare reperi. Distingue igitur hac punctuatione, *eo, quod Theophori* (nempe *erat*) *consortio*. SMITH.

13. *διότι περ ἐπὶ θάνατον*] *διότι τὴν ἐπὶ θάνατον* mallet Toupius, et mox *ἡσυχάζειν, σίζουσι*.

15. *ἡσυχάζειν,*] Hoc est, ut *quieti exspectarent* martyrii ejus consummationem, nec conarentur *populum sedare*, ne ipsum ad mortem posceret ; quomodo faciebant ii, quos *ζέοντας* vocat, *ferventes ;* cupiditate nempe ejus morti eripiendi. CLERICUS. *ἡσυχάζειν*, pro *ἡσυχάζουσιν*, cum Clerico, cui adstipulantur Ruinartus, Smithus, Grabius, Wakius, et Chevallierius, in textum recepi. Ruchatus alteram lectionem sequitur ; *Il fit savoir son arrivée à quelques uns, qui vivoient dans la retraite.*

17. *ὃς εὐθὺς*] Legebat Vet. Int. *οὗς*. SMITH. S. Marcus, ii 8, *Καὶ εὐθέως ἐπιγνοὺς ὁ Ἰησοῦς τῷ πνεύματι αὐτοῦ.*

Digitized by Google

μενος, αἰτήσας τε παρ' αὐτῶν τὴν ἀληθινὴν ἀγάπην, πλείονά τε τῶν ἐν τῇ ἐπιστολῇ διαλεχθεὶς, καὶ πείσας μὴ φθονῆσαι τῷ σπεύδοντι πρὸς τὸν Κύριον, οὕτω μετὰ γονυκλισίας πάντων τῶν ἀδελφῶν, παρακαλέσας τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ τῶν ἐκκλησιῶν, ὑπὲρ τῆς τοῦ διωγμοῦ καταπαύσεως, ὑπὲρ τῆς τῶν ἀδελφῶν εἰς ἀλλήλους ἀγάπης, ἀπήχθη μετὰ σπουδῆς εἰς τὸ ἀμφιθέατρον. Εἶτα εὐθὺς ἐμβληθεὶς κατὰ τὸ πάλαι πρόσταγμα τοῦ Καίσαρος, μελλουσῶν καταπαύειν τῶν φιλοτιμιῶν, (ἦν γὰρ ἐπιφανὴς, ὡς ἐδόκουν, ἡ λεγομένη τῇ Ῥωμαϊκῇ φωνῇ τρισκαιδεκάτη, καθ' ἣν σπουδαίως συνήεσαν) οὕτως θηρσὶν ὠμοῖς παρὰ τῷ ναῷ παρεβάλλετο, ὡς παρ' αὐτὰ τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ἰγνατίου πληροῦσθαι τὴν ἐπιθυμίαν, κατὰ τὸ γε-

A bestiis devoratur.

2. ἐν τῇ ἐπιστολῇ] Nempe, ad Romanos, in qua vehementer eos orat, ne vellent pro se intercedere, ne Martyrium pateretur. CLERICUS. Cf. § 7, Βασκανία ἐν ὑμῖν μὴ κατοικείτω· κ. τ. λ.

4. μετὰ γονυκλισίας] Sic § 7 infra. Cf. Act. xxi 5, θέντες τὰ γόνατα. Hermas, Past. I i 1, ii 1, iii 1, "positis genibus."

ib. πάντων τῶν ἀδελφῶν,] 'Fratres pro dilectione sua cupidi 'sunt ad conveniendum et visitandum confessores bonos, 'quos illustravit jam gloriosis 'initiis Divina dignatio.' Cyprianus in Epistola 5 ed. Fell.

8. τὸ πάλαι πρόσταγμα] Sic loquitur Martyrii scriptor, quia ante aliquot menses sententiam pronunciarat Trajanus. CLERICUS. Vide supra notata, p. 582 l. 15.

10. ἐπιφανὴς,] Nempe, ἑορτή. Eo die et seqq. celebrabantur Sigillaria; de quibus vide Lipsium, Saturnal. i 4. ['Ipsa Saturnalia 'constabant diebus quinque; at 'Sigillaria, quae subsequeban-'tur, binis.'] CLERICUS. Sigillaria Usser. item intelligit, quorum Saturnalibus 'adjecta 'celebritas,' ut habet Macrobius, Saturnal. i 10, ab Usserio indicatus, 'in septem dies dis-'cursum publicum et laetitiam 'religionis extendit.' Huic solennitati non adeo bene convenire φιλοτιμίας nuncupationem arbitratur Smithus. Temporum autem ratio in Martyrologiis incertissima est. Vid. Pearson. Opp. Posth. p. 26.

11. ἡ λεγομένη—τρισκαιδεκάτη,] Infra § 7, τῇ πρὸ δεκατρίων Καλανδῶν Ἰαννουαρίων.

12. παρὰ τῷ ναῷ] Forte legebat Vet. Int. παρὰ τῶν ἀνοσίων sive ἀνόμων. SMITH. Erat Amphitheatrum Jovi Latiari, aut Stygio, et Dianae sacrum; quamobrem mirum non est hic

Digitized by Google

et omnes salutans, petensque ab ipsis veram[i] charitatem, pluraque iis[k] quae[l] in Epistola disputans, et suadens non invidere festinanti ad Dominum, sic[m] (cum genuflexione omnium fratrum, deprecans Filium Dei pro Ecclesiis, pro persecutionis quietatione, pro fratrum adinvicem charitate) subductus est cum festinatione in Amphitheatrum. Deinde confestim projectus, secundum quondam praeceptum Caesaris[n], debentibus quiescere gloriationibus, (erat enim solennis, ut putabant, dicta Romana voce *Tertiadecima*, secundum quam studiose convenerunt) sic bestiis crudelibus ab impiis apponebatur, ut confestim sancti Martyris Ignatii[o] compleretur desiderium, secundum quod scriptum

[i] *veniam, caritatem* C. C.
[k] *hiis* C. C.
[l] *quae* deest C. C.
[m] *Sic quae* C. C.
[n] *quondam Caesaris praeceptum* C. C.
[o] *sancti Ignatii Martiris* C. C.

Templi mentionem fieri. Prudentius, lib. i contra Symmachum ver. 379 et seqq. ubi de Amphitheatralibus muneribus;

Respice terrifici scelerata sacraria Ditis,
Cui cadit infausta fusus gladiator arena.

Rursus ver. 396,

Funditur humanus Latiari in munere sanguis,
Consessusque ille spectantum solvit ad aram
Plutonis fera vota sui.

Ex hoc Martyrii loco liquet eorum, qui feris objiciebantur, sanguinem fusum ad Aedem quampiam, in qua fuisse videtur ara, Prudentio memorata. CLERICUS.

13. *παρ' αὐτὰ*] Vide quae supra notavimus ad Ignatii Ep. ad Trall. § 11.

14. *πληροῦσθαι τὴν ἐπιθυμίαν*,] Metaphrastes, *ἔργῳ τῆς εὐχῆς τῷ ἀνδρὶ πληρωθείσης, ὥστε τάφον αὐτῷ τὰ θηρία γενέσθαι, καὶ μηδὲν ὑπολειφθῆναι τοῦ σώματος.* et alter Biographus, verbis horum Actorum propius expressis; *Ἔδραμον ἐπ' αὐτὸν οἱ λέοντες, καὶ ἐξ ἑκατέρων τῶν μερῶν σπαράξαντες, κατέδοντο αὐτοῦ, ὡς παρ' αὐτὰ κ. τ. λ.* quae Vet. Lat. Int. in sensum menti Auctoris plane contrarium transformavit. *Accurrerunt ad eum duo leones, et ex utraque parte super eum incidentes, praefocaverunt eum tantummodo, et non tetigerunt carnes ejus.* Qui error inde ad posteriores Latinos, Bedam, in Martyrol. viii Kal. Dec., Adonem, in Libello de Festiv. Apostolor. Kal. Feb., Vincentium Bellovacensem, in Specul. Historial. Lib. x cap. 56, Antonium Florentinum, in Chronic. Part. i Tit. 7 cap. i § 11, et Petrum Equilinum, in Natal. Sanctor. Lib. iii cap. 64, derivatus, et ipsius Martyris voto repugnat, et Graecorum Scriptorum consensui. Desiderium enim suum in Ep. ad Rom. Ignatius expresserat. De voti eventu communem hominum sententiam ita retulit Eusebius, H. E. iii 36, *Λόγος δ' ἔχει τοῦτον ἀπὸ Συρίας ἐπὶ τὴν Ῥωμαίων πόλιν ἀναπεμ-*

Digitized by Google

γραμμένον, "Ἐπιθυμία δικαίου δεκτή·" ἵνα μηδενὶ τῶν ἀδελφῶν ἐπαχθὴς διὰ τῆς συλλογῆς τοῦ λειψάνου γένηται, καθὼς φθάσας ἐν τῇ ἐπιστολῇ τὴν ἰδίαν ἐπεθύμει γενέσθαι τελείωσιν. Μόνα γὰρ τὰ τραχύτερα τῶν ἁγίων αὐτοῦ λειψάνων περιελείφθη, ἅτινα εἰς τὴν Ἀντιόχειαν ἀπεκομίσθη, καὶ ἐν λίνῳ κατετέθη,

φθέντα, θηρίων γενέσθαι βοράν. Quibus, ex aliis scriptoribus Evagrius, i 16, addidit, ὡς ἐβούλετο, τάφον τὰς τῶν θηρίων ἐσχηκὼς γαστέρας ἐν τῷ τῆς Ῥώμης ἀμφιθεάτρῳ. Graeci quoque in Menaeo, Decemb. 20, Βληθεὶς εἰς τὸ ἀμφιθέατρον, ὑπὸ τῶν ἀφεθέντων ἐπ' αὐτὸν λεόντων διεσπάσθη, et sermone ad ipsum Ignatium converso, Σπλάγχνα θηρίων σοι τάφος γεγόνασι. Nicephorus denique, xiv 44, ὡς ἐκείνῳ βούλησις ἦν, τάφῳ ταῖς τῶν θηρίων ἐχρῆτο γαστράσιν ἐν τῷ τῆς Ῥώμης ἀμφιθεάτρῳ. In Usuardi et Romano Martyrologio, *leonum dentibus praefocatus* tantum fuisse legitur: quos et postea exanimati Martyris pedes lambisse, fide poetica, addit carminis ad Ignatium auctor, quod Romae, in Ecclesia S. Stephani in Coelio, spectandum publice proponitur.

Accurrit diffusa cohors hinc inde Quiritum,
Et septem resonant plena Theatra jugis:
Mitteris in fulvam fortis cum miles arenam,
Ut fias Libycis nobilis esca feris.
Ipse quidem dum non refugis, sed appetis ultro,
Optata lethi conditione cadis.
Et caves e plena spectat stupefacta leones
Exanimi linguis lambere Roma pedes.

USSER.

2. τοῦ λειψάνου] Frequentius plurali λείψανα vocant Ecclesiastici scriptores, quod reliquiae cadaveris in plura fragmenta essent divisae. Sic inferius. CLERICUS. λείψανον in singulari positum habes, Mart. Polyc. § 17.

4. τελείωσιν.] Sic vulgo vocant Ecclesiastici Scriptores mortem Martyrum, imitati, ut videtur, scriptorem ad Hebraeos, qui eorum animos vocat πνεύματα δικαίων τετελειωμένων, vel τὸ τέλος, seu finem bonorum adeptorum. CLERICUS. Vet. Int. *fruitionem*. Emenda *finitionem*, et adde *ipsius* e MSto. SMITH. Voces τελείωσις et τελειοῦσθαι adhibentur de morte piorum simpliciter, Euseb. H. E. iii 35, et speciatim de morte Martyrum, vii 15. Vid. Clem. Al. Strom. iv 4, p. 570 ed. Potter. τελείωσιν τὸ μαρτύριον καλοῦμεν, οὐχ ὅτι τέλος τοῦ βίου ὁ ἄνθρωπος ἔλαβεν, ὡς οἱ λοιποί, ἀλλ' ὅτι τέλειον ἔργον ἀγάπης ἐνεδείξατο.

ib. Μόνα γὰρ τὰ τραχύτερα] Scriptorum adhuc exstantium nullus, uti Uhlhornio videtur, haec Acta respexit ante Evagrium, H. E. i 16. Τότε καὶ Ἰγνάτιος ὁ θεσπέσιος.....διὰ τῶν ὑπολειφθέντων ἀδροτέρων ὀστῶν, ἃ πρὸς τὴν Ἀντιοχείαν ἀπεκομίσθη, ἐν τῷ καλουμένῳ κοιμητηρίῳ μετατίθεται πολλοῖς ὕστερον χρόνοις.

6. ἀπεκομίσθη,] In Graecorum Menaeo, die 29 Jan. hujus ἀνακομιδῆς et ἐπανόδου, *reportationis* et *reditus* Ignatii, memoria celebratur; ista narratione apposita, Χριστιανοί τινες ἄνδρες

Digitized by Google

est, *Desiderium justi acceptabile:* ut sit nulli fratrum gravis per collectionem reliquiarum; secundum quod, praeoccupans in Epistola, propriam concupiscit fieri fruitionem. Sola enim asperiora sanctorum ossium derelicta sunt: quae in Antiochiam reportata sunt, et in capsa reposita, sicut Prov. x 24.

τὰ τίμια καὶ ἅγια λείψανα αὐτοῦ εἰς Ἀντιόχειαν ἐνεγκόντες, δῶρον ποθούμενον τοῖς ἀδελφοῖς δωροῦνται. Οἱ μετὰ πάσης τιμῆς καὶ φόβου ὑπὸ γῆν αὐτὰ κατέθεντο· οὗ δὴ χάριν, ἑορτὴν χαρμόσυνον ἡ ἐκκλησία πανηγυρίζει. Cum quibus conferendus et Adonis locus ille, in Libello de Festiv. Apost. et Discipulor. ad Kal. Feb. 'Reliquiae ejus a fratribus, qui 'eum usque ad martyrium de-'duxerunt, Antiochiam relatae, 'jacent extra portam Daphniti-'cam, in coemeterio Ecclesiae: 'ad sextumdecimum Calenda-'rum Januarii illuc delatae.' Fratres vero illos, qui reliquias has Antiochiam retulerunt, eosdem fuisse qui ex Syria Romam comitati sunt S. Ignatium, Philonem videlicet Tarsensis, et Agathopodem Antiochenae Ecclesiae Diaconum, confirmat Halloixius in Notis ad Vitam Ignatii, cap. xv, et Baronius in Notis ad Romanum Martyrologium, April. 25, quo duorum horum Sanctorum memoria Antiochiae celebrari memoratur: quos eosdem et nos Acta haec conscripsisse, in Praemonitione eis praefixa significavimus. Cum autem quadraginta dierum spatium transferendis ab urbe Romana ad Antiochenam reliquiis vix aut ne vix quidem sufficere appareat, dicendum videtur, 29 die Jan. non primam hanc reportationem, sed alteram translationem fuisse factam; quando, post Chrysostomi et Hieronymi tempora, reliquias hasce Theodosius junior a Coemeterio extra portam Daphniticam in *Τυχαῖον*, templum olim Fortunae a gentilibus dicatum, intra civitatem, magna cum pompa inferendas curavit. Eam enim historiam Evagrius, i 16, ex Johanne Rhetore et aliis quum retulisset, subdit, *ὅθεν καὶ δημοτελὴς ἑορτὴ καὶ πάνδημος εὐφροσύνη μέχρις ἡμῶν τελεῖται.* Et post eum Nicephorus, xiv 44, licet hic priorem in Coemeterio, et posteriorem in Tychaeo depositionem inter se confundat. Aliam Ignatii reliquiarum translationem numerat Martyrologium Romanum ad Dec. 17, qua ex urbe Antiochena 'rursus Romam translatae sunt, 'et in Ecclesia S. Clementis, 'una cum corpore ejusdem be-'atissimi Papae et Martyris, 'summa veneratione recondi-'tae.' Ubi, tunc Antiochia ablatas fuisse opinatur Baronius, eumque secutus Maestraeus, 'quum, Justiniano imperante, 'civitas illa a Cosrhoe rege 'Persarum igne ferroque vas-'tata est, anno Domini DXLI.' Ut si earum inde Romam facta aliqua fuerit translatio, post annum DCXXXVIII eam accidisse potius dicendum est; quando in

Digitized by Google

θησαυρὸς ἀτίμητος, ὑπὸ τῆς ἐν τῷ μάρτυρι χάριτος τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ καταλειφθέντα.

Martyrii annus et dies.

Ζ'. Ἐγένετο δὲ ταῦτα τῇ πρὸ δεκατριῶν καλανδῶν Ἰαννουαρίων, τουτέστιν Δεκεμβρίῳ εἰκάδι, ὑπατευόντων παρὰ Ῥωμαίοις Σύρα καὶ Σενεκίου τὸ δεύτερον. Τούτων αὐτόπται γενόμενοι μετὰ δακρύων, κατ' οἶκόν τε παννυχίσαντες, καὶ πολλὰ μετὰ γονυκλισίας καὶ δεήσεως παρακαλέσαντες τὸν Κύριον πληροφορῆσαι τοὺς ἀσθενεῖς ἡμᾶς ἐπὶ τοῖς προγεγονόσιν, μικρὸν ἀφυπνώσαντες, οἱ μὲν ἐξαίφνης ἐπιστάντα καὶ περιπτυσσόμενον ἡμᾶς ἐβλέπομεν, οἱ δὲ πάλιν ἐπευχόμενον ἡμῖν ἐωρῶμεν τὸν μακάριον Ἰγνάτιον, ἄλλοι δὲ σταζόμενον ὑφ' ἱδρῶτος ὡς ἐκ καμάτου

Saracenorum potestatem venit Antiochia. USSER.

ib. ἐν λίνῳ κατετέθη,] Vet. Int. forte, si non in Codice suo, saltem in animo habebat ἐν λάρνακι. Sed hoc est hariolari. SMITH. ἐν λίκνῳ hariolatur Noltius.

1. θησαυρὸς ἀτίμητος,] Praepone ὡς, ut in suo Codice reperiebat Vet. Int. SMITH.

3. τῇ πρὸ δεκατριῶν] Ignatii festum Graeci vigesima die mensis Decembris celebrant, quo ipsum passum fuisse Acta testantur; Latini vero die prima Februarii, an ob aliquam sacrarum ejus reliquiarum translationem? plures enim fuisse constat. RUINART. Dec. 20, Clintonus, Fast. Rom. i 101.

ib. καλανδῶν Ἰαννουαρίων,] Kalendis Januariis, Tacit. Ann. iv 68. Cf. supra Ep. ad Rom. § 10.

5. Σύρα καὶ Σενεκίου] Graves sunt rationes credendi, serius Martyrium hoc contigisse. Quod si verum est, nomina Consulum, in quibus errare non potuerunt Ignatii comites, a recentiore manu esse oportet. Quales additiones in permultis historiis inveniuntur. CLERICUS. Consulatum gesserunt Sura et Senecio anno Trajani decimo, ut docebit Ant. Pagius. Cler. Hist. Eccl. p. 577 not. 15. Codex, quo usus est Ruinartus, praestat Σεδεκίου. Usserius, qui Consulum priorum Trajani annorum seriem digestam exhibet, scribit 'A. D. 107, Surano III, 'Senecio II;' Clintonus autem, et Uhlhornius, Senecio IV, Sura III. Mirum quam notae temporum permiscentur et turbantur ap. Codd. Metaphrastae, e. g. in Cod. 1491 Paris. haec habes: ἐν ἔτει πέμπτῳ.....τῆς βασιλείας Τραϊανοῦ Καίσαρος· δευτέρῳ ἔτει ἐν ὑπατείᾳ Ἀττίκου καὶ Σουρβούνου καὶ Μαρκέλλου.

8. δεήσεως] δεήσεων Cod. Par. 1451.

Digitized by Google

thesaurus inappreciabilis; ab ea quae in Martyris[p] gratia sanctae Ecclesiae relicta.

[p] *Martire* C. C.

VII. Facta autem sunt haec die[q] ante xiii Kalendas Januarias; praesidentibus apud Romanos Syria[r] et Senecio secundo. Horum ipsimet conspectores effecti cum lacrimis, et domi per totam noctem vigilantes, et multum cum genuflexione et oratione deprecantes Dominum certificare infirmos nos de prius factis: parum obdormitantes hi[s] quidem repente astantem et amplexantem nos videbant; hi autem rursus superorantem nobis videbant beatum[t] Ignatium, quem-

[q] *relicta autem facta sunt. Haec die &c.* C. C.

[r] *Siria* C. C.

[s] *hii* C. C.

[t] *sanctum* C. C.

9. πληροφορῆσαι] Hoc est, plenam fidem facere accepti Deo Ignatii Martyrii, quod indicatur verbis, ἐπὶ τοῖς προγεγονόσι, satis obscuris; sed sequentia rem ita capiendam ostendunt. Possit et hoc suspicionem injicere additamenta esse haec recentioris aevi. Nam comites Ignatii non potuerunt de pietate ejus dubitare, aut revelatione indigere, ex qua intelligerent Ignatium genuinum Martyrem, Deoque gratum fuisse. Sed suspicari forte nonnulli potuerunt, an Deo placuisset nimia cupiditas Martyrii, qua vir alioqui sanctus exarserat; ut enim non est fugiendum Martyrium, si ita res ferat, sic nec nimis avide quaerendum. Verum haec in medio relinquimus. CLERICUS.

10. μικρὸν ἀφυπνώσαντες,] De hisce insomniis, sive coelitus immissis, sive ex quotidianis cogitationibus, de glorioso illo S. Ignatii certamine, phantasiae illorum inter dormiendum, quod frequenti usu venit, suborientibus, non est quod quisquam indebite cautus sagaxve nimium sit sollicitus, quasi olerent figmentum; quum nihil hic aut a fide alienum, aut verisimilitudinis omnino expers assertum habeatur. SMITH. Meo quidem judicio haec omnia aetatem redolent Ignatio longe recentiorem.

11. ἐβλέπομεν,—ἑωρῶμεν] Vet. Int. in utroque loco *videbant*: quasi juxta illum, in eorum, quibus haec visa obtigerunt, numero, seipsos, qui glorioso Martyris agoni interfuere, non recensuissent: nec quidem recensendi videntur. Graeca potius mutanda sunt, ut Versioni, quae ad literam fit, conformia reddantur. SMITH.

13. σταζόμενον] Lege ergo ap. Vet. Int. *superrorantem*. Symeon Metaph. ἱδρῶτι καταρρεόμενον, καθάπερ ἄρτι τῶν τῆς ἀθλήσεως ἀναπεπνευκότα πόνων. SMITH.

ib. ὡς ἐκ καμάτου πολλοῦ] Apoc. vii 14, Οὗτοί εἰσιν οἱ ἐρχόμενοι ἐκ τῆς θλίψεως τῆς μεγάλης.

Digitized by Google

πολλοῦ παραγενόμενον, καὶ παρεστῶτα τῷ Κυρίῳ. Μετὰ πολλῆς τοίνυν χαρᾶς ταῦτα ἰδόντες, καὶ συμβαλόντες τὰς ὄψεις τῶν ὀνειράτων, ὑμνήσαντες τὸν Θεὸν τὸν δοτῆρα τῶν ἀγαθῶν, καὶ μακαρίσαντες τὸν ἅγιον, ἐφανερώσαμεν ὑμῖν καὶ τὴν ἡμέραν καὶ τὸν χρόνον, ἵνα κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ μαρτυρίου συναγόμενοι, κοινωνῶμεν τῷ ἀθλητῇ καὶ γενναίῳ μάρτυρι Χριστοῦ, καταπατήσαντι τὸν διάβολον, καὶ τὸν τῆς φιλοχρίστου αὐτοῦ ἐπιθυμίας τελειώσαντι δρόμον ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ Ἁγίῳ Πνεύματι εἰς αἰῶνας. Ἀμήν.

2. καὶ συμβαλόντες—ὀνειράτων,] Desunt haec apud Int. Vet. et perperam quidem, ut mihi videtur. SMITH.

6. συναγόμενοι,] Pertinent haec ad celebrationem τῶν γενεθλίων sanctissimi Martyris, qualis etiam memoratur ab Eusebio, H. E. iv 15. CLERICUS. Vide infra in Epistola Circulari Eccles. Smyrn. § 18. Argumentis vellemus doceri, inquit Basnagius, anno 107 id observatum esse moris ut Natalitia Martyrum solemni Christianorum conventu celebrarentur.

Atque haec sunt *Acta*, sive potius *Passio*, S. Martyris Ignatii, e duplici Codice Latino edita primum ab Usserio, qui in Praefatione postremam saltem partem a Philone, Gaio, et Agathopode, ex Syria Romam usque beatum Martyrem secutis, conscriptam esse, ex sequentibus collegit formulis: *Nos quidem nolentes abducimur: gementes de ea, quae a nobis futura, separatione, obviamus fratribus, timore et gaudio repletis. Horum ipsimet conspectores effecti* &c. Ego contra, priora quidem, quae in utroque Codice Latino exarata sunt, genuina et antiquissima, sed postremam *Actorum Ignatii* partem spuriam, et ab Interpolatore quodam assutam esse arbitror; partim quia in altero eorum Codice, scilicet Cottoniano, deest, partim quia ἀσύστατα atque falsa continet. Sane aperte sibi invicem repugnare videntur ista verba, § 5, quae in Latino Usserii textu ita sonant: *Horum ipsimet conspectores effecti cum lachrymis, et domi per totam noctem vigilantes, et multum cum genuflexione et oratione deprecantes Dominum, certificare infirmos nos de prius factis.* Si enim haec facta

Digitized by Google

admodum ex labore multo advenientem, et astantem Domino in multa confidentia et ineffabili gloria. Impleti autem gaudio haec videntes, et glorificantes Deum datorem bonorum, et beatificantes Sanctum, manifestavimus vobis diem et tempus[u]: ut secundum tempus martyrii congregati, communicemus athletae et virili Christi Martyri, qui conculvavit Diabolum, et hujus insidias in finem prostravit; glorificantes[x] in ipsius venerabili et sancta memoria Dominum nostrum Jesum Christum; per quem et cum quo Patri gloria et potentia, cum Spiritu Sancto, in sancta Ecclesia in saecula saeculorum. Amen.

[u] *diem et Sanctum et ut secundum tempus martirii* C. C.

[x] *glorificantes* deest C. C.

Cujus ritus primum exemplum Smyrnenses praebuere post extinctum, A. D. 169, Polycarpum. Annal. Polit. Eccl. ad A. D. 107, ii p. 17. Chrysostomi adhuc temporibus, Ignatii τὰ γενέθλια esse celebrata, docet Hefelius, ex Sermone ejus, Opp. ii p. 600 ed. Ben.

7. τῷ ἀθλητῇ] Cf. Chrysost. Hom. 3 in Esai. vi 2, οὐκ ἰδεῖν δὲ κατηξιώθημεν μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτὰ τὰ σώματα τῶν ἀθλητῶν δέξασθαι, καὶ παρ' ἑαυτοῖς τοὺς στεφανίτας ἔχομεν νῦν. tom. vi p. 112 ed. Ben.

---

ipsimet spectatores oculis usurpaverant, quid opus erat, ulteriorem de iis certitudinem a Deo postulare? Falsum autem, quod ista facta dicantur *praesidentibus apud Romanos Syria et Senecio secundo*, id est, anno 107 Aerae vulgaris Christianae, ut ex Notis Usserii discere est: hoc, inquam, falsum esse apparet. Nam ex ipsis *Actis* constat, Ignatium a Trajano Imperatore damnatum esse, quando is, expeditione adversus Parthos suscepta, Antiochiam venit. At vero bellum Parthicum anno Christi 112 demum coepisse, egregie probarunt duo insignes rerum Chronologicarum magistri, Henricus Norisius in Epistola Consulari, p. 72, [Vid. apud Graevii Thes. Antiq. Rom. xi p. 438,] et Antonius Pagi in Critica Historico-Chronologica in Annales Baronii ad A. C. 105, §§ ii et iii. His accedit tertius, Chronologorum hujus temporis princeps, qui primo a me loco nominandus erat, Reverendus admodum Guilielmus Lloydius, nunc Episcopus Vigorniensis, patronus meus maximus: quem hanc in rem ipse Pagius ad An. 107, § iii et seqq. laudat, ejusque rationibus probat, S. Ignatium An. Christi 116 demum Martyrio defunctum esse. Jam alii quidem

Digitized by Google

paullo citius, alii serius id contigisse existimant; in eo tamen omnes fere jam conveniunt, id post A. C. 112 accidisse. Se ipsum itaque prodidit Interpolator, dum falso anno martyrium S. Ignatii adsignavit, anno scil. Christi 107 sive Trajani 9; seductus procul dubio istis Actorum verbis § ii ubi Trajanus ob victoriam a Scythis, Dacis, aliisque reportatam elatus atque insolens factus fuisse dicitur, *ἐννάτῳ ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ*. Nam haec quidem satis vera sunt juxta rationes Pagii; (quem lege ad A. C. 103, 106, 107,) sed male ex iis collegit Interpolator, eodem ipso anno contigisse. quae in sequentibus de S. Ignatii martyrio narrantur. GRABIUS.

Uhlhornius censet Ignatium non a Trajano, sed a Syriae Proconsule damnatum esse. Vid. Basnag. Annal. A. D. 107.

Hilgenfeld. et Uhlhornius docent e sex primis Aerae Christianae saeculis neminem ante Evagrium, H. E. i 16, Actorum horum meminisse.

Auchero si audias, Versio Armeniaca fons et exemplar est omnium quae hucusque in cognitionem venerunt Recensionum. Vid. Peterman. p. 498.

De Versione Coptica, vid. Assemani Biblioth. Oriental. i p. 618, Amedeus Peyron, ab eruditissimo Curetono indicatus, in Praefatione Lexici Linguae Copticae, haec habet: 'Papyrus 'Primus Taurinensis, foliorum 63, tenet 1°, Martyrium S. Ignatii 'Antiochiae Episcopi spurium, et fabellis scatens: praeter caetera 'absurda, refert longos sermones qui Ignatium inter et Trajanum 'Roma intercesserunt, tum varia tormentorum genera, quibus 'Imperator Martyris constantiam vincere ante extremum suppli-'cium confidebat.' Nihil tale habent ejus Acta sincera, a Cotelerio edita; constat enim Trajanum post Parthicam expeditionem nunquam Romam rediisse.

Digitized by Google

TIBERIANI,

PALAESTINAE PRIMAE PRAESIDIS,

AD TRAJANUM IMPERATOREM, DE CHRISTIANIS RELATIO.

[Vid. p. 436 l. 10, p. 500 l. 7, supra.]

Αὐτοκράτορι Νικητῇ Καίσαρι, θειοτάτῳ Τραϊανῷ.

Ἀπέκαμον τιμωρούμενος καὶ φονεύων τοὺς Γαλιλαίους, τοὺς τοῦ δόγματος τῶν λεγομένων Χριστιανῶν, κατὰ τὰ ὑμέτερα θεσπίσματα· καὶ οὐ παύονται ἑαυτοὺς μηνύοντες εἰς τὸ ἀναιρεῖσθαι· ὅθεν ἐκοπίασα τούτοις παραινῶν, καὶ ἀπειλῶν, μὴ τολμᾶν αὐτοὺς μηνύειν μοι ὑπάρχοντας ἐκ τοῦ προειρημένου δόγματος· καὶ ἀποδιωκόμενοι οὐ παύονται. Θεσπίσαι μοι οὖν καταξιώσατε τὰ παριστάμενα τῷ ὑμετέρῳ κράτει τροπαιούχῳ.

Imperatori invictissimo, Caesari divinissimo Trajano.

Defatigatus sum puniendo et neci tradendo Galilaeos, (qui nobis veniunt sub nomine Christianorum) secundum vestra mandata. Illi vero non cessant ad caedem sese patefacere. Et licet tam adhortationibus quam minis multum laboraverim, ut dogmatis illius esse se professores indicare mihi non auderent, persecutionem tamen passi, non quiescunt. Quae igitur imperio vestro visa fuerint, edicere mihi dignetur Majestas vestra.

Multa sunt quae hanc Epistolam suspectam faciunt, ab illius saeculi historia et moribus admodum aliena. Vel eo nomine suspecta est imprimis quod eam a Johanne Malala [p. 356 ed. Oxon. 1691] ediderit praestantissimus Usserius, auctore fabulosissimo; nec alium in omni antiquitate repererit qui ejus meminit praeter Suidam, [voc. Τραϊανός] quem ex eodem Johanne habuisse verisimile est. At certe Palaestini Praefecti Epistolam Eusebium, ipsum quoque

Digitized by Google

Palaestinum, vix est ut dicamus effugisse, vix est ut in ejus Historia Ecclesiastica illam hodie desideraremus si in illam incidisset. Palaestinae quoque illam distributionem in *primam* et *secundam* nemo est veterum qui meminerit Trajano coaevus. Reliquit Augustus Senatui Imperii Breviarium, quod quale fuerit, ex Strabone et Tacito et Plinio intelligimus; nec ullus memoratur Imperatorum qui eam provinciarum distributionem innovarit usque ad Hadrianum . . . . . Primam distributae Palaestinae in tres provincias mentionem observavit Gothofredus in Codice Theodosiano, anno 409. Sed et tituli quibus Trajanum ornavit Tiberianus, alieni etiam sunt ab aetate Trajani. Quod *νικητήν* appellet, quod *τροπαιοῦχον*, quod *θειότατον*, recentiorem fictoris aetatem plane sapiunt, omnia Constantinopolitanorum Imperatorum stylum referentia ..... Quod etiam plurali numero est usus, *ὑμέτερα θεσπίσματα, καταξιώσατε*, et *ὑμετέρῳ κράτει*, prodit auctorem Heraclio fortasse coaevum, qui filios habuit imperii socios, ut proinde plurium Imperatorum nominibus monumenta publica essent concipienda. DODWELL. Diss. Cypr. xi §§ 23, 24.

Epistolae tanquam proculdubio genuinae versionem dedit Middletonus in libro inscripto, *An Inquiry into the Miraculous Powers, &c.* Opp. i p. 163. Plura si cupias, adeas Tillemontium, *Mémoires* &c. ii 571, 572.

Digitized by Google

Smyrna, Church of.

MARTYRIUM

S. POLYCARPI.

Digitized by Google

ΤΗΣ

ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ

ΠΕΡΙ ΜΑΡΤΥΡΙΟΥ

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ

ΠΟΛΥΚΑΡΠΟΥ

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΕΓΚΥΚΛΙΚΟΣ.

'Η ΕΚΚΛΗΣΙΑ *τοῦ Θεοῦ ἡ παροικοῦσα Σμύρναν, τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τῇ παροικούσῃ ἐν Φιλομηλίῳ, καὶ πάσαις ταῖς κατὰ πάντα τόπον τῆς ἁγίας*

3. ΠΕΡΙ ΜΑΡΤΥΡΙΟΥ] De hisce Polycarpi Actis et ejus generis aliis vetustissimis Ecclesiae Martyriis, in Animadversionibus suis Eusebianis, num. 2183, sententiam suam ita aperuit illustrissimus Scaliger: eorum 'lectione piorum 'animus ita afficitur, ut nunquam satur inde recedat; 'quod quidem ita esse unusquisque pro captu suo et conscientiae modo sentire potest. 'Certe ego nihil unquam in 'historia Ecclesiastica vidi, a 'cujus lectione commotior recedam, ut non amplius meus 'esse videar.' USSER. Cf. Neandri Hist. Eccl. i pp. 162—168, vel pp. 106—110 vers. Anglic. H. J. Rose.

7. *παροικοῦσα*] Vide quae supra notavimus ad Clem. Rom. Ep. i Inscr. et ad Polycarp. Ep. ad Philipp. Inscr. p. 552.

8. *τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ*] Omissa sunt haec in Cod. Vindob.

ib. *ἐν Φιλομηλίῳ*,] *Φιλομήλιον* diversis tribuitur Provinciis. Eusebius et Nicephorus, iii 34, inter Ponti civitates referunt; Strabo sub Phrygiam videtur locare; [? lib. xii p. 834 ed. Falconer. sub Lyciam. xiv 948.] Pisidiae accenset Notit. Provinc. Orient. quam ex MSto. pervetusto Vaticano edidit Car. a S. Paulo, cui Subscriptio favet Consilii Constantinopolitani. Causa hujus discrepantiae est quod Imperatores Romani subinde Provinciarum limites, prout Imperii tempora atque usus exigebant, immutarent.

Digitized by Google

Cod. Basilien. Vatican. 859.
Ep. S. Polycarpi ad Philipp. Inscr. p. 522



Digitized by Google

ECCLESIAE SMYRNENSIS

DE

MARTYRIO

SANCTI

POLYCARPI

EPISTOLA CIRCULARIS.

ECCLESIA Dei, quae est apud Smyrnam, Ecclesiis Dei salutem, Philomeliae, et universis quae in locis sunt, catholicis civitatibus, misericordia

Philomelium vero incendit atque evertit Frid. Barbarossa, teste Niceta Choniate, Lib. iii [cap. 6.] MADER. Philomelium est Phrygiae magnae oppidum, cujus meminit Cicero, III Fam. viii, xv, et Verr. 85. Nunc *Ilgun* vocatur. DRESSEL. Cod. Vindob. praestat *ἐν Φιλομηλίῳ*, cum Int. Vet. et Euseb. H. E. iv 15, non *ἐν Φιλαδελφίᾳ*, uti in Codd. Barocc. et Par. Et mihi quidem hujusce Epistolae quae adhuc supersunt exemplaria omnia ex alia quavis recensione profluxisse videntur quam ex ea olim in Ecclesiae Philadelphenae usum facta. In Epistola enim ad Philad. transmittenda nequaquam credere possumus Christianos Smyrnenses tam cursim, tam frigide locuturos fuisse de undecim illis qui ex ea urbe martyrium erant passi. Vide infra § 19.

9. *ταῖς κατὰ πάντα τόπον*] Insignis haec Epistola rectissime dici potest *ἐγκύκλιος*, utpote ad varias Ecclesias, tam in Asia Minori vicinas, quam alibi in aliis provinciis, *κατὰ πάντα τόπον* transmissa; quas de iis solis, quae *κατὰ Πόντον* sitae erant, male interpretatur Eusebius; quum ad omnes Ecclesias, ubi Christianae religionis professio vigebat, per Orientem praecipue sparsas, debeat propagari, et extendi ab ipsis Philadelphensibus, quantum in ipsis erat, *τοῖς ἐπέκεινα ἀδελφοῖς* [§ 20] communicanda. SMITH.

ib. *τῆς ἁγίας καὶ καθολικῆς*] Cod. Vind. *τῆς ἁγίας καθολικῆς ἐκκλη-*

Digitized by Google

καὶ καθολικῆς ἐκκλησίας παροικίαις, ἔλεος, εἰρήνη, καὶ ἀγάπη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ πληθυνθείη.

Propositum scribendi de Martyribus, et de beato Polycarpo.

Α'. ΕΓΡΑΨΑΜΕΝ ὑμῖν, ἀδελφοί, τὰ κατὰ τοὺς μαρτυρήσαντας, καὶ τὸν μακάριον Πολύκαρπον, ὅστις ὥσπερ ἐπισφραγίσας τῇ μαρτυρίᾳ αὐτοῦ κατέπαυσε τὸν διωγμόν. Σχεδὸν γὰρ πάντα τὰ προάγοντα ἐγένετο, ἵνα ἡμῖν ὁ Κύριος ἄνωθεν ἐπιδείξῃ τὸ

Christus Martyrum exemplar.

κατὰ τὸ εὐαγγέλιον μαρτύριον· περιέμενεν γὰρ ἵνα παραδοθῇ, ὡς καὶ ὁ Κύριος, ἵνα μιμηταὶ καὶ ἡμεῖς αὐτοῦ γενώμεθα, μὴ μόνον σκοποῦντες τὸ καθ' ἑαυτοὺς, ἀλλὰ καὶ τὸ κατὰ τοὺς πέλας· ἀγάπης γὰρ ἀληθοῦς καὶ βεβαίας ἐστὶν, μὴ μόνον ἑαυτὸν θέλειν σώζεσθαι, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς ἀδελφούς.

Β'. Μακάρια μὲν οὖν καὶ γενναῖα τὰ μαρτύρια

σίας. Vide Ignat. Ep. ad Smyrn. § 8, atque ibi notata.

1. παροικίαις,] Accipitur parochia vel late, pro tota dioecesi, ut apud Augustin. Epist. 261, [209 ed. Ben.] et hac significatione apud Christianos sequioris aevi denotabat territorium et regionem Episcopi ;.....vel stricte, pro districtu ecclesiarum quarumvis particularium ; quae significatio eo invaluit tempore, postquam nomen dioeceseos regionibus Episcopis assignatis tribui coepit. BOEHMER. Jus. Paroch. III iii 2.

3. πληθυνθείη.] Hujus Epistolae inscriptioni simillima est illa quae ab Ecclesia Gotthiae (apud Sym. Metaphrast.) de Martyrio S. Sabae inscripta est his verbis. 'Ecclesia Dei quae 'est in Gotthia, Ecclesiae Dei 'quae est in Cappadocia, et 'omnibus Ecclesiae Catholicae 'Christianis ubique gentium 'habitantibus, misericordia, pax 'et charitas Dei Patris et Do- 'mini nostri Jesu Christi im- 'pleatur.' HALLOIX.

4. ΕΓΡΑΨΑΜΕΝ] Aoristus respicit eos qui hanc Epistolam lecturi sunt, qualis temporum usus in epistolis Latinorum solennis est. Sic supra, p. 580 l. 4, προσετάξαμεν. Cf. I Cor. v 9, ἔγραψα ὑμῖν ἐν τῇ ἐπιστολῇ.

ib. τὰ κατὰ τοὺς] Ita Codd. Par. Vind. In Cod. Barocc. deest τά.

5. τὸν μακάριον] Μάκαρες et μακάριοι dicuntur mortui. Cornutus ad Pers. Sat. iii. Latini eodem modo utuntur *beati* voce. Ammian. Marcell. XXV 3, 'quem 'quum *beatum* fuisse Sallustius

Digitized by Google

et pax et amor Dei Patris ac Domini nostri Jesu Christi cum omnibus abundet in saeculo.

I. SCRIPSIMUS vobis, fratres, de martyribus, et de beato Polycarpo, qui velut [a] signaculum fidei persecutionem sedavit inimici. Omnia enim quae transacta sunt Domino auctore praedicta sunt, secundum Evangelium: in quo quid sequi deberemus ostendit. In quo se et tradi passus est et crucifigi [b], per quem nos liberaremur, affixi [c]. Aemulos nos ergo sibi esse voluit; ac primus, virtute coelesti, injustorum justus obtemperavit imperio: dans scilicet secuturis viam, ut pius Dominus exemplum famulis se praebendo, ne onerosus praeceptor a quoquam putaretur. Pertulit ante illa, quae aliis perferenda mandavit; quo omnes ita formavit et docuit, ut non solum nos ipsos, sed etiam per nos fratres singulos salvaremus. Phil. ii 4.

[a] *per* Colb.

[b] f. oruci.

[c] f. affigi.

II. Beatae enim passiones coelestia tolerantibus

' respondisset, praefectus intel-
' lexit occisum.' MADER. Vide supra p. 528 l. 7, et conf. Heinichen. ad Euseb. H. E. vi 46, Ittig. H. E. Sel. Capp. ii 200, et Routh. Rel. Sacr. i 186.

6. *ἐπισφραγίσας*] De Silvano Episcopo, Eusebius, [de Mart. Palaest. cap. 13,] *ὡς ἂν ὕστατον γένοιτο παντὸς τοῦ κατὰ Παλαιστίνην ἀγῶνος ἐπισφράγισμα.* In Actis Petri Martyris, *καὶ γενέσθω τὸ ἐμὸν αἷμα σφραγίς, καὶ τέλος τοῦ διωγμοῦ τῆς ἠγαπημένης σοι ποίμνης·* [ap. Symeon. Metaphrast. Novemb. 25.] ad quem locum vide Anastasii Collectanea sub finem. [ap. Sirmond. Opp. iii 611.] Nec praeteribo elegantia verba Gregorii Nazianzeni sub persona Maccabaeorum fratrum; [Orat. 22, Opp. i 404 ed. Paris. 1609.] *καὶ ὁ πρῶτος ἔσται τοῖς ἄλλοις ὁδός, καὶ ὁ τελευταῖος σφραγὶς ἀθλήσεως.* COTEL. Wakius vertit, *who by his sufferings put an end to the persecution; setting as it were his seal to it.* Melius Dalrymplius, *who appeased the persecution, sealing it up, as it were, with his testimony.*

ib. *τῇ μαρτυρίᾳ*] Eusebius, *διὰ τῆς μαρτυρίας.* USSER.

9. *περιέμενεν γὰρ ἵνα παραδοθῇ,*] Cod. Vindob. *περιέμενεν γὰρ παραδοθῆναι, καθὼς καὶ ὁ Κύριος.* Perperam Russel. *περιέμεινεν.*

12. *κατὰ τοὺς πέλας·*] Cod. Barocc. exhibet *κατὰ τοῦ πέλας.* Cod. Par. *κατὰ τοὺς πλείονας.* Cod. Vindob. *κατὰ τοὺς παῖδας.*

Digitized by Google

πάντα τὰ κατὰ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ γεγονότα· δεῖ γὰρ εὐλαβεστέρους ἡμᾶς ὑπάρχοντας, τῷ Θεῷ τὴν κατὰ πάντων ἐξουσίαν ἀνατιθέναι. Τὸ γὰρ γενναῖον αὐτῶν, καὶ ὑπομονητικὸν, καὶ φιλοδέσποτον, τίς οὐκ ἂν θαυμάσειεν; οἳ μάστιξι μὲν καταξανθέντες, ὥστε μέχρι τῶν ἔσω φλεβῶν καὶ ἀρτηριῶν τὴν τῆς σαρκὸς οἰκονομίαν θεωρεῖσθαι, ὑπέμειναν· ὡς καὶ τοὺς περιεστῶτας ἐλεεῖν καὶ ὀδύρεσθαι· τοὺς δὲ καὶ εἰς τοσοῦτον γενναιότητος ἐλθεῖν, ὥστε μήτε γρύξαι μήτε στενάξαι τινὰ αὐτῶν, ἐπιδεικνυμένους ἅπασιν ἡμῖν, ὅτι ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ βασανιζόμενοι τῆς σαρκὸς ἀπεδήμουν οἱ μάρτυρες τοῦ Χριστοῦ, μᾶλλον δὲ ὅτι παρεστὼς ὁ Κύριος ὡμίλει αὐτοῖς. Καὶ προσέχοντες τῇ τοῦ Χριστοῦ χάριτι, τῶν κοσμικῶν κατεφρόνουν βασάνων, διὰ μιᾶς ὥρας τὴν αἰώνιον κόλασιν

Martyrum cruciatus varii. Eorum mira patientia. Consolationes Divinae in tormentis.

1. κατὰ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ] Sic § 19 τὸ μαρτύριον...κατὰ τὸ εὐαγγέλιον Χριστοῦ. Cf. § 4 ad finem.

ib. δεῖ γὰρ] Ita Cod. Vindob. καὶ γὰρ εὐλαβεστέρους Codd. Barocc. et Par. sensu plane nullo. Cotelerius e conjectura χρή ad oram libri posuerat. Langbainius, probante Usserio, δεῖ aut simile quid addendum esse post ἀνατιθέναι jam monuerat.

3. ἀνατιθέναι.] Ita Cod. Vindob. Cod. Par. αὐτῷ ἀνατιθέναι. Cod. Barocc. ἀνατεθῆναι.

ib. Τὸ γὰρ γενναῖον αὐτῶν,] Cod. Par. Τὸ γὰρ γενναῖον αὐτοῦ. Cod. Vindob. Τὸ γὰρ γενναῖον, καὶ ὑπομονητικόν. κ. τ. λ.

4. φιλοδέσποτον,] ἀνδράποδα φιλοδέσποτα habet Herodotus, iv 142, δῆμον φιλοδέσποτον Theognis, 849.

5. καταξανθέντες, ὥστε] Cod. Vindob. καταξανθέντες τοσοῦτον ὥστε. Cf. Cyprian. Ep. 10 ed. Fell. 'Steterunt torti torquentibus fortiores; et pulsantes ac laniantes ungulas pulsata ac laniata membra vicerunt. Inexpugnabilem fidem superare non potuit saeviens diu plaga repetita; quamvis, rupta compage viscerum, torquerentur in servis Dei jam non membra, sed vulnera.' Apud Int. Vet. p. 609 l. 12, *craticula*, Anglice *gridiron*, unde S. Laurentius *craticulatus* dicitur, uti docet Cangius in voc. Eusebius Emisenus in Homil. 4 de Epiphania: 'Diverso itaque cruciatus genere hic verberibus dilaniatur, hic candenti craticula sacrificii more torretur.' fol. 19 b ed. Gaigneio.

8. καὶ ὀδύρεσθαι·] Cod. Vindob. καὶ ὀδύρεσθαι αὐτούς.

Digitized by Google

regna parturiunt; et post contempta haec omnia, opes, honores, parentes, coronae consummatio plena martyrium est. Quid enim dignum tam pio Domino famulorum reddat obsequium; si majora constat pro servis Dominum, quam servos pertulisse pro Domino? Unde oportet doctiores nos redditos omnia cum timore narrare, et singulorum militum Christi fidelia devotionum trophaea, ut gesta constat, exponere; quo amore circa Deum fuerint, qua patientia cuncta pertulerint. Quis enim non tanta admiratione teneatur, dulcia fuisse singulis dirorum verba flagellorum, craticulas, eculeos, flammas, ferientis amabile gaudium [c], et initia [d] crepitantia tormenta flammarum? quum fluente utriusque lateris cruore, patefactis vitalibus omnia apparerent interna membrorum: ut ipsa etiam corona popularis viso fleret tantae crudelitatis horrore, nec sine lacrimis posset aspicere

[c] f. amabilem gladium.

[d] f. immitia *vel* immitium.

ib. *τοὺς δὲ*] Ita Codd. Par. et Vindob. Cod. Barocc. *τοῦ δέ*.

9. *μήτε γρύξαι*] Ita dedi e Cod. Vindob. pro *μήτε βρύξαι*, lectione Codd. Par. et Barocc.

10. *τινὰ αὐτῶν,*] Ita Cod. Vindob. Codd. Par. et Barocc. *τινὰ ἑαυτῶν*.

11. *ὅτι ἐν ἐκείνῃ*] Praepositionem addidi e Cod. Vindob.

12. *οἱ μάρτυρες τοῦ Χριστοῦ,*] Ita Cod. Vindob. Cod. Barocc. *οἱ μάρτυρες Χριστοῦ*. Cod. Par. *οἱ γενναιότατοι μάρτυρες τοῦ Χριστοῦ*.

p. 609 l. 13. *eculeos*] Cyprian. de Lapsis, 127 T ed. Fell. 'Quum durissimi judicis recru-
'descente saevitia, jam fatiga-
'tum, jam lassum corpus, nunc
'flagella scinderent, nunc con-
'tunderent fustes, nunc equu-
'leus extenderet, nunc ungula
'effoderet, nunc flamma tor-
'reret, caro me in colluctatione
'deseruit, infirmitas viscerum
'cessit, nec animus sed corpus
'dolore defecit.' Tertull. Apol. § 30, 'Sic ita nos ad Deum ex-
'pansos ungulae fodiant, cruces
'suspendant, ignes lambant,
'gladii guttura detruncent,
'bestiae insiliant, paratus est
'ad omne supplicium ipse ha-
'bitus orantis Christiani.'

13. *ὁ Κύριος*] *ὁ Χριστός* Cod. Paris. Cyprianus, ubi supra: 'Certamini suo adfuit [Chri-
'stus], proeliatores atque as-
'sertores sui nominis erexit,
'corroboravit, animavit. Et
'qui pro nobis mortem semel
'vicit, semper vincit in vobis.'

14. *τῶν κοσμικῶν*] Cod. Par. *καὶ τῶν κοσμικῶν*.

Digitized by Google

ἐξαγοραζόμενοι· καὶ τὸ πῦρ ἦν αὐτοῖς ψυχρὸν τὸ τῶν ἀπηνῶν βασανιστῶν. Πρὸ ὀφθαλμῶν γὰρ εἶχον φυγεῖν τὸ αἰώνιον καὶ μηδέποτε σβεννύμενον πῦρ, καὶ τοῖς τῆς καρδίας ὀφθαλμοῖς ἀνέβλεπον τὰ τηρούμενα τοῖς ὑπομείνασιν ἀγαθὰ, ἃ οὔτε οὖς ἤκουσεν, οὔτε ὀφθαλμὸς ἶδεν, οὔτε ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη, ἐκείνοις δὲ ὑπεδείκνυτο ὑπὸ τοῦ Κυρίου, οἵπερ μηκέτι ἄνθρωποι, ἀλλ' ἤδη ἄγγελοι ἦσαν. Ὁμοίως δὲ καὶ εἰς τὰ θηρία κριθέντες ὑπέμειναν δεινὰς κολάσεις, κήρυκας μὲν ὑποστρωννύμενοι, καὶ ἄλλαις ποικίλαις βασάνοις κολαφιζόμενοι, ἵνα, εἰ δυνηθείη, ὁ τύραννος διὰ τῆς ἐπιμόνου κολάσεως εἰς ἄρνησιν αὐτοὺς τρέψῃ.

1. ἐξαγοραζόμενοι·] D. Paulus ad Col. iv 5, τὸν καιρὸν ἐξαγοραζόμενοι. Cf. Eph. v 16, Galat. iii 13, iv 5.

ib. τὸ τῶν ἀπηνῶν] In Cod. Par. τό non legitur.

3. μηδέποτε σβεννύμενον πῦρ,] Vocem πῦρ addidi e Cod. Vindob.

5. τοῖς ὑπομείνασιν] Cod. Par. τοῖς ὑπομένουσιν.

ib. οὔτε οὖς ἤκουσεν,] Ita Codd. Barocc. Vindob. Cod. Par. ordinem B. Pauli simplicius sequitur: οὔτε ὀφθαλμὸς ἶδεν, οὔτε οὖς ἤκουσεν. I Cor. ii 9.

7. ἐκείνοις δὲ ὑπεδείκνυτο] Cod. Vindob. exhibet ἐκείνοις δὲ καὶ ὑπεδείκνυτο.

ib. οἵπερ μηκέτι] Ita Cod. Barocc. Cod. Vindob. εἴπερ μηκέτι. Cod. Par. εἴπερ μὴ ἄνθρωποι.

8. Ὁμοίως δὲ καὶ] δὲ om. Cod. Paris.

9. ὑπέμειναν] Ita reposui e Codd. Vindob. et Par. Cod. Barocc. χρόνον, pro qua voce ἔπαθον e conjectura dederat Patr. Junius. Veterem corruptamque lectionem ita vertit Wakius, *In like manner, those who were condemned to the beasts, and kept a long time in prison.*

10. κήρυκας] Rufinus *murices* vertit. Genus est marinae cochleae seu conchae, cujus mentio fit in veteri epigrammate Quinti cujusdam, ubi Damis piscator Apollini hujusmodi concham dedicat. VALESIUS. Aristot. Hist. Anim. v 12, [3, Γίνονται αἱ πορφύραι περὶ τὸ ἔαρ, καὶ οἱ κήρυκες λήγοντος τοῦ χειμῶνος.] Oppian. Halieut. i 316, 329. HEINICHEN. In Glossis recte: *Murices, κήρυκες, πορφύρια.* Inde Latinis in re militari *murices* dicti, qui Graecis τρίβολοι vel σανίδες κεντρωταί. Haec Casaubonus, a Schweighaeusero indicatus ad Athenaeum viii 41, unde lusum Stratonici in ambiguitate vocis, μή ποτ'

Digitized by Google

quod fieri ipse [e] voluisset. Nullus tamen erat patientium martyrum gemitus, aut ejulatio aliqua vi doloris exorta [f]: ut [g] libenter suscipiebantur singula, ita fortiter tolerabantur accepta. Praesens enim Dominus, susceptam fidelium oblationem servorum respiciens, non solum aeternam vitam et illa quae solet devotis praestare [h], sed etiam doloris illius violentiam temperabat: scilicet ne potentiam cruciatus corporis frangerent animi. Loquebatur enim cum illis Dominus, et exspectator [i] ac roborator animorum: et praesentia medebatur mala, et coronae illis coelestia, si perdurassent, promittebat imperia. Inde judicis ille contemptus; inde gloriosa patientia. Exui enim hac luce cupiebant; ut ad illa clara atque aeterna salutis habitacula, Domino jubente, transirent. Praeponebant vera falsis, terrenis sempiterna: morituris enim parabatur unius horae exitio gaudium nulla vetustate periturum.

[e] *ipsa* Colb.

[f] *extorta* Colb.

[g] *sed ut* Colb.

[h] f. praestitit. Usser.

[i] f. spectator. Usser.

ἐπιβὰς κήρυκι τὸν πόδ' ἀναπαρῶ, citavit Eustathius ad Iliad. φ p. 1324, 23 ed. Rom. De *muricibus* in re militari vid. Pitiscum, Lex. Antiq. Rom. Cod. Paris. exhibet, *κολάσεις· ξίφη μὲν ὑποστρωννύμενοι*. Cod. Vindob. *κολάσεις· ξίφη τε ὑποστρωννύμενοι*. Apud Eusebium legimus, *τοὺς ἀπὸ θαλάττης κήρυκας, καί τινας ὀξεῖς ὀβελίσκους ὑποστρωννυμένους*. Cf. Tertull. Apol. § 12, '*Ungulis* deraditis latera 'Christianorum.' Ruchatus vertit, *ayant été étendus sur des machines remplies de pointes de fer*. Figuras ungularum, pectinum ferreorum, aliorumque quibus Martyrum carnes discerpebantur instrumentorum, proposuit Aringhius, Roma Subterranea, vi 50. Ven. Beda de S. Felice Nolano, § 3, apud Surium. i p. 217, Januar. d. 14, '*Fragmenta* quoque *testa*-'*rum* subter eum sternebantur, ne inter horrorem et 'frigora longae noctis ligatus, 'vel somnum vel requiem capere aliquam, continuo horum 'acumine compunctus, sinere-'tur.'

12. *τῆς ἐπιμόνου*] Ita recte Codd. MSti: ut in margine exemplaris sui correxit Pearsonus lectionem plane vitiosam *τῆς ἐπὶ μόνου*, quam ex Usserio praestant libri impressi.

13. *τρέψῃ*.] Cod. Paris. *στρέψῃ*.

Digitized by Google

Germanicus feris traditur. Ejus fortitudo.

Γ'. Πολλὰ γὰρ ἐμηχανᾶτο κατ' αὐτῶν ὁ διάβολος. ἀλλὰ χάρις τῷ Θεῷ· κατὰ πάντων γὰρ οὐκ ἴσχυσεν. Ὁ γὰρ γενναιότατος Γερμανικὸς ἐπερρώννυεν αὐτῶν τὴν δειλίαν διὰ τῆς ἐν αὐτῷ ὑπομονῆς· ὃς καὶ ἐπισήμως ἐθηριομάχησεν. Βουλομένου γὰρ τοῦ ἀνθυπάτου πείθειν αὐτὸν, καὶ λέγοντος τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ κατοικτεῖραι, ἑαυτῷ ἐπεσπάσατο τὸ θηρίον προσβιασάμενος, τάχιον τοῦ ἀδίκου καὶ ἀνόμου βίου αὐτῶν ἀπαλλαγῆναι βουλόμενος. Ἐκ τούτου οὖν πᾶν τὸ πλῆθος, θαυμάσαν τὴν γενναιότητα τοῦ θεοφιλοῦς καὶ θεοσεβοῦς γένους τῶν Χριστιανῶν, ἐπεβόησεν· "Αἶρε τοὺς "ἀθέους! ζητείσθω Πολύκαρπος."

Quidam, nomine Quintus,

Δ'. Εἷς δὲ ὀνόματι Κόϊντος, Φρὺξ, προσφάτως ἐληλυθὼς ἀπὸ τῆς Φρυγίας, ἰδὼν τὰ θηρία ἐδειλίασεν.

2. κατὰ πάντων] Cod. Par. ὅτι κατὰ πάντων οὐκ ἴσχυσεν.

3. Γερμανικὸς] Ejus memoriam Jan. 19 Latinorum celebrant Martyrologia. USSER.

5. τοῦ ἀνθυπάτου] Nomen proconsulis habes infra, § 21. Lucius Statius Quadratus proconsulatum Asiae gessisse legitur apud Aristidem, Orat. Sac. 4, i p. 336 ed. Jebb. Eumdem hunc esse observat Valesius cum L. Statio Quadrato, qui consul fuit principatu Antonini Pii, A. U. C. 895. Vid. Philostrat. de Vit. Sophist. ii 7 p. 576 ed. Olear. Conferatur omnino Greswellius noster, *Dissertations on the Harmony of the Gospels*, vol. iv p. 532 sq. ed. 2dae.

6. λέγοντος] Ita dedi e Cod. Par. Libb. impr. cum Codd. Barocc. et Vindob. λέγειν. Veram lectionem jam viderat Patr. Junius. Vide infra § 9.

8. τάχιον] καὶ τάχιον Cod. Paris.

ib. αὐτῶν] αὐτόν Cod. Vindob. Eusebius, ὡς ἂν τάχιον τοῦ ἀδίκου καὶ ἀνόμου βίου αὐτῶν ἀπαλλαγείη.

10. θαυμάσαν] Ita e Codd. Vindob. et Par. reposui pro θαυμάσας, quo vitio libri omnes laborant, Cod. Barocc. scilicet, pressius quam oportebat, secuti. Eusebius, τὸ πᾶν πλῆθος ἀποθαυμάσαν τῆς ἀνδρείας τὸν θεοφιλῆ μάρτυρα.

ib. θεοσεβοῦς γένους] Melito, Sardium Episcopus, in Apologia ad Imp. Antoninum Verum, τὸ τῶν θεοσεβῶν γένος. Vid. ap. Euseb. H. E. iv 56. Cf. infra § 14, παντὸς τοῦ γένους τῶν δικαίων.

11. τοὺς ἀθέους!] An legit ἀθέους Int. Vet.? ita interrogat Pearsonus. Sed proculdubio non Interpreti, sed librario vitiosa haec scriptura debet imputari. Ille enim postea haec ipsa verba bis per *Impios tolle*

Digitized by Google

III. Diabolus tamen multa machinatus est. Sed gratia Domino nostro Jesu Christo, qui contra omnes fidus servorum suorum defensor adsistit. Nam fortissimus Germanicus, et omni Deo mente devotus, incredulorum animos potentia suae virtutis exstinxit. Hic feris traditus, quum Proconsulis in se miserationem cerneret, et ab eo persuaderetur, ut saltem vel aetatem suam cogitaret, si alia forte in se contemneret omnia; dolentem in se inimicum aspernatus est, et dedignatus est veniam, quam suaderet injustus. Quare ipse ad se feram bestiam vocabat: festinans mature mundi hujus labe exui, vel iniquitate privari. His visis, vulgus universum, stupore confectum, Christianorum animum mirabatur intentius; et clamatum est: "Torqueantur innocentes: quaeratur Poly-" carpus."

IV. Tunc unus, incognitus[1] nomine, Phrygius, superveniens forte de patria, pronus ad patiendum, voluntate festinans, cruento judici se securus objecit. Sed voluntatem vicit infirmitas. Missis namque ad se feris, his aspectis timore perculsus, coepit velle quod noluisset; et, conversa ad Dia-

[1] Al. *Cointus*, i. e. *Quintus*.

reddit; et in exemplari suo Ruinartus reperit *Torqueantur nocentes*. Christianos ita appellabant efferi hi idololatrae, quia istorum fictitiis numinibus supplicare et sacrificare noluerint. SMITH. Justin. Mart. Apol. I vi p. 47 ed. Maran. Ἐνθένδε καὶ ἄθεοι κεκλήμεθα. Καὶ ὁμολογοῦμεν τῶν τοιούτων νομιζομένων θεῶν ἄθεοι εἶναι, ἀλλ' οὐχὶ τοῦ ἀληθεστάτου, καὶ Πατρὸς δικαιοσύνης καὶ σωφροσύνης καὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν, ἀνεπιμίκτου τε κακίας Θεοῦ. ib. xiii p. 50, Ἄθεοι μὲν οὖν ὡς οὐκ ἐσμέν, τὸν Δημιουργὸν τοῦδε τοῦ παντὸς σεβόμενοι, κ. τ. λ. De Atheismi crimine, veteribus Christianis adlato, conferatur Kortholtii Paganus Obtrectator, cap. x, necnon libellus ejusdem peculiaris, De Atheismo vett. Christianis ob templorum in primis aversationem, objecto &c.

13. Κόϊντος,] Cod. Vindob. Κυπτός, Φρὺξ τῷ γένει.

ib. προσφάτως] ἠροσφάτος Cod. Barocc.

Digitized by Google

Phrygius, ultro se offerens persecutori, labitur. Improbantur qui sponte se ingerunt.

Οὗτος δὲ ἦν ὁ παραβιασάμενος ἑαυτόν τε καὶ τινας ἄλλους προσελθεῖν ἑκόντας. Τοῦτον ὁ ἀνθύπατος πολλὰ ἐκλιπαρήσας, ἔπεισεν ὀμόσαι καὶ ἐπιθῦσαι. Διὰ τοῦτο οὖν, ἀδελφοὶ, οὐκ ἐπαινοῦμεν τοὺς προδίδοντας ἑαυτούς· ἐπειδὴ οὐχ οὕτως διδάσκει τὸ εὐαγγέλιον.

S. Polycarpus ab urbe secedit.

Ε'. Ὁ δὲ θαυμασιώτατος Πολύκαρπος, τὸ μὲν πρῶτον ἀκούσας οὐκ ἐταράχθη, ἀλλ' ἐβούλετο κατὰ πόλιν μένειν· οἱ δὲ πλείους ἔπειθον αὐτὸν ὑπεξελθεῖν· καὶ ὑπεξῆλθεν εἰς ἀγρίδιον οὐ μακρὰν ἀπέχον ἀπὸ τῆς πόλεως, καὶ διέτριβε μετ' ὀλίγων νυκτὰ καὶ ἡμέραν, οὐδὲν ἕτερον ποιῶν ἢ προσευχόμενος περὶ πάντων, καὶ τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην ἐκκλησιῶν, ὅπερ ἦν σύνηθες αὐτῷ. Καὶ προσευχόμενος ἐν ὁπτα-

1. *καί τινας ἄλλους*] Codd. Par. et Barocc. *καί τινας.*

2. *ὁ ἀνθύπατος κ. τ. λ.*] Alio ordine Cod. Vindob. *ἐκλιπαρήσας πολλὰ ὁ ἀνθύπατος ἔπεισεν αὐτόν.*

4. *οὐκ ἐπαινοῦμεν*] In his enarrandis, paullo liberius, nec satis fideliter versatus est Eusebius, metuens, opinor, ne Martyribus plurimis, qui se judicibus, Deo instigante, obtulerunt, praejudicium fieret. COTEL. En vero nobile prudentiae pariter ac pietatis Christianorum veteris Smyrnae specimen! qui in hac Epistola, Quinti, Phrygis, in ipso agone a Christiana fide turpissime deficientis, pusillanimitatem sub oculis ponentes, illorum, qui, nulla necessitate urgente, sese Magistratibus Ethnicis [obtulerunt], temeritatem, licet non penitus damnent, tamen approbare et laudare non sustinuerint; longeque aliud martyrii genus ab exemplo Christi docent ipsis proponendum. Ideo martyrium hoc S. Polycarpi, (qui, donec a satellitibus deprehenderetur, prius fuga sibi consulens, *περιέμενεν*, i. e. aequo, sed tamen forti animo *exspectavit*) appellant *τὸ κατὰ τὸ εὐαγγέλιον μαρτύριον*· quod repetitur § 19, et ejusmodi [dicitur] esse, ut omnes boni, qui ad illam moriendi pro Christo gloriam adspirant, hac ex parte summa cum laude sequi possint. SMITH.

ib. *προδίδοντας ἑαυτούς·*] Cod. Vindob. *προδίδοντας ἑαυτοῖς* exhibet. Libb. impr. cum Codd. Barocc. et Par. praestant *προσιόντας ἑαυτοῖς*, quam lectionem e conjectura correxit Smithus, vel *προδόντας* vel *προσδόντας ἑαυτούς*. Langbainius, ex praecedentibus illis *τινὰς προσελθεῖν ἑκόντας*, legendum censuit *προσ-*

Digitized by Google

bolum voluntate, probare illud, ad quod venerat destruendum. Hunc itaque Proconsul multis pellectionibus sacrificare persuasit. Ideo non eos, fratres, laudare debemus qui se ultro offerunt, sed eos qui inventi latentes in passione potius perseverant. Sic nos namque Evangelicus sermo confirmat, et hoc hortatur exemplo, quo cessisse videmus ultroneum, et vicisse compulsum.

V. Unde Polycarpus, vir eximiae prudentiae robustique consilii, his auditis latebram petiit. Nec tamen mente turbatus fugiebat haec, sed potius differebat: qui per singulas civitates ambulans, hortantes, ut celerius exiret, ac se quaerentibus aliqua ratione subtraheret, aspernatus, diutius morabatur. Tandem in agrum civitati proximum secedendum putavit. Ibi diebus ac

ιόντας ἑκόντως. Apud Clem. Rom. i 55 *παραδεκωκότας ἑαυτούς.*

5. *οὐχ οὕτως*] Jubet enim potius fugere ad aliam urbem, S. Matt. x 23, ita tamen ut si fugere non liceat, mors constanter feratur. CLERICUS. Cod. Vindob. *τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον.*

7. *Ὁ δὲ θαυμασιώτατος*] Cod. Par. *Ὁ δὲ θαυμάσιος.* Cod. Vindob. *Ὁ δὲ τίμιος καὶ θαυμασιώτατος.*

8. *κατὰ πόλιν*] Cod. Vindob. *κατὰ τὴν πόλιν.* Int. Vet. sic emendavit et distinxit Smithus e Cod. Colbert. In ed. Usser. pro *hortantes——subtraheret, aspernatus hortabatur ne &c.* legimus *subtraheret. Aspernatus &c.* quasi ab hoc vocabulo sententia proxima incepisset.

10. *καὶ ὑπεξῆλθεν*] Cod. Vindob. *καὶ πεισθεὶς ὑπεξῆλθεν εἰς τὸ ἀγρίδιον κ. τ. λ.*

11. *καὶ διέτριβε μετ' ὀλίγων*] Ita dedi e Cod. Par. Cod. Vindob. *καὶ ἔτριβε μετ' ὀλίγων ἀδελφῶν.* Libb. impr. cum Cod. Barocc. *ἔτριβε μετ' ὀλίγον*, ubi legendum monet Usserius vel *μὲν ὀλίγον* vel *μετ' ὀλίγων.* Eusebius habet *διατρίβειν τε σὺν ὀλίγοις ἐνταῦθα.*

12. *οὐδὲν ἕτερον*] Cod. Vindob. *μηδὲν ἕτερον.*

13. *καὶ τῶν*] *καὶ* om. in Cod. Paris.

14. *ἐν ὀπτασίᾳ*] Recte in Nicephoro reprehensus cernitur Eusebius, quod visionem hanc dormienti Polycarpo oblatam fuisse putaverit. COTEL. *Ecstasi quadam correptus inter precandum.* Eodem modo visionem hanc S. Polycarpo obtigisse fortasse dicendum est, quo illam S. Petro factam fuisse legimus in Actorum cap. x. SMITH. Visiones et dona prophetica a temporibus Apo-

Digitized by Google

Visio de martyrio suo ei oblata.

σίᾳ γέγονε πρὸ τριῶν ἡμερῶν τοῦ συλληφθῆναι αὐτόν· καὶ εἶδεν προσκεφάλαιον αὐτοῦ ὑπὸ πυρὸς κατακαιόμενον. Καὶ στραφεὶς εἶπεν πρὸς τοὺς συνόντας αὐτῷ προφητικῶς· "Δεῖ με ζῶντα καυθῆ-
" ναι."

Iterum migrat.

ς'. Καὶ ἐπιμενόντων τῶν ζητούντων αὐτὸν, μετέβη εἰς ἕτερον ἀγρίδιον, καὶ εὐθέως ἐπέστησαν οἱ ζητοῦντες αὐτόν· καὶ μὴ εὑρόντες, συνελάβοντο παιδάρια δύο, ὧν τὸ ἕτερον βασανιζόμενον ὡμολόγησεν. Ἦν

A servulo proditur.

γὰρ καὶ ἀδύνατον λαθεῖν αὐτὸν, ἐπεὶ καὶ οἱ προδίδοντες αὐτὸν οἰκεῖοι ὑπῆρχον. Καὶ ὁ εἰρήναρχος, ὁ καὶ

stolorum permanserunt usque ad Cyprianum, si Dodwellium audias, Diss. Cypr. iv. Visionem nocturnam quae de passione sua Cyprianum admonuit narrat Pontius diaconus in Vita Cypriani, §§ 12, 13 ap. Ruinart. Act. Sinc. p. 211. Tu autem vide Thomam Jackson, *The Eternal Truth of Scriptures*, I xiii, i p. 82, Oxon. 1844.

1. *πρὸ τριῶν ἡμερῶν*] Cod. Barocc. *πρὸ τῶν ἡμερῶν*. Cod. Vindob. *τοῦ συλληφθῆναι αὐτοῦ*.

2. *καὶ εἶδεν*] Cod. Par. *καὶ ἴδεν*. Cod. Vindob. *ἴδεν γὰρ τὸ προσκεφάλαιον αὐτοῦ*.

4. "*Δεῖ με κ. τ. λ.*] Cod. Vindob. *Ἀδελφοὶ καὶ τέκνα, δεῖ με κ. τ. λ.* E Codd. Vindob. Par. Barocc. *καυθῆναι* restitui. Libb. impr. Usserium secuti, *κατακαυθῆναι*. Euseb. *ὅτι δέοι αὐτὸν διὰ Χριστὸν πυρὶ τὴν ζωὴν μεταλλάξαι*.

6. *Καὶ ἐπιμενόντων*] Eusebius, *Ἐπικειμένων δὴ οὖν σὺν πάσῃ σπουδῇ τῶν ἀναζητούντων αὐτόν*.

ib. *τῶν ζητούντων*] Saevitia aucta erat a temporibus Trajani et Hadriani, qui conquiri Christianos noluerunt. Sed ita interpretabantur Rescripta Trajani et Hadriani ut conquirere liceret, si modo essent delatores ad eos palam accusandos parati. Re vera ita erant concepta, ut sic intelligi possent; et fortasse quidem data opera, ut ne deessent qui Christianis exitium crearent. CLERICUS.

7. *καὶ εὐθέως ἐπέστησαν*] Cod. Vindob. *καὶ ἅμα τοῦ ἐπαναχωρῆσαι ἐπέστησαν*.

9. *ὧν τὸ ἕτερον*] Cod. Par. *ὧν τὸ στερρον κ. τ. λ.* Cod. Vindob. *ἃ καὶ βασανιζόμενα ὡμολόγησαν*.

ib. *Ἦν γὰρ καὶ——ὑπῆρχον.*] Haec ex interpolatoris manu esse censet Dalrymplius.

10. *ἐπεὶ καὶ*] Cod. Vindob. *ἐπειδὴ καί*.

ib. *οἱ προδίδοντες αὐτὸν*] Cod. Par. om. *αὐτόν*.

11. *ὑπῆρχον.*] Caetera hujus pericopae non agnoscit Cod. Vindob. ubi legimus *ὑπῆρχον· ἔχοντες οὖν τὰ παιδάρια, κ. τ. λ.*

ib. *ὁ εἰρήναρχος,*] Irenarchae munus erat, seditiosos homines et pacis publicae turbatores comprehendere, et praemissis notoriis ad tribunalia judicum

Digitized by Google

noctibus sine intermissione orationi impendendo operam, Dei implorabat auxilium, quo fortior esset in poena. Signum tamen, ante triduum quam comprehenderetur, revelationis accepit. Intuebatur cervicalem capitis sui flamma ambiente circumdari. Expergefactus itaque sanctissimus senex, vix adhuc stratis gravia membra subtraxerat, et ait his, qui cum eo erant, ignibus se cremandum.

VI. Ecce in alium agrum forte concesserat: statim quaerentes eum adfuerunt custodes. Sed quum ab his ille investigari non posset, uno ex his etiam verberato, latebram confessione infans aperuit. Nec enim ipse celari poterat, quem

perducere, ut docet Augustinus, Epist. cxl et clix. [? clix et clx, sc. Epp. 133 et 134 ed. Bened.] Hinc est quod Herodes, Irenarcha Smyrnaeorum, Polycarpum hic vehiculo suo excepisse dicitur, quem scilicet per satellites suos inquiri et comprehendi jusserat. Creabantur autem Irenarchae ex corpore curiae, ut indicat Lex 49 in Cod. Theodos. de Decurionibus, in qua *Praepositi Pacis* dicuntur, [i p. 409 ed. Gothofred. et Ritter.] in Epistolis Libanii *ἄρχοντες τῆς εἰρήνης*. [*Τοῦτον εὑρὼν τῆς εἰρήνης φύλακα*. Ep. 446 p. 225 ed. Wolf.] Theodosius junior in Oriente penitus eos abolevit. [tom. iv p. 647.] VALESIUS. Videntur restituti a Justiniano, Vid. ejus Cod. Lib. x Tit. 75, de Irenarchis. [' Irenarchae qui ad provinci-
' arum tutelam, quietis ac pacis
' per singula territoria faciunt
' stare concordiam, a decurioni-
' bus, judicio praesidum provin-
' ciarum idonei nominentur.] CLERICUS. Apud Asianos, et hisce ipsis de quibus nunc agimus temporibus, Irenarchas deligendi quis mos fuerit, in Sacra Orat. iv [p. 338 ed. Jebb.] ita explicat, qui tum apud eos vixit, Aristides: *Ἐπέμπετο τοῖς ἡγεμόσι κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους ἀφ' ἑκάστης πόλεως, ἑκάστου ἔτους, ὀνόματα δέκα ἀνδρῶν τῶν πρώτων· ταῦτα ἔδει σκεψάμενον τὸν ἡγεμόνα, ἕνα ὃν προκρίνεται ἐξ ἁπάντων, καθιστάναι φύλακα τῆς εἰρήνης*. Ubi notandum, 1°. totius provinciae proprie dictae Asiae Proconsulem tunc fuisse Praesidem: licet sub eo alius quoque liberis Asiae civitatibus praefuerit. 2°. In unaquaque Asiae civitate constitutum fuisse unum, cujus munus erat *προστῆναι τῆς εἰρήνης* (ut paullo post Aristides loquitur) *paci praeesse*, eumque annuum creatum fuisse; quem magistratum in urbe Smyrnensi

Digitized by Google

κληρονόμος τὸ αὐτὸ ὄνομα, Ἡρώδης ἐπιλεγόμενος, ἔσπευδεν εἰς τὸ στάδιον αὐτὸν εἰσαγαγεῖν· ἵνα ἐκεῖνος μὲν τὸν ἴδιον κλῆρον ἀπαρτίσῃ, Χριστοῦ κοινωνὸς γενόμενος· οἱ δὲ προδόντες αὐτὸν, τὴν αὐτοῦ τοῦ Ἰούδα ὑπόσχοιεν τιμωρίαν.

Perquiritur.

Ζ'. Ἔχοντες οὖν τὸ παιδάριον, τῇ παρασκευῇ, δείπνου ὥρᾳ, ἐξῆλθον διωγμῖται καὶ ἱππεῖς, μετὰ τῶν συνήθων αὐτοῖς ὅπλων, "ὡς ἐπὶ λῃστὴν" τρέχοντες. Καὶ ὀψὲ τῆς ὥρας συναπελθόντες, ἐκεῖνον μὲν εὗρον ἔν τινι δωματίῳ κατακείμενον, ἐν ὑπερῴῳ· κάκεῖθεν ἠδύνατο εἰς ἕτερον χωρίον ἀπελθεῖν, ἀλλ' οὐκ ἐβουλήθη, εἰπών· "Τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ γενέσθω." Ἀκούσας δὲ αὐτοὺς παρόντας, καὶ καταβὰς, διελέχθη

Recusat alio fugere.

hoc anno Herodes gesserit. USSER. Neander, *der Polizeiaufseher.*

1. κληρονόμος] Herodes ille, tunc temporis simul εἰρήναρχος et κληρονόμος ἐπιλεγόμενος, i. e. *electus* et *constitutus*, sive a Proconsule, sive a populo, (ita enim verba haec distinguenda censeo, ὁ καὶ κληρονόμος, τὸ αὐτῷ ὄνομα Ἡρώδης,) festinabat S. Polycarpum in arena sistere. Male hic positum arbitror κληρονόμος pro οἰκονόμος sive ἀγορανόμος. Isthoc enim tempore ille aliud munus publicum praeter εἰρηναρχίαν, quae unico anno terminabatur, videtur gessisse. Haec non intellexit Interpres, qui Irenarcham et Herodem diversos facit. SMITH. Cod. Par. exhibet ὁ κεκληρωμένος τὸ αὐτὸ ὄνομα. Has voces ὁ καὶ κληρονόμος τὸ αὐτὸ ὄνομα, glossematis speciem, judice Dresselio, prae se ferentes, sicco pede praeterit Ruchatus. Wakius vertit, *So the officer who is called Cleronomos.* Chevallier. *So the keeper of the peace, who was also magistrate elect.* Apud Demosth. c. Midiam § 8 exponunt κληρονόμοι τῆς δίκης, *qui loco alterius satisfactionem ab aliquo violatore repetere debent, ad quos devolutum est jus poenas repetendi.* Cf. Orat. c. Androt. κληρονόμον γάρ σε καθίστησιν ὁ νόμος τῆς ἀτιμίας τῆς τοῦ πατρός. i p. 603, Orat. Graec. ed. Reisk.

ib. τὸ αὐτὸ ὄνομα,] Ὄνομα, ut saepius, *munus, officium, honor.* HEFELIUS.

4. τὴν αὐτοῦ τοῦ Ἰούδα] Ita Codd. Barocc. et Par. non τὴν αὐτοῦ Ἰούδα, uti in Russelii libro. Melius forsitan τὴν αὐτήν. Pro ὑπόσχοιεν Cod. Barocc. praestat ὑπόσχυεν.

6. τὸ παιδάριον,] Cod. Vindob. τὰ παιδάρια. Lectioni Codd. Barocc. et Par. favet Int. Vet. necnon Eusebius, παίδων, ὧν θάτερον αἱκισαμένους, ἐπιστῆραι δι'

Digitized by Google

passio ipsa poscebat. Proditores ejus domestici Irenarcha et Herodes festinabant in arenam eum citius exhibere, ut et ille Christi, finita passione, sit socius; et proditores, exemplo Judae, poenam quam merentur, accipiant. S. Matt. x 36.

VII. Habentes itaque infantulum, ante sabbatum, hora ipsius coenae egressi sunt, Polycarpum perquirentes, cum equorum magna copia vel armorum: quasi vero non servum Christi comprehenderent, sed latronem. Invenerunt eum nocte in tegulis se prementem. Fuerat quidem transgrediendi in alium agrum facultas: sed jam fessus ostendere se maluit quam celare, dicens: "*Com-* Act. xxi 14. "*pleatur voluntas Dei:* quamdiu voluit ille, dis- "tuli; et quando jussit, optavi." Visis itaque S. Matt. xxvi 55.

αὐτοῦ τῇ τοῦ Πολυκάρπου καταγωγῇ.

ib. *τῇ παρασκευῇ,*] *die Sabbatum proxime praecedenti.* Cf. S. Luc. xxiii 54, S. Johan. xix 31.

7. *δείπνου ὥρᾳ,*] Codd. Vindob. et Par. secutus sum. Cod. Barocc. *ὥραν.*

ib. *διωγμῖται*] Erant hi levis armaturae milites ad persequendos et capiendos latrones comparati. VALESIUS. Wakius vertit, *the serjeants;* Dalrymplius, *the peace-officers;* Chevall. *the officers;* Ruchatus, *des ministres de la persécution.* *διωγμῆται* exhibent Codd. Barocc. et Vindob. *διωγμίται* Cod. Par. Scripturam *διωγμῖται* veriorem esse statuit Dindorfius, ad calcem literae Δ in nova Thesauri editione.

8. "*ὡς ἐπὶ λῃστὴν*"] Cod. Vindob. *ὡς ἐπὶ λῃστῆ.*

9. *συναπελθόντες,*] Cod. Par. *καταλάβοντες.* Codd. Barocc. et Vindob. scripturam, ex Eusebii lectione *ἐπελθόντες*, correxit Usserius *συνεπελθόντες*, probante Smitho.

10. *κατακείμενον, ἐν ὑπερῴῳ·*] Ita Cod. Vindob. Codd. Par. et Barocc. *κατακείμενον ὑπερῴῳ.*

ib. *κἀκεῖθεν*] Cod. Vindob. *κἀκεῖθεν δέ.*

11. *εἰς ἕτερον χωρίον*] *in aliud praedium* Cotel. et Hefelius. Rectius, ut mihi quidem videtur, quam eruditissimus Neander, qui intelligit Polycarpo licuisse e tecto, non uti apud nos fastigato, sed Orientalium more aedificandi plano, in domum proximam transire.

12. *τοῦ Θεοῦ*] Cum Codd. Vindob. et Paris. facit Int. Vetus. Cod. Barocc. *τοῦ Κυρίου.*

13. *Ἀκούσας δὲ αὐτοὺς*] Ita Codd. Vindob. et Par. melius, ut opinor, quam Codd. Barocc. *Ἀκούσας οὖν τοὺς παρόντας.*

ib. *καὶ καταβάς,*] *καὶ* om. in Cod. Paris.

Digitized by Google

αὐτοῖς· θαυμαζόντων τῶν παρόντων τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ καὶ τὸ εὐσταθὲς, καὶ ὅτι τοσαύτῃ σπουδῇ ἐχρήσαντο τοῦ συλληφθῆναι τοιοῦτον πρεσβύτην ἄνδρα.

Satellites convivio excipit.

Εὐθέως οὖν αὐτοῖς ἐκέλευσε παρατεθῆναι φαγεῖν καὶ πιεῖν ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ, ὅσον ἂν βούλωνται· ἐξῃτήσατο δὲ αὐτοὺς, ἵνα δῶσιν αὐτῷ ὥραν πρὸς τὸ προσεύξασθαι ἀδεῶς.

Orat.

Τῶν δὲ ἐπιτρεψάντων, σταθεὶς προσηύξατο, πλήρης ὢν τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ, οὕτως ὥστε ἐπὶ δύο ὥρας μὴ δύνασθαι σιωπῆσαι, καὶ ἐκπλήττεσθαι τοὺς ἀκούοντας, πολλούς τε μετανοεῖν ἐπὶ τῷ ἐληλυθέναι ἐπὶ τοιοῦτον θεοπρεπῆ πρεσβύτην.

In urbem ducitur.

Η'. Ὡς δὲ κατέπαυσε τὴν προσευχὴν, μνημονεύσας ἁπάντων καὶ τῶν πώποτε συμβεβηκότων αὐτῷ, μικρῶν τε καὶ μεγάλων, ἐνδόξων τε καὶ ἀδόξων, καὶ ἁπάσης τῆς κατὰ τὴν οἰκουμένην καθολικῆς ἐκκλησίας, τῆς ὥρας ἐλθούσης τοῦ ἐξιέναι, ἐν ὄνῳ καθίσαντες αὐτὸν, ἦγον εἰς τὴν πόλιν, ὄντος Σαββάτου

1. *θαυμαζόντων τῶν παρόντων*] Cod. Barocc. *θαυμαζόντων δὲ τῶν παρόντων.*

2. *καὶ ὅτι τοσαύτῃ——ἄνδρα.*] Cor. Par. secutus sum. Cod. Barocc. praestat *καὶ τὸ εὐσταθές, τινὲς ἔλεγον, Ἡ τοσαύτη σπουδὴ ἡ τοῦ συλληφθῆναι τοιοῦτον πρεσβύτην ἄνδρα ἦν, εὐθέως κ. τ. λ.* quam lectionem ita refingendam esse censuit Usserius: vel *ἡ τοσαύτῃ σπουδὴ ὑπὲρ τοῦ . . .* vel *τί τοσαύτη σπουδὴ τοῦ . . .* Cod. Vindob. exhibet *ἡ τοσαύτη σπουδὴ ἦν τοῦ συλληφθῆναι τοιοῦτον πρεσβύτην ἄνδρα.* Apud Eusebium legimus *καὶ εἰ τοσαύτη γένοιτο σπουδὴ ὑπὲρ τοῦ τοιοῦτον συλληφθῆναι πρεσβύτην.*

4. *Εὐθέως οὖν αὐτοῖς*] Cod. Par. *εὐθέως οὖν αὐτούς.* Alio ordine Cod. Vindob. *Εὐθέως οὖν ἐκέλευσε παρατεθῆναι αὐτοῖς φαγεῖν κ. τ. λ.*

5. *ἐξῃτήσατο δὲ αὐτοὺς,*] Codd. Vindob. et Par. *ἐξῃτήσατο δὲ αὐτοῖς.* Mox pro *δῶσιν* Cod. Vindob. *δώσωσιν.*

6. *πρὸς τὸ προσεύξασθαι*] Ita Cod. Vindob. Cod. Par. *πρὸς τὸ εὔξασθαι.* Cod. Barocc. *ὥραν προσεύξασθαι.* Eusebius, *μίαν τε ὥραν ὡς ἂν προσεύξοιτο ἀδεῶς.*

9. *σιωπῆσαι,*] Cod. Vindob. *σιγῆσαι ἀλλ' ἐκπλήττεσθαι τοὺς ἀκούοντας καὶ μετανοεῖν κ. τ. λ.*

ib. *ἐκπλήττεσθαι*] Eodem sensu ponitur haec vox in Ep. Barnabae, § 6, p. 226 ed. Voss. *ἵν' ὅταν ἴδωσιν αὐτὸν τότε ἐρχόμενον ἐκπλαγήσονται ἐπὶ τῇ ὁμοιότητι τοῦ τράγου.* Cf. Euseb. H. E.

Digitized by Google

illis, descendit : habuitque sermonem, qualem aut illa [k] aetas potuerat, aut Spiritus gratiae coelestis infuderat. Quum mirarentur in his annis tantam velocitatem pedum, tantam habitudinem esse membrorum, ad cujus investigationem vix summa celeritate pervenerint : nihil stupentibus ille respondit, sed statim his alimenta cibi praebuit, et mensam jussit adponi. Nec hoc sine divini magisterii mandato faciens : quum scriptum sit, *inimicos nostros potu et cibo debere satiari.* Tunc deprecatus est, ut ei horam concederent qua posset orare et omnipotenti Deo debita precum vota persolvere. Praebentibus facultatem, stans [l] petebat donum Dei praeceptumque compleri. Jugiter autem per duas fere horas oratio illa duravit : stupefactis audientibus, et, quod majoris palmae videretur [m], inimicis.

[k] *nulla* Colb.

Rom. xii 20.

[l] *instanter* Colb.

[m] *videtur* Colb.

VIII. Orationis postmodum voce completa ; facta in precibus omnium mentione, notorum ignotorumque, bonorum ac malorum, et catholicorum omnium, qui per singula loca Ecclesiae colliguntur : tandem hora illius advenit, quae custodiendae [n] acciperet coronam justitiae. Impositus

[n] *custoditae* Colb.

i 4, Τοῦτο καὶ προφητῶν κατεπλάγη τις.

10. ἐπὶ τῷ ἐληλυθέναι] Euseb. ἐπὶ τῷ τοιοῦτον ἀναιρεῖσθαι μέλλειν σεμνὸν καὶ θεοπρεπῆ πρεσβύτην. USSER. Codd. Barocc. et Vindob. ἐπὶ τὸ ἐληλυθέναι . . . θεοπρεπεῖ. Cod. Par. μετανοεῖν καὶ ἐληλυθέναι.

13. πώποτε] Ita Codd. Vindob. et Par. cum Eusebio. Cod. Barocc. ποτέ. Pro συμβεβηκότων Coteler. legendum esse monuit συμβεβληκότων ex Euseb. Codd. Mazar. et Medic. et τῷ μαθητῇ συμβεβληκότες quidem habet Euseb. iii 23. Miror Valesium statuere Interpretem nostrum Vet. non aliter legisse : apud quem *notorum ignotorumque* vocibus ἐνδόξων τε καὶ ἀδόξων respondent.

15. καθολικῆς] Vid. notata ad Ignat. Ep. ad Smyrn. § 8.

16. ἐν ὕψῳ] ἐν om. Cod. Vindob.

17. Σαββάτου μεγάλου.] h. e. die Sabbati qui Paschalem solennitatem proxime antecedebat ; in Calendario Ecclesiastico

Digitized by Google

μεγάλου. Καὶ ὑπήντα αὐτῷ ὁ εἰρήναρχος Ἡρώδης, καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ Νικήτης [ἐπὶ τὸ ὄχημα,] οἱ καὶ μεταθέντες αὐτὸν ἐπὶ τὴν καροῦχαν, ἔπειθον παρακαθεζόμενοι, καὶ λέγοντες· "Τί γὰρ κακόν ἐστιν εἰπεῖν, "Κύριος Καῖσαρ! καὶ ἐπιθῦσαι, καὶ τὰ τούτοις ἀκό- "λουθα, καὶ διασώζεσθαι;" Ὁ δὲ τὰ μὲν πρῶτα οὐκ ἀπεκρίνατο αὐτοῖς· ἐπιμενόντων δὲ αὐτῶν, ἔφη· "Οὐ "μέλλω ποιεῖν ὃ συμβουλεύετέ μοι." Οἱ δὲ ἀποτυχόντες τοῦ πεῖσαι αὐτὸν, δεινὰ ῥήματα ἔλεγον αὐτῷ, καὶ μετὰ σπουδῆς καθήρουν αὐτὸν [ἀπὸ τοῦ ὀχήμα-

Ad defectionem solicitatur.

E curru dejicitur, ejusque tibia laeditur.

Vigilia Paschatis. Τὸ Σάββατον οὐ νηστεύομεν, ἵνα μὴ δόξωμεν Ἰουδαΐζοντες· τὴν Κυριακὴν πανηγυρίζομεν, διὰ τὴν τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ παγκόσμιον χαρὰν καὶ ἀνάστασιν, καὶ ὅτι τὸ μὲν δημιουργίας ἐστὶν ὑπόμνησις, ἡ δὲ ἀναστάσεως, μᾶλλον δὲ ἀναπλάσεως· κατὰ δὲ μόνον ΤΟ ΜΕΓΑ ΣΑΒΒΑΤΟΝ, καθ' ὃ τὸ Κυριακὸν σῶμα ἐν τῷ τάφῳ ἔπνουν ἔκειτο, νηστεύειν, κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου φωνὴν τὴν λέγουσαν, Ὅταν ἀπαρθῇ ἀπ' αὐτῶν ὁ νυμφίος, τότε νηστεύσουσιν, προσετάχθημεν. Canon B. Apost. lxvi, Tom. i p. 43 ed. Bevereg. Conf. Const. Apost. v 19, Concil. Trull. Can. lxxxix. Sic Zonaras quoque ad Can. xlv Concil. Laod. p. 356, Τὸ μέγα Σάββατον μέσον ἐστὶ τῆς ταφῆς καὶ τῆς ἀναστάσεως.

1. ὑπήντα αὐτῷ] Codd. Vindob. et Par. ὑπαντᾶ. Codd. Vindob. et Barocc. αὐτόν, quam vocem ad oram libri Vindob. manus recentior alio atramento correxit, αὐτῷ. Verbum ὑπαντᾶν cum tertio casu jungi solet.

ib. Ἡρώδης,] Cod. Vindob. ὁ ἐπικληθεὶς Ἡρώδης.

2. Νικήτης] Nicetae Smyrnaei vita habetur apud Philostratum, [de Vit. Sophist. i 19] sed nostro hoc aliquanto senioris, quippe qui Nerva imperante maxime inclaruit. USSER. 'An vero idem cum 'illo non sit, viderint doctiores. 'Certe tempus non male con-'venit.' Olearius in loc. Cod. Par. Νικήτας. Cod. Vindob. ὀνόματι Νικήτης.

3. ἐπὶ τὴν καροῦχαν,] In Cyrilli Graeco-Latino Glossario, κάρρον et καρούχιον, *rheda* exponitur: et in Hesychii Lexico vice versa, ῥηδίων, καρούχων· apud quem etiam ἅρμα est ὄχημα, καροῦχα, δίφρος. Latinis Scriptoribus, Plinio, Martiali, Suetonio, et sequentibus Historiae Augustae scriptoribus, *carrucae* vox usitatissima est; indeque tum posteriorum Graecorum καροῦχα illa, tum vulgatum nostrum *caroche*, [aliter *carrosse*] suam traxit originem. USSER. Eusebius, οἱ καὶ μεταθέντες αὐτὸν εἰς τὸ ὄχημα, et paullo post, ubi in hac Epist. Circ. legimus, ἀπὸ τοῦ ὀχήματος, ὡς καὶ κατιόντα ἀπὸ τῆς καρούχας,

Digitized by Google

itaque asino, quum appropinquaret civitati majori Sabbato, obvius Irenarchae Herodi et patri ejus Niceteri °, vehiculoque susceptus; ut vel obsequio vinceretur, qui vinci poenae dolore non poterat. Quum ergo subdolo crebroque sermone profanum aliquid ab illo exigerent adsidentes, dicerentque; "Quid mali est dicere, Domine, et sacrificare?" et reliqua quae solent Diabolo instigante narrari: frenato paullisper ore, omnibus patienter auditis, tandem iratus annunciat; ad hoc se nunquam posse perduci, non igne, non ferro, non arctorum doloribus vinculorum, non fame, non exsilio, non

° l. Nicetae.

apud Euseb. tantum habetur, *ὡς κατιόντα ἀπὸ τοῦ ὀχήματος*. Unde suspicatur Usserius utrobique *καρούχας*, sequioribus saeculis magis notum vocabulum, hic substitutum fuisse. Mihi autem, salva tanti viri reverentia, longe verisimilius videtur, *ἀπὸ τοῦ ὀχήματος* glossema esse hic, sicuti infra § 18, vocem *ἑκατόνταρχος* additam fuisse a manu recentiore. *Carrucae* enim, uti docet Schefferus, De Re Vehiculari, cap. 27, jam mentionem fecerant Plinius, H. N. xxxiii 11, Suetonius, Neron. xxx 10, aliique. Vocem *καροῦχαν* habes apud Theophilum Antecessorem, II i 48.

5. "Κύριος Καῖσαρ!] Τοῦ Κυρίου nomen hic non simpliciter, sed pro *Deo* accipitur. Tertullianus in Apol. § 34, 'Dicam plane 'Imperatorem Dominum, sed 'quando non cogor ut Domi-'num Dei vice dicam.' Namque non post mortem solum Imperatores suos apotheosi honorabant, sed etiam vivis aras et templa exstruebant et sacrificabant. Multis de hoc argumento agit vir summus J. G. Vossius, lib. iii de Progr. et Orig. Idol. cap. 17. MADER. Codd. MSS. exhibent Κύριος Καῖσαρ, non Κύριε Καῖσαρ, uti in Libb. impr. et apud Eusebium.

ib. *καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα,*] Hae voces desunt apud Eusebium. Cod. Par. exhibet *καὶ ἐπιθῦσαι τούτοις ἀκόλουθα*. Cf. infra, p. 624 l. 15, *καὶ ἕτερα τούτοις ἀκόλουθα*.

6. *διασώζεσθαι;*"] Ita etiam habetur in Eusebii MS. Saviliano: ubi in vulgatis legitur *σώζεσθαι*, pro quo Rufinus habet, *vivere securum*. USSER.

ib. 'Ο *δὲ*] Cod. Vindob. 'Ο *δὲ ἅγιος* Πολύκαρπος.

7. "Οὐ *μέλλω*] *οὐ μέλω* Cod. Barocc.

9. *πεῖσαι αὐτὸν,*] Cod. Vindob. *πεῖσαι αὐτὸν διὰ πιθανολογίας*.

10. *μετὰ σπουδῆς*] Cod. Vindob. *μετὰ πολλῆς σπουδῆς*. Mox pro *καθήρουν* Cod. Barocc. exhibet *καθήρον*. Cod. Par. *καθηίρον*. Cod. Vindob. *καθῆρον*.

Digitized by Google

τος], ὡς καὶ κατιόντα ἀπὸ τῆς καρούχας ἀποσυρῆναι τὸ ἀντικνήμιον. Καὶ μὴ ἐπιστραφεὶς, ὡς οὐδὲν πεπονθὼς, προθύμως μετὰ σπουδῆς ἐπορεύετο, ἀγόμενος εἰς τὸ στάδιον· θορύβου τηλικούτου ὄντος ἐν τῷ σταδίῳ, ὡς μηδὲ ἀκουσθῆναί τινα δύνασθαι.

In stadium ingressus, coelesti voce recreatur.

Θ'. Τῷ δὲ Πολυκάρπῳ, εἰσιόντι εἰς τὸ στάδιον, φωνὴ ἐξ οὐρανοῦ ἐγένετο· "Ἴσχυε καὶ ἀνδρίζου, "Πολύκαρπε!" Καὶ τὸν μὲν εἰπόντα οὐδεὶς εἶδεν, τὴν δὲ φωνὴν τῶν ἡμετέρων οἱ παρόντες ἤκουσαν.

Tumultus in stadio maximus. Offertur Proconsuli.

Καὶ [λοιπὸν] προσαχθέντος αὐτοῦ, θόρυβος ἦν μέγας ἀκουσάντων ὅτι Πολύκαρπος συνείληπται. Λοιπὸν προσαχθέντα αὐτὸν ἀνηρώτα ὁ ἀνθύπατος, εἰ αὐτὸς εἴη Πολύκαρπος. Τοῦ δὲ ὁμολογοῦντος, ἔπειθεν ἀρνεῖσθαι, λέγων· "Αἰδέσθητί σου τὴν ἡλικίαν," καὶ ἕτερα τούτοις ἀκόλουθα, ὡς ἔθος αὐτοῖς λέγειν·

1. ὡς καὶ κατιόντα] καί om. Cod. Paris. Sequentia minus feliciter reddunt Wakius et Chevallier. *he hurt his thigh.*

2. Καὶ μὴ] Cod. Vindob. Καὶ μηδὲ.

3. προθύμως] Ita Codd. Barocc. et Vindob. Cod. Par. πρόθυμος. et sic apud Eusebium Strothius.

5. ὡς μηδὲ ἀκουσθῆναι] Euseb. ὡς μηδὲ πολλοῖς ἀκουσθῆναι.

6. Τῷ δὲ Πολυκάρπῳ,] Cod. Vindob. Τῷ δὲ μακαρίῳ Πολυκάρπῳ.

7. ἐξ οὐρανοῦ ἐγένετο·] Cod. Vindob. subjicit λέγουσα.

8. Πολύκαρπε!"] Cod. Vindob. Πολύκαρπε, μετὰ σοῦ γάρ εἰμι. quod additamentum, ex Act. xviii 9, 10 forsitan depromptum, qui inseruit, hanc vocem revera e coelo missam fuisse credidit; eamque sententiam tuetur cel. Tholuckius, *Commentar zum Evangelio Johannis*, xii 28—30, ad quem locum conferri jubet illud *Tolle, Lege*, a S. Augustino auditum, Confess. viii 12, et visiones Apostolorum Petri et Pauli, Act. x 13, 15, ix 7, xxii 7, cum Joseph. B. J. vii 12, [vi 5 ed. Hudson. et Cardwell.] et cum locis e Paraphrastis Chaldaeis quos Buxtorfius adducit. Si Clericum audias, H. E. p. 726, vox, quum a quo profecta esset, animadvertisset nemo, e coelo missa esse credita est.

ib. οὐδεὶς εἶδεν,] Ita Cod. Barocc. Codd. Vindob. et Par. οὐδεὶς οἶδεν. Euseb. οὐδὲ εἷς εἶδεν.

9. οἱ παρόντες] Eusebius, τῶν ἡμετέρων πολλοὶ ἤκουσαν. Rufinus, *plurimi*. Cod. Barocc. τῶν οἱ μετέρων οἱ παρόντες.

10. Καὶ [λοιπὸν] προσαχθέντος]

Digitized by Google

flagellis. Commoti tunc illi, vehiculo summa velocitate currente, Polycarpum perturbarunt; ita ut suras aliqua ex parte quassaret. Tanta tamen per arenam velocitate currebat, ut nullius [p] corporis damna sentiret.

[p] *nulla* Colb.

IX. Sed quum arenam fuisset ingressus, e coelo statim missa vox sonuit, clamans: "Polycarpe, "habeto virtutem." Hanc vocem qui in arena erant audierunt; ex aliis autem nullus audivit. Quum igitur Proconsuli fuisset oblatus, Deum toto corde confessus, imperia judicis cruenta contempsit. Quumque ab eo ad blasphemum quodcumque cogeretur, diceretque ei Proconsul: "Vel "aetatem hanc cogita, si alia in te forte con- "temnis: non poterit haec senectus juvenibus "etiam expavescenda sufferre. Debes jurare per "Caesarem Caesarisque fortunam: praeterea ha- "bere poenitentiam, et dicere: Impios tolle."

Deut. xxxi 7, 23.

Vocem λοιπόν, quae statim recurrit, uncinis inclusi. Euseb. *Προσαχθέντος οὖν αὐτοῦ.*

11. *συνείληπται.*] Cod. Vindob. *συνελήφθη.*

ib. *Λοιπὸν προσαχθέντα*] Ita Cod. Barocc. Cod. Par. *Προσαχθέντα δὲ ἠρώτα ὁ ἀνθύπατος.* Cod. Vindob. *Τοῦ δὲ προσαχθέντος ἐπὶ τοῦ βήματος, ἀνηρώτα αὐτὸν ὁ ἀνθύπατος.* Ap. Euseb. *Λοιπὸν οὖν προσελθόντα ἀνηρώτα ὁ ἀνθύπατος.* Vide supra not. in Ignat. Ep. ad Eph. § 11.

12. *εἰ αὐτὸς εἶη*] Cod. Par. *εἰ αὐτὸς εἶ.*

13. *Πολύκαρπος.*] Cod. Vindob. *Πολύκαρπος ὁ ἐπίσκοπος.*

ib. *ἔπειθεν*] Cod. Vindob. *ἔπειθεν ὡς ἐνόμιζεν.*

14. "*Αἰδέσθητι*] Quod Praeses hominem senem ut rationem haberet suae aetatis monuit, perinde erat ac Christum abnegare, ut vitae suae consuleret. CLERICUS. Cf. supra p. 612 l. 6.

ib. *τὴν ἡλικίαν,*"] Cod. Vindob. *τὴν ἡλικίαν, ὦ καλὲ Πολύκαρπε καὶ φίλε ἡμῶν, καὶ θῦσον τοῖς θεοῖς, ἵνα καὶ τιμῶν μεγίστων καὶ δωρεῶν παρ' ἡμῶν ἀξιωθῇς· καὶ ἕτερα.*

15. *ἀκόλουθα,*] *consentanea, congruentia. ὁ θεῖος καὶ οὐράνιος τοῦ Θεοῦ Λόγος . . . τοιαῦτα ἔδρασέ τε καὶ πέπονθεν, οἷα ταῖς προφητείαις ἀκόλουθα ἦν.* Euseb. H. E. i 2.

ib. *ὡς ἔθος αὐτοῖς λέγειν·*] Cod. Vindob. secutus sum. Cod. Par. exhibet *ὡς ἔστιν αὐτοῖς ἔθος λέγειν.* Cod. Barocc. *ὡς ἔθος*

Digitized by Google

"Ὅμοσον τὴν Καίσαρος τύχην, μετανόησον· εἰπὲ, "Αἶρε τοὺς ἀθέους." Ὁ δὲ Πολύκαρπος ἐμβριθεῖ τῷ προσώπῳ εἰς πάντα τὸν ὄχλον τῶν ἐν τῷ σταδίῳ ἀνόμων ἐθνῶν ἐμβλέψας, καὶ ἐπισείσας αὐτοῖς τὴν χεῖρα, στενάξας τε καὶ ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, εἶπεν· "Αἶρε τοὺς ἀθέους!" Ἐγκειμένου δὲ τοῦ ἀνθυπάτου καὶ λέγοντος, "Ὅμοσον, καὶ ἀπολύω σε, λοιδόρησον τὸν Χριστόν·" ὁ Πολύκαρπος ἔφη· "Ὀγδοήκοντα καὶ ἓξ ἔτη ἔχω δουλεύων αὐτῷ, καὶ

Dignissima Polycarpi responsio.

αὐτοῖς λέγων. Apud Euseb. ἃ σύνηθες αὐτοῖς ἐστι λέγειν. Similem fere locutionem habemus infra, p. 638 l. 1.

1. τὴν Καίσαρος τύχην,] Inter tentamenta a Gentilibus ad expugnandam Christianorum fidem adhiberi solita, praecipuum illud videtur, illos sive cogere, sive suadere, ut sacrificarent, et per genium sive fortunam Imperatoris jurarent, et ut etiam Christo maledicerent. Nec id unius aetatis erat institutum. Impiam enim istam praxin ad sequentia tempora continuatam fuisse docet Origenes, in Exhortatione ad Martyrium. [§ 7, tom. i p. 278 ed. Ben.] SMITH. Quare per fortunam sive genium Caesaris jurare noluerunt veteres Christiani, rationem reddit Tertullianus in cap. 32 Apologetici. 'Sed et juramus, sicut non per 'genios Caesarum, ita per salu- 'tem eorum, quae est augu- 'stior omnibus geniis. Nescitis 'genios daemonas dici, et inde 'diminutiva voce daemonia. 'Nos judicium Dei suspicimus 'in Imperatoribus, qui genti- 'bus illos praefecit. Id enim 'in eis scimus esse, quod Deus 'voluit; ideoque et salvum 'volumus esse quod Deus vo- 'luit, et pro magno id jura- 'mento habemus.' Unde et sacramenti militaris formulam, sub Christianis Imperatoribus ita immutatam, proponit Vegetius, de Re Militari ii 5, 'Jurant per Deum, et per 'Christum, et per Spiritum 'Sanctum, et per majestatem 'Imperatoris, quae, secundum 'Deum, generi humano dili- 'genda est et colenda.' USSER. Addas ex eodem Tertulliano, Apol. § 28, 'Citius 'denique apud vos per omnes 'deos, quam per unum genium 'Cæsaris pejeratur.' Cf. Minuc. Fel. p. 84 Glasg. 1750. 'Est 'eis tutius per Jovis genium 'pejerare quam Regis.'

2. Αἶρε τοὺς ἀθέους."] Hic quoque supplendus Ado descriptor Rufini, isto modo; *Conclama, Tolle sacrilegos.* Ad vii Cal. Febr. De loquendi formula, praeter caeteros consule S. Chrysostom. Hom. xlvi in Act. Apost. [Opp. ix p. 347 ed. Ben.] COTEL. Cod. Vindob. Αἶρε ἀθέους. Cf. Act. xxi 36 Αἶρε αὐτόν.

Digitized by Google

Tunc Polycarpus, ore semicluso, et [q] qui non suo sed alieno sermone loqueretur, clausis paene faucibus, populum qui in arena erat respexit universum impium et profanum: tractoque ex intimo corde suspirio, majestatem coeli intuens, ait: "Tolle impios." Et quum assiduus praeceptor assisteret, enuncians: "Jura, et poteris relaxari, "Christumque contemne:" tunc ait Polycarpus; "Octogesimum jam et sextum annum aetatis "ingredior, nomini ejus probatus et serviens sem- "per, nunquam ab eo laesus, semperque serva- "tus: quo modo possum eum odisse quem colui, "quem probavi, quem semper auctorem optavi,

q f. ut Usa.

ib. Ὁ δὲ Πολύκαρπος] Cod. Vindob. Ὁ δὲ τίμιος καὶ μακάριος Πολύκαρπος.

3. τῷ προσώπῳ] καὶ στιβαρῷ subjungit Cod. Vindob.

ib. τῶν ἐν τῷ σταδίῳ] Articulum τῷ e Codd. restitui. Euseb. τὸν ὄχλον τὸν ἐν τῷ σταδίῳ ἐμβλέψας.

6. "Αἶρε τοὺς ἀθέους!" Hisce iisdem verbis, quae non sine ingenti indignatione ab impia plebe prolata audiverat S. Polycarpus, mox, oculis in coelum conversis, cum gemitu Deo supplicavit; ut facile ex contracta fronte, habitu, gestuque corporis, et vocis accentu, quivis ex adstantibus, telum istud τῆς ἀθεότητος, Christianis falso impactum, in propria illorum capita retortum fuisse intelligere posset. SMITH. Cod. Vindob. Αἶρε τοὺς ἀθέους ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς.

7. "Ὅμοσον, κ. τ. λ.] Cod. Barocc. exhibet Ὄμωσον καὶ ἀπολύσσε . . . . . et mox λυδώρησον. 'Praepositus est,' inquit Plinius, x Ep. 97, 'libellus sine auctore, multorum 'nomina continens, qui negarent se esse Christianos aut 'fuisse: quum praeeunte me 'deos appellarent, et imagini 'tuae, quam propter hoc jussera cum simulacris numinum 'afferri, thure ac vino supplicarent: praeterea *maledicerent Christo*, quorum nihil 'cogi posse dicuntur, qui sunt 'revera Christiani.'

8. ὁ Πολύκαρπος] Cod. Vindob. ὁ μακάριος Πολύκαρπος.

9. "Ὀγδοήκοντα καὶ ἓξ ἔτη] Anno Aerae Christianae 83 Christo primum servire coepit Polycarpus, indeque cum Apostolis (qui tum superfuerant) conversatus, et Smyrnae Episcopus ab eis constitutus fuit; ut ex Irenaeo, discipulo ipsius, confirmat Eusebius, H. E. v 26 et iv 14 cum iii 36. Post Hierosolymitanae urbis excidium, ad Ecclesiae illius praefecturam Simeoni, filio Cleophae, committendam, τῶν Ἀποστόλων

Digitized by Google

" οὐδέν με ἠδίκησε· καὶ πῶς δύναμαι βλασφημῆσαι
" τὸν βασιλέα μου, τὸν σώσαντά με;"

A Proconsule tentatus S. Martyr, Christum generose confitetur.

Ι'. Ἐπιμένοντος δὲ πάλιν αὐτοῦ καὶ λέγοντος·
" Ὄμοσον τὴν Καίσαρος τύχην," ἀπεκρίνατο· " Εἰ
" κενοδοξεῖς ἵνα ὀμόσω τὴν Καίσαρος τύχην, ὡς σὺ
" λέγεις, προσποιεῖ δὲ ἀγνοεῖν με, τίς εἰμι· μετὰ

καὶ τῶν τοῦ Κυρίου μαθητῶν τοὺς εἰσέτι τῷ βίῳ λειπομένους, ἐπὶ τὸ αὐτὸ πανταχόθεν συνελθεῖν, traditum refert idem Eusebius, iii 11. Ab eo vero excidio ad Polycarpi nostri conversionem, anni tantum elapsi sunt 13, postquam anno deinceps 17 vita functus est S. Johannes; a quo Smyrnae Episcopum constitutum fuisse Polycarpum, apud Tertullianum de Praescript. cap. 32, et Hieronymum in Catalogo legimus. Et quum 70 demum post ipsius Johannis obitum anno Polycarpus martyrium subierit, in Smyrnaeorum Ecclesia administranda plures eum annos exegisse consequitur quam praecessores simul omnes. Quorum tres primi, si Pseudo-Clementem, Constit. Apost. vii 46, audire libeat, Aristo, Strataeas Loïdis filius, et alter Aristo, fuerunt. In Hippolyti inedito de LXX Discipulis libello, quartus Apelles nominatus reperitur: cujus etiam Apostolum in Epist. ad Rom. xvi 10 mentionem fecisse, et Episcopum Smyrnae ante S. Polycarpum factum fuisse, in Synopsi sua refert Dorotheus: quanquam immediatum Polycarpi antecessorem fuisse Bucolum, in Polycarpi Actis Pionio adscriptis, Graecorum Menaeo, Feb. 6 et 23, et Nicephori H. E. iii 34 traditum habeatur; quem et primum illius sedis Episcopum fuisse Suidas affirmat. Sed sive unum, sive plures in eo Episcopatu antecessores ille habuerit, illud constat, et a Christi Passione ad Johannis obitum minus quam 70 annorum spatium intercessisse, et ultra 70 annos Episcopatum Smyrnensem obtinuisse Polycarpum. Quod si cuiquam minus credibile videatur, revocandus illi in memoriam est ex posterioribus saeculis, 'Remigius Rhemensis ur-
'bis Episcopus; qui, ut ferunt,
'septuaginta, aut eo amplius,
'in Episcopatu annos exple-
'vit:' ut apud Gregorium Turonensem de Gloria Confessorum, cap. 70, legimus. USSER. Cum Usserio stat Basnagius, qui, Annal. i 792, intelligit Polycarpum per tot annos Episcopatum gessisse. De anno aetatis Polycarpi accipiunt Cavius, Hist. Lit. i 44, Pearsonus, Diss. ii de Succ. Pontif. xxv 1, Opp. Posth. p. 282, Baratierius, de Successione &c. p. 166, Venema, H. E. ii 360, Dalrymplius, *Remains*, i 94, Greswellius, *Dissertations*, iv 601, Hilgenfeldius, *die Apostolischen Väter*, p. 218. Eamdem sententiam amplexus est vir desideratissimus, Edvardus Bur-

Digitized by Google

" imperatorem meum, salvatorem salutis et glo-
" riae, persecutorem malorum, ultoremque justo-
" rum ?"

X. Quum ille diceret, " per Caesaris jurandum
" esse fortunam ;" ait : " Quid me cogis jurare per
" Caesarem ? aut professionem meam fortasse non
" nosti ? Palam me Christianum dico : et quo magis

ton, quanquam in libro, *Lectures on the Ecclesiastical History of the Second and Third Centuries*, ii 143, in medio rem reliquerat. Rectius, ut mihi quidem videtur, Jortin. Ruchat. et Clintonus, Fast. Rom. i 159, statuunt annos eos 86 ad tempus pertinere quo Polycarpus religionem Christianam acceperit. Opinionum varietas fere similis exstat de annis aetatis Gregorii Nazianzeni. Vid. Wall. *History of Infant Baptism*, ii 79 sqq. Oxon. 1836. Polycrates, Episc. Ephesinus, de seipso: *ἐγὼ οὖν ἀδελφοί, ἑξήκοντα πέντε ἔτη ἔχων ἐν Κυρίῳ*, ap. Routh. Rel. Sacr. ii p. 15. Cf. pp. 34, 66.

P. 626 l. 9. *ἔχω δουλεύων*] Euseb. *δουλεύω*.

1. *ἠδίκησε·*] Cod. Vindob. addit, *ἀλλὰ καὶ μᾶλλον διεφύλαξέν με ἀπὸ παντὸς κακοῦ*.

2. *τὸν βασιλέα*] Cod. Vindob. *τὸν κύριόν μου καὶ βασιλέα τὸν σώσαντά με ἀπὸ πολλῶν θλίψεων καὶ ἀναγκῶν*.

3. *αὐτοῦ κ. τ. λ.*] Cod. Vindob. *τοῦ ἀνθυπάτου καὶ λέγοντος, Ὄμοσον τὴν Κ. τ. καὶ ἀπολύω σε· ἀπεκρίνατο ὁ μακάριος κ. τ. λ.*

4. *Εἰ κενοδοξεῖς*] Hanc lectionem proculdubio veram, ab Eusebio asservatam, foede corruperunt Codd. Barocc. et Vindob. *Ἐκεῖνο δόξειν ἵνα κ. τ. λ.* Quae quum neque intelligere, neque ad verum revocare posset Codicis Par. descriptor, hunc in modum, inficetum satis, immutavit : *ἀπεκρίνατο· μή μοι γένοιτο ἵνα ὀμόσω κ. τ. λ.* Vocem *κενοδοξία* adhibent Clem. Rom. Ep. i § 35, Ignat. ad Magn. § 11, ad Philad. § 1, eaque usus est saepissime Philo Judaeus ; usus et Lucianus, ut docet Dodwellius, qui haec habet, Diss. Cypr. xii 15, 'Κενο-
' δοξία illam alienae opinionis
' affectationem significat, quae
' praeter opinionem atque fa-
' mam aliud nihil sibi proponit,
' de veritate prorsus non soli-
' cita verene laude sint digna,
' quae tantopere ab hominibus
' laudantur.' Suidas, Κενοδοξία· *ματαία τις περὶ ἑαυτοῦ οἴησις*. et, *Φιλοτιμούμενος, τούτεστι κενοδοξῶν*. Wakius vertit, *Seeing thou art so vainly urgent with me that I should swear :* Chevallier. *If thou art so vainly confident as to expect ...* Dalrymplius, *Since thou ostentatiously requirest me ....* Ruchat. *Si tu te fais une vaine gloire* (de me gagner) *pour que je jure.*

6. *προσποιεῖ*] Ita Codd. Barocc. et Vindob. Cod. Par. *προσποιῇ*. Infra § 11, *ὁ βούλει*. Male in Libb. impr. *προσποιεῖς*. Apud Euseb. *προσποιούμενος ἀγνοεῖν ὅστις εἰμί*.

Digitized by Google

" παρρησίας ἄκουε, Χριστιανός εἰμι. Εἰ δὲ μαθεῖν
" θέλεις τὸν τοῦ Χριστιανισμοῦ λόγον, δὸς ἡμέραν καὶ
" ἄκουσον." Ὁ ἀνθύπατος ἔφη, " Πεῖσον τὸν δῆμον."
Ὁ δὲ Πολύκαρπος εἶπεν· " Σὲ μὲν καὶ λόγου ἠξίωσα·
" δεδιδάγμεθα γὰρ ἀρχαῖς καὶ ἐξουσίαις ὑπὸ τοῦ
" Θεοῦ τεταγμέναις τιμὴν κατὰ τὸ προσῆκον, τὴν μὴ
" βλάπτουσαν ἡμᾶς, ἀπονέμειν· ἐκείνους δὲ οὐχ ἡγοῦ-
" μαι ἀξίους, τοῦ ἀπολογεῖσθαι αὐτοῖς."

Bestias, ignem, minatur Judex. Polycarpus minas contemnit.

ΙΑ'. Ὁ δὲ ἀνθυπατος πρὸς αὐτὸν εἶπε· " Θηρία
" ἔχω, τούτοις σε παραλαβῶ, ἐὰν μὴ μετανοήσῃς."
Ὁ δὲ εἶπεν· " Κάλει, ἀμετάθετος γὰρ ἡμῖν ἡ ἀπὸ
" τῶν κρειττόνων ἐπὶ τὰ χείρω μετάνοια· καλὸν δὲ
" μετατίθεσθαί με ἀπὸ τῶν χαλεπῶν ἐπὶ τὰ δίκαια."
Ὁ δὲ πάλιν πρὸς αὐτόν· " Πυρί σε ποιῶ δαπανη-

3. " Πεῖσον τὸν δῆμον."] καὶ ἀκούω σου. Cod. Vindob. Aliter haec intellexit cel. Neander, cujus sententiam ex versione H. J. Rose proferimus. 'The Pro-'consul, who here showed that 'he did not act from any re-'ligious bigotry, and would 'gladly have saved the old 'man, if he could silence the 'people, said to Polycarp, Only 'persuade the people.'

4. Ὁ δὲ Πολύκαρπος] Cod. Vindob. Ὁ ἅγιος Πολύκαρπος.

ib. καὶ λόγου] Ita Cod. Barocc. cum Eusebio. Cod. Par. κἂν λόγου. Cod. Vindob. Σὲ μὲν ὦ ἀνθύπατε κἂν λόγου ἠξίωσα.

5. ὑπὸ τοῦ Θεοῦ] Eusebius, ἀπὸ τοῦ Θεοῦ.

6. τεταγμέναις τιμὴν κ. τ. λ.] Ita Codd. Barocc. et Vindob. cum Eusebio. Cod. Par. τεταγμέναις ὑποτάσσεσθαι κατὰ τὸ προσῆκον, καὶ τίμην ἀπονέμειν τὴν μὴ βλάπτουσαν ἡμᾶς. Conf. Ignat. Fragm. iii, supra p. 514. Exemplum B. Polycarpi adducit magnus Ridleius, *Conference with Latimer*, 1556, fo. 33, 'Policarpus the moste con-'stante Martyr, when he stode 'before the chiefe Ruler, and 'was commaunded to blas-'pheme Christe, and to sweare 'by the fortune of Caesar, &c. 'He aunswered with a milde 'spirite: We are taught (saieth 'he) to geve honoure vnto 'princes and those powers 'whiche be of God, but suche 'honoure as is not contrarie to 'God's religion.'

9. Ὁ δὲ ἀνθύπατος] Cod. Vindob. Ἔφη πρὸς αὐτὸν ὁ ἀνθύπατος.

11. Ὁ δὲ εἶπεν·] Cod. Vindob. Ἀπεκρίθη ὁ ἅγιος Πολύκαρπος, Κάλει αὐτὰ ἐν τάχει.

ib. ἀμετάθετος γὰρ ἡμῖν] Ita Codd. Barocc. et Vindob. cum Eusebio. Cod. Par. ἀπαράδεκτος

Digitized by Google

" irasceris, ego gaudeo. Tu si vis legis hujus scire
" rationem ; diem da, a quo incipies audire vel
" discere." Respondit ei Proconsul : " Satisfac
" populo." Polycarpus ait : " Tibi dignissimum
" reor satisfacere probatus, et obaudientes esse [r]
" quae jusseris ; tantum ne injuste secteris. Docti
" enim sumus potestatibus, qui [s] Deo ordinante
" procedunt, morem gerere, mandatisque servire.
" Illos vero indignos judico, nec ad satisfaciendum
" idoneos puto : proinde judici me aequum est
" parere, non populo."

[r] f. obaudiens eis esse. Usser.

[s] Rom. xiii 1, 7. Tit. iii 1. *quae* Uss.

XI. Respondit Proconsul : " Feras atroces ha-
" beo : his te tradam per frusta lacerandum, si
" poenitentiam habere contempseris." Respondit
ille : " In me leonum rabies cruenta desaeviat,
" et quicquid gravius judex durus inveneris : glo-
" riabor in poena, tripudiabo laetus in vulnere,
" et merita mea doloris aestimatione pensabo.

γὰρ ἡ ἀπὸ τῶν κρειττόνων κ. τ. λ. Vox ἀμετάθετος occurrit in Ep. ad Hebraeos, vi 17, 18.

12. μετάνοια·] Valesius substituere vult διάνοια. Sed lectio Eusebiana, quae consentit cum hisce Actis, non debet sollicitari : praesertim quum τὸ μετάνοια ad comminationem Proconsulis, ἐὰν μὴ μετανοήσῃς, directe referri videatur. Judicent alii. SMITH. Legendum forsitan ἀμετάθετος γάρ εἰμι ἀπὸ τῶν κρειττόνων ἐπὶ τὰ χείρω. Καλὸν δὲ κ. τ. λ.

13. μετατίθεσθαι] Ita cum Eusebio Codd. Vindob. et Par. Cod. Barocc. μεταθέσθαι.

ib. ἀπὸ τῶν χαλεπῶν] Ita explicat Chevallier. *But it will be good for me to be changed from my grievous* (sufferings) *to their just reward.* Cujus interpretationi haud absimilis est color orationis apud Justin. M. Apol. ii § 2, p. 90 ed. Ben. ὁ δὲ καὶ χάριν εἰδέναι ὁμολόγει, πονηρῶν δεσποτῶν τοιούτων ἀπηλλάχθαι γινώσκων, καὶ πρὸς τὸν Πατέρα καὶ Βασιλέα τῶν οὐρανῶν πορεύεσθαι. Rectius tamen, ni fallor, Cotelerius, *a malis ad justa*, scil. *from the miseries of this wicked world to the blessedness of the Just ;* quem sequuntur Ruchat. Dalrymplius, atque Clericus, H. E. p. 727, qui pro ἡ μετάνοια mallet ὁ νοῦς. Cf. Polyc. ad Philipp. § 4, Ἀρχὴ δὲ πάντων χαλεπῶν φιλαργυρία.

14. Ὁ δὲ πάλιν] Cod. Vindob. Ὁ δὲ ἀνθύπατος πάλιν.

ib. δαπανηθῆναι,] Ita etiam in Codice Eusebiano Rufini. [qui

Digitized by Google

" θῆναι, εἰ τῶν θηρίων καταφρονεῖς, ἐὰν μὴ μετανοήσῃς." Ὁ δὲ Πολύκαρπος· " Πῦρ ἀπειλεῖς τὸ πρὸς " ὥραν καιόμενον, καὶ μετ' ὀλίγον σβεννύμενον· " ἀγνοεῖς γὰρ τὸ τῆς μελλούσης κρίσεως καὶ αἰωνίου " κολάσεως τοῖς ἀσεβέσι τηρούμενον πῦρ. Ἀλλὰ τί " βραδύνεις; φέρε ὃ βούλει."

Damnatur.

ΙΒ'. Ταῦτα δὲ καὶ ἄλλα πλείονα λέγων, θάρσους καὶ χαρᾶς ἐνεπίμπλατο, καὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ χάριτος ἐπληροῦτο, ὥστε οὐ μόνον μὴ συμπεσεῖν ταραχθέντος ὑπὸ τῶν λεγομένων πρὸς αὐτὸν, ἀλλὰ τούναντίον τὸν ἀνθύπατον ἐκστῆναι, πέμψαι τε τὸν ἑαυτοῦ κήρυκα ἐν μέσῳ τῷ σταδίῳ κηρύξαι τρίτον· " Πολύκαρπος ὡμολόγησεν ἑαυτὸν Χριστιανὸν εἶναι." Τούτου λεχθέντος ὑπὸ τοῦ κήρυκος, ἅπαν τὸ πλῆθος

vertit *consumi*.] Notandus porro est locus iste, ut ostendatur gravius exstitisse supplicium igni tradi, quam objici bestiis. Qua de re multi dixerunt. COTEL. Ap. Euseb. δαμασθῆναι. Lectionem Codicum nostrorum tuetur hujusce vocis usus infra § 16, οὐ δυνάμενον αὐτοῦ τὸ σῶμα ὑπὸ τοῦ πυρὸς δαπανηθῆναι. In Cod. Vindob. haec alio ordine habentur; Εἰ τῶν θηρίων καταφρονεῖς, πυρί σε ποιῶ δαπανηθῆναι, ἐὰν μὴ μετανοήσῃς.

2. Ὁ δὲ Πολύκαρπος·] Cod. Vindob. Ὁ ἅγιος Πολύκαρπος λέγει.

4. μελλούσης κρίσεως] Ita Codd. Barocc. et Vindob. cum Euseb. μελλούσης κολάσεως καὶ αἰωνίου κρίσεως, Cod. Par. cujus descriptor forsitan in animo habebat Ep. ad Hebr. vi 2, κρίματος αἰωνίου.

5. τί βραδύνεις;] 'Stantes 'autem Martyres in medio po- 'puli, aiunt ad Principes; Cur 'moras patimini? facite quod 'facturi estis.' In Passione XL Martyrum. 2 Maccab. vii 30. COTEL. Cod. Vindob. μὴ βραδύνῃς.

6. ὃ βούλει.] Apud Euseb. Codd. Max. et Med. cum Fuk. et Sav. scriptum habent φέρε ἃ βούλει. Rufinus, *Adhibe utrum voles;* ignem scilicet aut bestias. VALESIUS. Cod. Vindob. φέρε ἃ βούλει ἐν τάχει.

7. Ταῦτα δὲ] Cod. Vindob. Ταῦτα τοίνυν καὶ ἄλλα πλείονα εἰπών. Euseb. Ταῦτα δὲ καὶ ἕτερα πλείονα.

8. ἐνεπίμπλατο,] Cod. Vindob. ἀνεπιμπλᾶτο. Cod. Barocc. ἐνεπήμπλατο.

9. χάριτος] Cod. Vindob. χάριτος θείας.

ib. ὥστε οὐ μόνον] Euseb. ὥστε μὴ μόνον μή. Cod. Vindob. ὥσπερ οὐ μόνον μή.

10. ταραχθέντος] Ita Codd.

Digitized by Google

" Quanto graviora pertulero, tanto praemia ma-
" jora percipiam. Est mihi paratus ad superiora
" animus: ex humilioribus enim ad summa pro-
" cedimus." Respondit Proconsul: " Si ferarum
" morsus nova praesumptione contemnis, ignibus
" te cremabo." Tunc Polycarpus respondit: " Ig-
" nem mihi minaris," inquit, " qui unius horae
" spatio aestuat, et post frigescit; ignorans futuri
" judicii et aeterni ignis impiis tormenta perpetua.
" Sed quid voluntatem tuam longa oratione sus-
" pendimus? Fac ex me illa quae cogitas: et
" quodcunque aliud poenae genus casus obtulerit,
" accelera[t]."

[t] *aucupare* Colb.

XII. Haec forte dum loquitur, vultum ejus vel sensum[u] gratiae coelestis splendor intravit, ut ipse etiam Proconsul terreretur. Tunc voce praeconis in arena media ter clamatum est: " Polycarpus " Christianum se semper esse confessus est." Uni-

[u] *ac sensum* Colb. f. in tantum. Uss. f. vel sensim.

Vindob. et Par. Cod. Barocc. *ταραχθέντα*, uti apud Eusebium.

ib. *ἀλλὰ τοὐναντίον*] Cod. Par. *ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον*. Mox Cod. Vindob. *τὸν ἀνθύπατον μᾶλλον ἐκστῆσαι καὶ πέμψαι*. Cod. Par. *τὸν ἀνθύπατον ἐκπλῆξαι*. Cod. Barocc. *ἐκστῆναι πέμψεται*.

12. *ἑαυτοῦ κήρυκα*] Vox *ἑαυτοῦ* neque in Eusebio, neque in Vet. Int. habetur. Per *praeconem* vero solitum interloqui judicem, notat hic Baronius. Κήρυκα autem *curionem* Rufinus reddidit; quam vocem bis etiam pro *praecone* usurpavit in Gallieno Trebellius Pollio. USSER. Sic in Actis Euplii, martyris sub Dioclesiano, 'Tunc appen-
'sum est ad collum ejus Evan-
'gelium, cum quo apprehensus
'fuerat, proclamante haec prae-
'cone, "Euplius Christianus,
'inimicus Deorum et Impera-
'torum."' apud Baron. Ann. 303 n. 149. MADER.

ib. *ἐν μέσῳ κ. τ. λ.*] Cod. Vindob. et Par. *ἐν μέσῳ τοῦ σταδίου καὶ κηρύξαι τρίτον*.

ib. *τρίτον*] Euseb. *τρὶς*, et Vet. Int. *ter clamatum est*; quod Rufinus ad ipsum Polycarpum perperam retulit: *Polycarpum tertium confessum Christianum se esse*. USSER. Cf. Plin. Ep. x 97, 'interroga-
'vi ipsos an essent Christiani;
'confitentes iterum ac tertio
'interrogavi, supplicium mina-
'tus.'

14. *ἅπαν τὸ πλῆθος κ. τ. λ.*] Rufinus: *Universa multitudo tam Gentilium quam Judaeorum Smyrnensium civitatis.*

Digitized by Google

ἐθνῶν τε καὶ Ἰουδαίων τῶν τὴν Σμύρναν κατοικούντων, ἀκατασχέτῳ θυμῷ καὶ μεγάλῃ φωνῇ ἐπεβόα· "Οὗτός ἐστιν ὁ τῆς ἀσεβείας διδάσκαλος, ὁ πατὴρ "τῶν Χριστιανῶν, ὁ τῶν ἡμετέρων θεῶν καθαιρέτης, "ὁ πολλοὺς διδάσκων μὴ θύειν μηδὲ προσκυνεῖν τοῖς "θεοῖς." Ταῦτα λέγοντες, ἐπεβόων καὶ ἠρώτων τὸν Ἀσιάρχην Φίλιππον, ἵνα ἐπαφῇ τῷ Πολυκάρπῳ λέοντα. Ὁ δὲ Φίλιππος ἔφη, μὴ εἶναι ἐξὸν αὐτῷ, ἐπειδὴ πεπληρώκει τὰ κυνηγέσια. Τότε ἔδοξεν αὐ-

Vulgo vociferante, deposcitur ad leones.

Seldenus: *Commune Gentium et Judaeorum quod Smyrnae tunc agebat:* ut referatur ad τὸ Κοινὸν τῆς Ἀσίας, quod eo tempore Smyrnam, ad communia spectacula celebranda, commigraverit. Smyrnae enim universitatis Asiae conventus aliquando fuit habitus, ut ex tertio marmore Arundeliano constat, in quo Septimius Publius Smyrnae Κοινὸν Ἀσίας vicisse dicitur; aliquando Ephesi, ut ex Edicto M. A. Antonini liquet, quod propositum fuit ἐν Ἐφέσῳ ἐν τῷ Κοινῷ τῆς Ἀσίας. ut apud Eusebium videre licet, H. E. iv 13; aliquando in urbe aliqua alia Asiae proprie dictae, vel Asiae saltem Lydiacae; quae, praeter mediterraneam, etiam maritimam Lydiam, ab Aeolibus et Ionibus habitatam, comprehendebat. USSER.

1. Σμύρναν κατοικούντων,] Σμύρνην οἰκούντων Cod. Par.

2. ἀκατασχέτῳ] D. Jacobus, iii 8, ἀκατάσχετον κακόν.

ib. ἐπεβόα·] Cod. Par. ἐβόα, uti apud Eusebium.

3. ὁ τῆς ἀσεβείας διδάσκαλος,] Pro ἀσεβείας restituendum esse Ἀσίας, Eusebii, Rufini, et Vet. Int. consentiens hic evincit auctoritas. In Hieronymi Script. Eccles. Catalogo, *totius Asiae Princeps* appellatur Polycarpus; et in hac Epistola, διδάσκαλος ἀποστολικὸς καὶ προφητικός, et διδάσκαλος ἐπίσημος. USSER. In eamdem sententiam discedunt Smith. Ruchat. Dalrymplius, Wakius, et Chevallier.

4. ὁ τῶν] Cod. Vindob. καὶ τῶν.

5. μὴ θύειν κ. τ. λ.] Mutilatus locus iste in vulgatis Eusebii exemplaribus: qui tamen a Rufino integre habetur conversus: *ne immolent, neve adorent Deos.* USSER.

6. ἐπεβόων] Cod. Par. ἐβόων.

ib. τὸν Ἀσιάρχην] *Munerarium*, Rufinus et Christophorsonus reddiderunt: quos idcirco ἀγωνάρχην hic legisse Halloixius existimat; addens, 'Eam 'vocem loco huic congruere, 'ubi populus petit immitti leo-'nes in Polycarpum:' qui a doctissimo Salmasio, in Plinian. Exercit. p. 805, discere potuisset, 'Ἀσιάρχας fuisse sacerdo-'tum principes et Ἱεράρχας, 'potius quam rectores provin-'ciarum; qui ex ipsismet pri-'moribus Asiae et opulentis-

Digitized by Google

versus itaque populus Judaeorum et gentium, qui Smyrnam colebat, ira commotus exclamat: "Hic "est Asiae magister, Christianorum pater, nostro- "rum Deorum destructor pertinax, violatorque "templorum; qui dicebat non sacrificandum, nec "Deorum adoranda esse simulachra: tandem quod "peccarat inveniat." Petebant Asiarcham Philippum, ut ei leonem iratus[v] immitteret: qui sibi non licere respondit, tempore jam muneris

[v] f. iratum.

'simis civibus eligebantur ad 'munera edenda;' vel a Gab. Albaspino, Observat. i 22, 'Α- 'σιάρχην, non Praesidem aut 'Principem, sed Sacerdotem 'Asiae et Munerarium sig- 'nificare, eundemque qui lu- 'dos praestat suis sumptibus:' quamquam et magistratum gessisse eum, non sacerdotium solum, doceat in loco citato Salmasius: de quo etiam, in Annotationibus ad quartum marmor Arundelianum consulendus est Seldenus noster: et Interpretes Act. xix 31. USSER. *Asiarchae* erant qui ludos sacros in honorem Deorum pro salute provinciae suae statis temporibus procurabant, uti et *Lyciarchae, Bithyniarchae, Cappadociarchae*, et id genus caeteri. [Sic ap. Murator. 667, 6, Γαλατάρχην τὸν ἀγνότατον καὶ δικαιότατον.] Horum functio *Asiarchia, Lyciarchia*, dicebatur. Quod vero spectacula quae ab illis dabantur sacra erant, inde Sacerdotes sunt appellati. MADER. Valde onerosum erat hoc sacerdotium; atque idcirco nonnisi opulentiores ad id gerendum eligebantur. Hinc est quod Strabo observat, Asiarchas fere ex Trallianis desumptos fuisse, propterea quod ejus urbis cives totius Asiae opulentissimi essent. VALES. Idem iste Philippus appellatur ἀρχιερεὺς Τραλλιανός, infra § 21. De Asiarchis omnia congessit Van Dale, Dissert. iii 3. Wakius et Ruchatus nomen retinent: Chevallier. vertit, *the president of the spectacles:* Dalrymplius, *the president of the priests of Asia.* Cf. p. 352 l. 4.

8. ἐξὸν αὐτῷ,] Cod. Barocc. αὐτόν. Cod. Vindob. αὐτῶν.

9. πεπληρώκει] Ita Codd. MSS. et Euseb. non ἐπληρώκει, uti Libb. impr. Usserius mallet ἐπεπληρώκει; at in plusquamperfecto haud raro omittitur augmentum. Cf. p. 646 l. 3, infra, et Wineri *Grammatik des N. T. Sprachidioms*, § 12.

ib. τὰ κυνηγέσια.] Rufin. *jam editionis suae munus explesset.* Albaspinus responsi sententiam refert: *munus se dedisse quod apparare debuerat, eoque se posthac liberum solutumque munere videri.* Cujusmodi vero κυνηγέσια sint hic intelligenda, partim ex Actis Pionii intelligere possumus: in quibus 'Teren- 'tius, qui tunc *venationes* cu- 'rabat, ad Asclepiadem: Te,

Digitized by Google

Igni addicitur.

τοῖς ὁμοθυμαδὸν ἐπιβοῆσαι, ὥστε τὸν Πολύκαρπον ζῶντα κατακαυθῆναι. Ἔδει γὰρ τὸ τῆς φανερωθείσης ἐπὶ τοῦ προσκεφαλαίου ὀπτασίας πληρωθῆναι, ὅτε ἰδὼν αὐτὸ καιόμενον, προσευχόμενος, εἶπεν ἐπιστραφεὶς τοῖς σὺν αὐτῷ πιστοῖς προφητικῶς, "Δεῖ με "ζῶντα κατακαυθῆναι."

Rogum parantibus praecipue Judaeis, vestem et calceos exuit.

ΙΓ'. Ταῦτα οὖν μετὰ τοσούτου τάχους ἐγένετο, θᾶττον τοῦ λεχθῆναι· τῶν ὄχλων παραχρῆμα συναγαγόντων ἔκ τε τῶν ἐργαστηρίων καὶ βαλανείων ξύλα καὶ φρύγανα· μάλιστα Ἰουδαίων προθύμως,

' inquit, accusabo, ut bestiis ' damnatum in munere gladia- ' torio filii mei :' [e Bollando haec protulit Usserius. Apud Ruinart. p. 135, ' Ad Asclepi- ' adem vero munerum editor.'] partim ex Glossarii Basilicorum, a Labbaeo editi, explicatione illa ; Κυνηγοὺς καλῶ ἐν τῷ νόμῳ τοὺς θηριομάχους. De quibus venatoribus accipienda sunt illa Augustini, in Psalm. cii, ' Qui venatoribus donant, quare ' donant ? dicant mihi, quare ' donant venatori ? Hoc in illo ' amat, in quo nequissimus est ; ' hoc in illo pascit, hoc in illo ' vestit : ipsam nequitiam pub- ' licam spectaculis omnium.' Et in Psalm. cxlvii, ' Vident ' homines venatorem et delec- ' tantur ; vae miseris, si non se ' correxerint. Qui enim vident ' venatorem et delectantur, vi- ' debunt Salvatorem et contris- ' tabuntur.' Vide Tertullian. de Spectaculis, §§ 12, 19, et P. Fabri Semestr. ii 7. USSER. Hoc spectaculi genus, *Venationem*, haud diu ante Reipublicae desidentis tempora institutum, ut statuit Lipsius, de Amphitheatro, § 5, ab Augusto inter delicias habitum fuisse testatur Suetonius, cap. 43. Ante meridiem ut videtur, dabantur venationes tempore Senecae, qui Ep. vii haec habet : ' Mane leonibus et ursis homi- ' nes, meridie spectatoribus suis ' objiciuntur.' Huc spectant verba Tertulliani, ad Martyras, § 5, ' Alii inter venatorum tau- ' reas scapulis patientissimis ' inambulaverunt.' Τὰ κυνηγέσια habes apud Herod. i 36, Polyb. XXXII xv 5, et apud Xenoph. saepius. Vid. Sturz. Lex. in voc. Invenitur et altera forma, ἡ κυνηγεσία. Propius hunc locum spectat quod docet Cangius, Constantinop. Christian. II ii 2, nempe Scriptores Byzantinos Amphitheatrum Constantinopolitanum τὸ κυνηγέσιον nuncupavisse.

2. ζῶντα κατακαυθῆναι.] E Codd. Vindob. et Par. reposui ζῶντα, quam vocem, Eusebii, Rufini, et Int. Vet. auctoritate freti, hic esse legendum monuerunt Usserius et Smithus. Cod. Barocc. Πολύκαρπον ἐπιβοῆσαι κατακαυθῆναι. Pro κατα-

Digitized by Google

exsoluto. Tunc placuit illis omnibus, aequo unoque consensu, ut vivum Polycarpum ignis exureret. Oportuerat enim id fieri, quod ille ante praedixerat. Orans itaque omnipotentem Deum, venerabilem ad suos vultum retorquens ait: "Vi-"detis eam esse, per quam prophetaveram, pas-"sionem."

XIII. Tunc populus ad balneum et ad artisteria [x] convolavit, ligna et malleola perquirentes, praecipue Judaei. Per haec igitur ministeria quum flamma fuisset adlata, Polycarpus cingulum

[x] f. ergasteria.

καυθῆναι ap. Eusebium *κατακαῆναι*.

ib. Ἔδει κ. τ. λ.] A manu Nicephori fuit, *ἔδει γὰρ αὐτῷ προφητικῷ γε ὄντι ἀνδρί, μὴ τὸ ὁραθὲν ἐκεῖνο διαπεσεῖν*. At ediderunt *ἐκείνῳ*. COTEL.

4. *αὐτὸ καιόμενον*,] Cod. Par. *αὐτῷ προσευχόμενος*.

5. "Δεῖ *με*] Cod. Vindob. Ὅτι δεῖ *με*. Apud Euseb. *κατακαῆναι*.

7. Ταῦτα *οὖν*] Hinc expressa sunt illa, in Actis Theodori Tironis, apud Metaphrast. Feb. 17: 'Dicto citius res mandata fuit 'executioni, (*θᾶττον ἢ ἐλέχθη*, 'καὶ *τὸ ἔργον ἠνύετο*) lictoribus 'ex officinis et balneis ligna re-'pente colligentibus:' et apud Vincentium, Speculi Historial. xii 94, [de Theodoro martyre] 'Omnes populi civitatis, cum 'festinatione ligna a balneis ra-'pientes, construxerunt rogum.' USSER.

ib. *ἐγίνετο*,] Ita cum Euseb. Codd. Libb. impr. *ἐγίνετο*.

8. *τοῦ λεχθῆναι*·] Euseb. *θᾶττον ἢ ἐλέγετο*.

ib. *συναγαγόντων*] Cod. Par. *συναγόντων ἐκ τῶν ἐργαστηρίων*.

10. *ξύλα καὶ φρύγανα*·] Sic et apud Euseb. in MS. Savil. nam in editis conjunctio desideratur. *Φρύγανα* vero Rufinus *sarmenta*, noster Interpres *malleola*, vel *malleolos* potius, reddidit: qua utraque voce etiam Cicero est usus: hac, in oratione pro Milone, 'plena omnia malleolorum 'ad urbis incendia comparato-'rum' [§ 64] illa, lib. I in Verrem [Act. ii § 69] 'ligna 'et sarmenta circumdare, ig-'nemque subjicere coeperunt.' Tertullian. sub finem Apologetici: 'Licet nunc sarmentitios 'et semaxios appelletis, quia ad 'stipitem dimidii axis revincti, 'sarmentorum ambitu exuri-'mur, hic est habitus victoriae 'nostrae, haec palmata vestis, 'tali curru triumphamus.' USSER.

ib. *μάλιστα Ἰουδαίων προθύμως*,] Cod. Par. om. *προθύμως*. Lucem afferunt Justin. Mart. Apol. i 3, p. 62 ed. Ben. [*οἱ Ἰουδαῖοι*] . . . *ἐχθροὺς ἡμᾶς καὶ πολεμίους ἡγοῦνται, ὁμοίως ὑμῖν ἀναιροῦντες καὶ κολάζοντες ἡμᾶς ὁπόταν δύνωνται*· et Tertull. Scorp. § 10, 'Illic con-'stitues et Synagogas Judaeo-'rum, fontes persecutionum.'

Digitized by Google

ὡς ἔθος αὐτοῖς, εἰς ταῦτα ὑπουργούντων. Ὅτε δὲ ἡ πυρκαϊὰ ἡτοιμάσθη, ἀποθέμενος ἑαυτῷ πάντα τὰ ἱμάτια, καὶ λύσας τὴν ζώνην αὐτοῦ, ἐπειρᾶτο καὶ ὑπολύειν ἑαυτόν· μὴ πρότερον τοῦτο ποιῶν, διὰ τὸ ἀεὶ ἕκαστον τῶν πιστῶν σπουδάζειν ὅστις τάχιον τοῦ χρωτὸς αὐτοῦ ἅψηται· παντὶ γὰρ καλῷ, ἀγαθῆς ἕνεκεν πολιτείας, καὶ πρὸ τῆς μαρτυρίας ἐκεκόσμητο. Εὐθέως οὖν αὐτῷ περιετίθετο τὰ πρὸς τὴν πυρὰν ἡρμοσμένα ὄργανα. Μελλόντων δὲ αὐτῶν καὶ προσηλοῦν, εἶπεν· "Ἄφετέ με οὕτως· ὁ γὰρ δούς μοι ὑπομεῖναι τὸ πῦρ, δώσει καὶ χωρὶς τῆς ὑμετέρας

Ne clavis affigatur postulat.

1. *ὑπουργούντων.*] Cod. Vindob. *ὑπουργεῖν.*

2. *ἡ πυρκαϊὰ*] Euseb. *ἡ πυρά.*

ib. *ἀποθέμενος ἑαυτῷ*] Ita cum Euseb. Cod. Barocc. Codd. Par. et Vindob. *ἀποθέμενος ἑαυτοῦ.*

3. *τὴν ζώνην αὐτοῦ,*] Cod. Par. *ἑαυτοῦ.* Pronomen non agnoscit Eusebius.

ib. *καὶ ὑπολύειν ἑαυτόν·*] Hujusmodi officium Episcopis et Confessoribus praestare solebant veteres Christiani. Sic in passione Fructuosi Episcopi legimus: 'Quum venisset ad 'amphitheatrum, statim ad eum 'accessit Augustalis nomine, 'lector ejusdem, cum fletibus '[perperam apud Heinichen. '*floribus*] deprecans, ut eum 'excalcearet.' [§ 3, p. 222 Ruinart.] VALESIUS. Cod. Vindob. *καὶ ἑαυτὸν ὑπολύειν.*

5. *ὅστις τάχιον*] Cod. Barocc. *ὅστις ταχίαν.* Cod. Par. *ὅστις τάχειον.* Cod. Vindob. *τίς τάχειον.*

6. *παντὶ γὰρ καλῷ,*] Occurrit praepositio *ἐν* apud Euseb. Deest autem in MS. nostro, et plane mihi redundare videtur. Καλῷ desideratur ap. Euseb., nescio an recte: ubi pro *πρὸ τῆς μαρτυρίας*, quod Codex Oxon. habet, uti in suo habuit Int. Vet. exstat *πρὸ τῆς πολιᾶς*, *omnium virtutum habitu licet jam nudus, per universam vitam ex bona conscientia*, et *διὰ τὴν ἀπ' ἀρχῆς ἀνεπίληπτον πολιτείαν*, § 17, *longe ante senectutem ornabatur, et maxime venerabilis.* SMITH. Aliter in Cod. Vindob. *ἅψηται· πράξεις γὰρ καλὰς ἀγαθῆς ἕνεκεν κ. τ. λ.* et in Cod. Par. *ἅψηται· πράξεις γὰρ καλὰς καὶ ἀγαθὰς καὶ θεομιμητὸν πολιτείαν καὶ πρὸ τῆς μαρτυρίας ἐκέκτητο.*

7. *πρὸ τῆς μαρτυρίας*] Eusebius, *πρὸ τῆς πολιᾶς.*

ib. *ἐκεκόσμητο.*] Strothius excidisse putat *παντοίῃ τιμῇ* ex Eusebii contextu.

8. *αὐτῷ περιετίθετο*] Cod. Par. *ἑαυτῷ προετίθετο.*

9. *ἡρμοσμένα ὄργανα.*] Tunicam molestam intelligunt Valesius et Clericus, pice ac bitumine illitam, de qua Juvenalis ejusque Scholiastes loquuntur. Vix autem, ut monet Dalrymplius, credibile videtur, hujus

Digitized by Google

solvit, vestemque deposuit; vincula etiam parabat exuere: quae facere non solebat; quia singuli fideles viri nuda ejus tangere vel osculari membra cupiebant. Plenitudine enim bonae conscientiae redundabat, etiam antequam ad martyrii certamen accederet. Potius[y] ergo in medium his quae ex more parabantur arsuro, quum [ergo] eum ferro vincire cuperent consuetudinem legemque servantes; "Permittite me sic," inquit, "qui enim "mihi dedit velle, largietur et posse; atque

y l. Positis

Epistolae scriptores, qui omnia quae passionem Polycarpi spectarent tanta cura recensuerunt, his verbis parum claris, obiter tantum indicare voluisse eum talibus affectum esse cruciatibus.

ib. *προσηλοῦν,*] Ad firmitatem, non ad supplicium. Justus Lipsius, de Cruce, Lib. iii 10, interpretatur, *cruci suffigere,* intolerando errore. COTEL. Non videntur haec ita intelligenda, quasi Polycarpi manus clavis transfixuri essent, et palo adfixuri; non fuisset enim haec exigua pars supplicii. Liquet autem, ex sequentibus, factum hoc, ne corpus in rogo agitarent qui cremabantur, remque facile Polycarpo remissam, quod non fecissent carnifices, si pars fuisset poenae. Crediderim ergo catenas, quibus revinctae erant ad tergum manus, palo clavis adfixas fuisse, ne moverentur, aut simile quiddam factum. CLERICUS. Cod. Vindob. exhibet, *προσηλοῦν ἐν τῷ ξύλῳ, εἶπεν ὁ ἅγιος, ἄφετέ κ. τ. λ.* Euseb. *προσηλοῦν αὐτόν.*

